

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ELEGAN

TISSIMA ALIQUIT LV
CIANI OPVSCVLÄ, IAM
recens per Vincentium Obsopœum lati
nitate donata, quorum catalogum in
proxima reperies

Moray pagella. Lüneburg

Epistola nuncupatoria, ad illustrissi
mum ac ucre piū Principem D. Georgiū
Marchionem Brandenburgensem &c.

Haganoë per Ioan: Sec.


An. M. D. XXIX.

Ex lib: Jo: Sam: Front. J. I. 25

CONTENTA IN HOC

Libello.

- Iupiter confutatus
Iupiter Tragoedus
Anacharsis seu de Gymnasijs
Vita Peregrini
Vita Demonactis
Patriæ Encomium
Phalaris primus
Phalaris secundus
Scytha uel hospes
Herodotus uel Action
Zeuxis uel Antiochus
Harmonides
Hippias uel Balneum
Allocutio uel Bacchus
De Electro aut Cycnis
De Dipsadibus
Dissertatio cum Hesiodo.
Halcyon siue de Transformatione
De Saltationibus
Imagines
Apologia pro imaginibus
De parasito, uel quod ars sit parasitica.
Hermotimus seu de Sectis
Decorum Concilium.



ILLVd

ILLVSTRIS

SIMO ATQVE AMPLISSIMO PRIN
CIPAC DOMINO, DOMINO

Georgio, Marchioni Brandenburgensi &c.

Domino suo Clementissimo, Vin-
centius Obfo
pocus.

Tfi, Illustriſ. Princeps, neq;
me, neq; ingenij mei laborem
tanti eſſe uideam, qui Celsitu-
dini tuae digne offerri poſſet,
tamen cum Celsitudinis tuae
probe gnarus mecum animo
agitarem, quanto fauore, quā-
ta humanitate, quanta deniq; munificentia cum humani-
ores literas, tum earundem studiosos omnes amplitudo-
tua proſequuta fit, uenit mihi in mentem, neq; me teme-
re exclusum iri à C. tua, ad quā per hosce multos annos
tam multis adeo facilis ſemper patuerſſet aditus. Cumq;
iā olim animaduertifſem ſpretis hoc tempore Muſis, uni-
ce adeo apud C. tuam relictum eſſe ſuffugium, indi-
gnum facinus arbitrabar, atq; adeo ingratitudini proxī-
mam, ſi tantam animū tui uere ſublimis altitudinem atq;

E P I S T O L A N V N

undudem tacitam præterirem aut disimularem, que oī
bus literarum sectatoribus perpetuo plenis (quod aiū)
tibijs ebuccimanda est. Ut enim nihil aliud in rebus hu-
manis literarum excellentia inueniri potest prestans,
ita præ uniuersis mortalibus illi adeo omni præclarissi-
mae laudis testimonio digni habendi sunt, qui rem omni-
um præclarissimam, nempe literarum pretium in pretio
atq; ueneratione habere dignantur, easq; sua liberalita-
te euhunt. Quo in rariſimo nunquam satis laudatorū
principum numero tuam Celsitudinem primas tenere ui-
demus, que tristes hac tempeſtate camoenas respicit, ac
ſtudiorum rationem non leuem aut uulgarem habere di-
gnatur. Hoc quanquam multis exemplis planū ac testa-
tum facere possum, uno tamen in præſentia contentus es
ſeuolo. Neq; enim ſatis uifura eſt tuae Celsitudini, diu-
ni tue ſubieſtos populos & equitate, iuſtitia, humanitate,
clementia regere atq; gubernare, atq; etiam quod caput
eſt, ut cognita pietate in Christo adoleſcerent, ſummam
dare operam, niſi ijs quoq; literis quibus ad humanita-
tem informantur pueri, iuuētiꝫ recte influueretur, adeo
ut nullum munus ſuperesse poſſit boni principis, in quo
populo tuo non per omnia abunde ſatisfacere uiderere.
Iſam proſectio animi tui magnitudinem non illibenter
pro ut & quā erat, dignis laudibus exollerem, niſi me
parum idoneum eſſe perfeniſcerem ad tante preconia
laudis. Ut enim perpetuis laudibus C. iue nomen ille-
ſtre

strem, ex pacto atq; equissimo iure amplitudini tue me
 debere non inficior, cum ad erudiendam iuuentutem in
 principali urbe tua mibi quasi erroni $\kappa\omega\chi\omega$ locum
 munificentissime delegeris, quid tamen nostra frigida
 et humirepens oratio in tanto heroë laudando posuit,
 non video, nisi tatas virtutes, ut ille ait, ingenij culpa de-
 terere. Vnum tamen hoc nobis omnibus, quotquot Ma-
 sarum sacra colimus, propositum esse video, ut istam C.
 tuae perliberalem humanitatem, qua hactenus semper
 literas ac literatos complexus es, atq; etiamnum comple-
 teris, qualicunq; gratitudinis testimonio, etiam posteri
 tate notam faciamus. Cum enim per omnes homines id
 etatis hac querimonia nobis utiliceret. Heu male nunc
 artes miseres hec secula tractant, Spes nulla ulterior, di-
 dicit iam diues avarus. Tantum admirari, tantum lau-
 dare desertos, ut pueri lunonis auem: facit tamen tua Cel-
 situdo, ut non omnis videatur perijisse fructus studiorum
 laboribus, sed superesse adhuc aliquam spem ingenij in
 tua inclita amplitudine repositam. Hoc inquam cum
 non ignorarem, non potui non aliquid literarij munieris
 tuae C. offerre, quo animum meum laudibus tuis impen-
 se fauenter C. tue utcunq; declararem, donec argu-
 mentum aliquod grauius ac pleniusr C. tue offendendum
 parare licuerit. Accipiat itaq; ac legat tua C. hosce Lu-
 ciani dialogos, si quando per grauiora rerum negotia li-
 cnerit, qui, si nibil aliud prestabunt, tamen ridendi ma-

E P I S T O L A N V N

teriam affatim suppeditabunt, ac C. tuae animum multi-
plicibus negotijs fessum non sine noluptate recreabunt.
Præter risum tamen, quem prestare possunt duo pri-
ores Dialogi, uidebit ex tertio, qui est inscriptus de Gym-
nasijs, tua C. quibus olim exercitijs apud Athenienses in-
uentus exercitata, tum quanta diligentia instituta adole-
uerit. Præterea, quanta ratio recte educandorum iuue-
nū sit habita apud gentiles, qui hoc tempore apud Chri-
stianos extreme negliguntur: et si nibil perinde inter-
sit cuiusq; Republicæ, quam ut iuuentus quam optime
ac sanctissime educatur. Certe Plato philosophorum sa-
plentissimus, iuuentutis primam curam debere esse con-
tendit, ad hunc modum scribens in Enyphrone ὅρθῶς
 οὐδὲ τῶν νεῶν πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, οὐ πάς
 ξσονται οὐτὶ ἀγιστοί. ωστερ γεοργὸν αγαθὸν τῶν
 νέον Φοτῶν ἐικός πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, μέτα
 λέ τῶν καὶ τῶν ἄλλων. Sunt enim iuvenes future
 Republicæ plantæ quædam ac seminaria, quorum recta
 educandi ac instituendi ratio, si neglecta fuerit, ipsiq; in-
 culti in maturam et constantem etatem adoleuerint:
 qui fructus, atq; adeo que spes, aut quod specimen bo-
 ne indolis aut uiri non improbi ab illis expectandum
 erit. Nō altius profectio ingratæ segetis prouentus, quam
 qui à neglectis plantis productus, nempe sentes et spi-
 næ, neq; non ramorum inutilium superflua materia, tan-
 tamenodo alendo foco accomoda, hoc est, in omnem uitio-

rum

sum genus precepit temeritas atq; audacia. Sed ista ab
 alijs iam persepe grauiſime ſimil ac luculentifime di-
 fputata ſunt: neq; minus intelligit tua C. quantum de
 trimenti adferre ſoleat rebus humanis iuuentus data ne-
 glectui. Tantum hoc dico, digniſtiam hanc curam eſſe
 principi, ut ſua in diuione iuuentutis optimis ſtudijs in-
 ſtuende rationem habeat. Eſt enim puerilis illa turba,
 ex qua olim emerſi ſunt iudices, consules, Principes,
 Reges, Epifcopi, Parochi, contionatores: qui ſi non ſta-
 tim a teneris (ut aiunt) unguiculis liberalibus diſcipli-
 nis imbuti, que optima fuerint, didicerint, nihil tale ad
 Repub. functionem & administrationem quondam ac
 cedentes preſtabunt, quod illorum exiget officium. Qui
 enim equitatem aut iuſtitiam in foro preſtabit, ille, pro-
 nunciandis ſententijs & litibus dormendis, qui nūquām
 que equitatis aut iuſtitiae ſint partes didicit? Qui bonū
 aut peccatū in Repub. ciuem illum fore ſperabimus, qui
 boni ciuiſ officia ignorauerit? Sed finem faciam, ne ni-
 mis ambicioſe munus hoc meum commendare uidear, cū
 de his multo etiam prolixius & reclius Lucianus loqua-
 tur, quem nos ſlatim, ſi haſce primitias tue C. non in-
 gratas eſſe intellexerimus, totum latino ſermone dona-
 tum tue amplitudini offeremus. Ut ille, qui hactenus
 tantum Græcis intellectus fit, poſtbac etiam latiniſ aurí
 buſ ſcriuat ac loquatur. Quod uero ad iuuentutis for-
 manda & iuſtituenda officium per te mihi oblatū Prime

E P I S T . N V N C V P A T .

cepit illustrissime attinet , quanquam certe supellestis
me & mihi probe sim conscius , nec ferè aliud de me pollu-
ceri possum præter fidem & diligentiam , sedulo tamen
tirabo , ne patriæ tue simus indecoros , neque decatur tua
Celsitudo in me alendo telluris inutile pondus ale-
re . Quod superest , precor ut Christus Opti-
mus Maximus Celsitudinem tuam , tu
is omnibus quam diutissime seruet
florentem & in columem .

Amen.

I V · P I T E R

IVPITER

CONFUTATVS, DIALOGVS

Luciani, Vincentio Obsopœo interprete.

Interlocutores Cyniscus & Iupiter.



GO VERO te Iupiter talium
rerum grata nūnquam mole-
stius conturbabo, extractas di-
uitias, aut multum auri pon-
dus, aut imperij dignitatē à te
postulans, que quidem uulgo
non parum multis maxime in-
uotis sunt, tibi uero largitu haud quāq; facilia. Itaq; per
multa eiusmodi illis solicite expetentibus surdis auribus
video te negligere. Ceterum unum illud facilimum à te
mibi uelim contingere. Iup. Quid hoc uero rei est
Cynisce, neque enim indigentia diutius discruciaberis,
maxime si rerum mediocrium, ut ait, inopia conflectan-
ris. Cyn. Responde mibi ad quæstionem quandam
non difficultem. Iup. Exiguum projecto uotum et præ-
statu facile. Proinde quiere quecunq; fert animus. Cyn.
Vide Iupiter, etenim uerisimile est ex tibi uidelicet Hom-
eri atque Hesiodi lecta esse Poëmata. Dic ergo mibi
num uera credenda sunt ista, que de Fato & Parcis illi
consarcinatis cecimerunt uersiculis. Et an nullo modo ca-
nari queant, quecunq; illæ cuique nascentium fatalis

O P V S C V L A

creto adiungerint. Iup. Et ualde quidem uera sunt istae
 Etenim in rebus humanis nihil est quod Parcarum dispē-
 satione & consilio non ordinetur: uerum omnia que-
 cunq; sunt, dum sub illarum colo circumferuntur, statim
 ab initio unumquodq; illorum certum & infallibilem
 sortitur euentum, nec fas est alter fieri. Cyn. Pro-
 inde, quoties Homerus alia in parte sue poëseos dixerit.
 Inferne Parcis inuitis regna subintrat, ac id genus ali-
 nugari uidelicet tunc illum dicemus? Iup. Et maxime,
 nihil tamen extra Parcarum legem fieri credendum est,
 atq; adeo præterlinum. Ceterum Poëta, quæcunq; ex
 Musis suggesta cecinerint, illa uera habenda sunt. Porro
 quoties a Deabus deseruntur, ac per se aliquid literis ac
 memoria proditum protulerint, tunc à uero tota uia ab-
 errant, neq; non cum prioribus pugnantia atq; contra-
 ria commemorant. Et ignoscendum quidem facinus si,
 cum homines sint, ueritatem ignorent, praesertim illo
 digresso numine, quod praesens per illos canere solebat.
 Cyn. Atqui hoc sane ita se habere dicemus. Adhuc ue-
 ro & illud mihi responde, nōne tres sunt Parcae, nempe
 Clotho, Lachesis & Atropos? Iup. Recie putas Cyn.
 Fatum ergo & Fortuna, cum & ipse Deæ sint, mulierum
 uulgo celebratae, cuiusmodi sunt, aut que nam unicuiq;
 illarum est potentia? An uero aequaliter cum Parcis for-
 tem obtinent, aut maiore quam ille in rebus humanis
 gubernandis potentia predite sunt? paſsim enim om-
 nes affira-

nes affirmantes audio, Fortuna & Fato nūbiū uspiam esse
potentius. Iup. Haud fas est omnia tibi comperta esse
ō Cynisce. Cuius ergo gratia hēc de Parcīs me interrogasisti? Cyn. Si prius mihi Iupiter & illud exposueris,
num & in uos ille Imperium obtinet, & necessum sit
ex illarum limo uos pendere? Iup. Necessarium omni
uo o Cynisce. Quid ergo risisti? Cyn. Commodeum
Homeri illi uerficiū in mentem mihi uenerunt, quibus te
in Deorū concilio concionantem introduxit, & indignā
ter comminat te cathena quadam aurea omnia sur-
sum subducturum. Etenim dixeras, cathenam cœlitus te
demissurum, ac tunc si uelint, omnes Di j ex illa penden-
tes, quamvis certatim summo studio te conarentur de-
trahere, nullo tamen modo te loco essent moturi. Te ne-
ro, si libitum foret, nullo negotio uniuersos, una cum
terraq; & uasto gurgite ponti uelle subducere. Tunc
equidem inusitato & admirando membrorum robore
pollere mihi uidebare, ac mirifice inhorrescebam animo
audiendo uerficulos. Nunc autem te ipsum uideo, una
cum cathena & uerbis tuis mimacissimis à tenui filo, ut
ais, pendentem: uidetur itaq; mihi multo iustius Clobo
arroganter gloriari posse, quod & te ipsum in sublime
tractum, & ex collo pendulum uideat, quemadmodum
piscatores ex calamo subductos contuentur pisciculos.
Iup. Haud compertum habeo, quid ista tua sibi uelint
questiunculae. Cyn. Illud nimurum Iupiter, & per Par-
cas ac Fatū te obsecro, ne acerbe atq; grauitate accipere

O P V S C V L A

uelis, si ueritatem ore liberiore protulero. Si enim ista
 ut tu dicas ita se habent, et Parcae omnium rerum poten-
 tiam et gubernationem obtinent, et nibil à quoquam
 eorum quod illis decretum est immutari potest, cuius er-
 go gratia uobis nos homines sacrificamus? quam obrem
 hinc atombas uobis ad aras adducimus, uotis expertentes
 bona nobis uestra largitione contingere? Neque enim
 video quem fructum ex tanta cura et sacrificandi studio
 capimus, si neque malorum auersiones ipsis precibus in-
 uenire possumus, neque aliud bonum diuinitus datum con-
 sequimur. Iup. Nonne unde tibi iste suppetant argu-
 mente et immodeste interrogatiunculae, nempe ab execran-
 dis et maledictis istis Sophistis, qui nulla prouidentia
 res humanas administrari garriunt. Itaque illi eiusmodi
 erbris questionibus impunitatis ductu perquerunt in hoc,
 ut à sacrificando et uotis nuncupadis auerant homines,
 eanquam uulgare quiddam esset. Nobis tamen earum que
 apud uos aguntur terum nullam curam esse, neque quic-
 quam omnino posse in his que in terris sunt negotiis im-
 pudenter mentiuntur. Verum enim uero nequaquam ta-
 libus disputationibus implicati gaudebunt. Cyn. Non
 per colum Parcarum o Iupiter, ab illis persuasus haec te
 interrogavi. Disputatio uero nostra nescio quo modo co-
 progressa in hoc ipsum incidit, ac superuacanea homin-
 um sacrificia esse confirmat. Rursus uero si uidetur pau-
 sis te interrogabo, tu porro ne graueris precor ad que-
 sus

Sitare respondere, ex uide ut maxime prouidenter respon-
deas. Iup. Roga, si tibi otium est talia nugandi. Cyn.
Ais ne omnia Parcarum nutu ex decreto agi et fieri.
Iup. Aio sane. Cyn. Vobis uero relictam esse facul-
tatem commutandi et reglomerandi? Iup. Nullo mo-
do. Cyn. Vis ergo ut quod sequitur inducam, siue
clarum ac planum illud dixerim seu secus? Iup. Cla-
rum utiq; est. Nam qui Diis sacra faciunt, nulla necessi-
tate adducti sacrificant, sed alterne retribuioni seru-
unt, perinde ac si bona a nobis mercarentur, aut alio
qui honesto dediti colunt quod uiderint esse prestantius.
Cyn. Et hoc abunde satis esse ducis, potissimum cum
affirmes nullius utilitatis respectu fieri sacrificia, uerum
bonitate quadam hominum prestantiora colentium. At
siquis ex Sophistis illis presto esset, haud dubie ex te
quereret, quo nomine Deos homibus potiores esse pro-
nunciantes, praesertim conseruos hominum existentes, et
demq; Parcarum imperio, quae rerum sunt dominæ, sub-
iectos. Neg; enim, nisi me fallit opinio, illi responde-
bis, Deorum sortem hoc esse potiorem habendam, quod
immortales sint. Nam hoc ipso nomine infeliores dia-
cendi sunt. Homines enim et si aliud nihil, certe mors in
libertatem uendicat. Ceterum uobis in imensum huius
rei incommodas protenditur perpetuae seruitui marct
pati, que natio multiplici q; tractu sub limo subinde cir-
cumvolvitur. Iup. Atqui o Cynisce haec perpetuas,

O P V S C V L A

Et immensa temporum series nostra est felicitas, ac uita
 tam omnibus bonis afflarentem agimus. Cyn. Non one-
 nes pari felicitate fruimini o Jupiter, uerum apud uos
 quoq; præfinita est quedam dispar rerū fruitio, multis
 conuncta perturbationibus. Tu quidem feliciter et bea-
 te agis per omnia, cum Deorum siamus Imperator si-
 es, possisq; et terram et mare subducere, quasi func-
 demisso. Ceterum Vulcanus claudus est, unus ex macha-
 nicis camino et igne artem fabrilem exercens. Prom-
 theus uero quondam etiam in crucem actus est. Quid
 autem patrem tuum commemorem, quem etiamnum um-
 culis constrictum tartareis sub umbris agere constat?
 Quinetiam nefandis amoribus uos capi perhibent, ac
 vulneribus indegne uiolari: præterea aliquando seruile
 conditione hominibus esse decimatos, quemadmodum
 fratrem tuum Laomedonit dicto audientem fuisse. Apol-
 lincm uero apud Admetum egisse in servitio inficiari no-
 potes. Hec cum ita sint, non uidetur mihi solida esse et
 sincera uestra felicitas. Sed sunt quidem uestrum nonul-
 li felices et egregie beati, sunt rursus qui non item.
 Mitto enim ut latrocino non secus atq; nos dispoliem-
 ni, neq; non à sacrilegis compilemimi, atq; ex ditissimis
 ad extremam rerum angustiam in puncto temporis redi-
 gamini. Non pauci uero ex uobis et iam conflati sunt,
 aurei aut argentei existentes, quibus uidelicet hoc fatali-
 ter decretu fuerat. Iup. Vide, ut herbe conuincie plo-
 na in nos

L V C I A N I

nam nos euomas Cynisce, ac te fortasse illorum aliquando poenitebit, intemperantis linguae poenas suffferentem.
Cyn. Tolle minas o Jupiter, certo enim persuasum habeo, nibil me mali passurum, quod ante te mihi Parca suffferendum non destinauerit. Quoniam neque illos ipsos sacrilegos supplicio per te affectos video, sed plurimè manus aequaliter indemnes effugiunt. Opinor uero in fatis non esse, ut capti scelerum poenas expendant. Lup. Nonne dicebam aliquem esse illorum, qui disputationibus suis Deorum prouidentiam tollerent? Cyn. Nemam pertimescis illos Jupiter, nec scire possum, cuius gratia. Primum, omnia quaecunq; dixeris, illorum doctrinam esse exstimas. Ego uero ab alio quoquis potius quam a te ueritatem peruestigarem. Ceterum ex hoc perlibenter ex te quererem, que nam ipsa uobis esset prouidentia, nunquid una ex Parcarum numero, aut an Dea que piam bis longe potentior, tanquam illarum regina est? Lup. Iam ex ante tibi dictum est, nullo modo fas esse te harum rerum nihil non nosse. Tu uero sub mitium cum dixisses te unum quiddam quæfiturum, nullum finem facis apud me de rebus eiusmodi frivolis ac scitu parum necessarijs, nugandi, et iam quidem disputationis tua sumnam quo tendat perspicio, nempe ut planum facias in rebus humanis nihil fieri nostra prouidentia. Cyn. Non meum hoc quidem est, sed tu paulo ante constanter affirmasti Parcas esse, quarum dispensatione gubernarent.

O P V S C V L A

et efficerentur omnia, nisi iam horum uerborum te
peniteat, ac que dicta sunt reuocanda putas, propul-
soq; fato de habenda cura deliberatis. Iup. Nequa-
quam, sed Parca nostra ope effecta reddit singula. Cyn.
Intelligo, ergo Parcarum famulos atque ministros uos
esse perhibetis. Verum et sic illae sunt quas cuncta pro-
uidere certum est. Vos autem non secus atq; fabrilia que-
dam illarum instrumenta habendi estis. Iup. Quara-
uone istuc dicas? Cyn. Ea nempe, quemadmodum ex-
ascia fabro lignario et terebrum cooperando nonnihil
ad fert ad artem perficiendam adminiculi. Nemo tamen
qui quidem compos sit rationis dixerit haec ipsa esse ar-
tificem, neq; nauis ascia aut terebri opus dicenda est,
sed eius qui nauem fabricauit. Non dispari ratione sin-
gula fabricans fatum putandum est. Ceterum uos soro-
num fatalium asciae et terebra estis tantummodo. Et,
quemadmodum non iniquum uidetur, homines multo
iustius fato sacra facere debebant, ac ab illo bonorum
largitionem postulare, cum illi interim ad uos curserent,
prece ac muneribus deuenerantes. At neq; si fatum sa-
crificijs et nolis colerent, recte mihi facere uideren-
tur. Neq; enim opinor, ullo modo fieri posse, ut Parcis
quoq; hoc immutare liceat, neq; non aliquid eorum sub-
uertere, que initio illarum decreto immobili de singulis
breuocabiliter statuta sunt. Proinde, nequaquam equo
animu sufficeret Alropos, si quis in contrarium statim
colit orse

L V C I A N I.

colitor scrit, laborem Clothus dissoluens. Iup. Tuiane
 Cynisce neq; Parcas quidem ipsas ab hominibus coleas
 das esse contendis, sed uidere mihi omnia non illibem er-
 ille confundere. Nos uero, ut maxime aliam ob causā
 nullam, certe ob diuinationem & oracula, neq; nō eorū
 predictionem quae singula de quo uis rato consilio decre-
 ta sunt, uire optimo colimur. Cyn. In summa, nihil uti
 litatis adfert o Jupiter eorū præscientia, quibus ea habi-
 ta observatione de uitare nullo modo concessum est, nisi
 in hoc dicas, ut is qui certus sit basta ferre a se moritū,
 mortem queat effugere, ipsa uidelicet in cistam conclu-
 sa. At qui fieri non potest, siquidem educit illum Parca
 ad venandum, & hæste obijciet. Ac Adrastus emissa in
 suum cuspidem, ab illa quidem aberrabit: porro Croesi filio
 um perempturus est, quasi violento quopiam Parcarē
 decreto stratur in tuuenem. Sed neq; illud quod Laio da-
 dum est risu caret, nempe illud, Caue sis Dijs nolentibus
 prolem seras (ait enim) Nam sable suscepit, occidet
 te filius. Etenim superuacancam atq; adeo infrigui-
 feram opinor esse admonitionem earum rerum que non
 possunt non fieri. Quippe post acceptum oraculum,
 & prolem suscepit, ac deinceps à filio peremptus est.
 Quare non video quam ob rem ex mercedem exigatis
 propter uaticinium. Ut interim silentio præterea,
 quod obliqua & ambigua, & que in utraq; partem re-
 firi possunt non paucis respondere solcatis, non admis-

O P V S C V L A

viam clare explicantes, nū ille traictio Hale-ſuū ipſius
 imperiū euersatus eſſet, an Cyri. Vtrūq; enim potest ora
 culum. Iup. Erat ō Cynusce Apollini quēdā aduersus
 Crœſum cauſa ſimilitatis & iracundie, propriea qđ
 illū pertinuerat carnes ouillas ac teſtudinem unā clē
 xando. Cyn. At enim uero conueniens atq; adeo equis
 & bonum fuerat, ut cum Deus eſſet, ab omni iracundia
 fuere alieniſſimus. Verū, ut mea ſert opinio, fortaffe ut in
 Exiſis fuit, ut Lydus ille oraculo decipretetur, ac iam olim
 ne perſpicua futura inaudiret illius ſtamini Fatum adue
 nerat. Vnde liquet uaticinium quoq; ueſtrū, illius morti
 mani eſſe partem. Iup. Nobis uero nibil facis reliquę,
 fed, ut video, ne quicquam Dei ſamus, qui neq; prouiden
 tia aliqua res humanaſ dispensare ſoleamus, neq; ſacrifi
 cijs digni eſſe uideamur, fed re uera aſciarum terebro
 rumq; inſtar ſumus. Ac ſanē uideris me ure optano ad
 hunc modum ſuperbe cōtemnere, quod cum fulmine ar
 matus ſum, uifinē te impune talia adulterii nos contu
 melioſe diſſerentem. Cyn. Feri ō Iupiter, ſi mihi fatale
 eſt fulmine percuſſum interire, neq; te ob iectum quicq; in
 iuri uocabo, fed potius ipſam Clotho, per te mulnus mihi
 intuentem. Neq; fulmen quidem ipſum accuſabo, qua
 fi tam infelicitate ruine cauſa mihi extiuiſſet. Verū tamen
 hoc quoq; uos interrogabo, nempe te & Fatum, eſterne
 tu mihi illius loco reſpondeas uelim. Elenim minis tuis
 hoc in memoriam mihi reuocasti. Qui ſit tandem, ut omisſis
 tot

L V C I A N I

tot sacrilegis, præterea tot criminosis et violētis et per
 turis hoībus dissimulanter posthabitis, unā aliquam illi-
 cem aut lapidem, aut nauis uelum nihil male unquam
 per iniustitiam merite fulmine ferias? Non raro quoq;
 boiem frugi et uiatorem spectatæ sanctimonie? Quod
 uero cōp̄f̄is labijs obticuisti Iupiter? Aut fortasse ne
 hoc quidē me nosse fas est? Iup. Sanè nefas est te ista m
 querere. Tu uero extreme curiosus es, adeo ut me fugias
 qui nā tibi uoluptati sit istis me obtundere. Cyn. Proin
 de neq; hoc à uobis perquirendū mihi video, nempe à te
 et Fato et Prudētia, quā ob rem Phortion uir sanctus et
 iustus in tanta oīm rerum inopia atq; angustia diē suā
 obierit, tū etiam ante ipsum Aristides, Callias aut et Al
 cibiades ne potes intēperantissimi oīm afflūcta exubera-
 bant, neq; non Medias multis sceleribus coopertus, ac
 Charops Aeginetes homo mascula Venere extreme im-
 fani, à quo matrē suā fame necatam pro certo cōstat.
 Cōtra Socrates undecim uiris traditus est, Meletus uero
 non uē. Adhuc cur Sardanapalus mollis atq; effēmina-
 tus, deliujsq; totus fractus regnauerit, Persarū uero tot
 ac tāti uiri uirtute longe optimi atq; clarissimi eius iussū
 in crucē subacti sunt, præterea qd' factis illius parū de-
 lectabantur. Ut taceā, que in presens fiunt, longū enim
 esset singulis percēndis immorari, quēadmodū male et
 facinorosi per oēm uitam facile agant, et feliciter oībus
 rebus affluentibus, ceterum boni ducantur et ferantur,

O P V S C V L A

pauperitate, morbis & ceteris infinitis malis implicitè
 eternosc confluentes. Iup. An ignoras Cyniscè, quā
 ta supplicia & cruciatus post hanc uitam prauos & se-
 leratos homines manere soleant, aut in quanta felicite-
 te uictori si boni? Cyn. Orcum mihi narras, & Tity-
 os & Tantalos. Ego uero si quid talium rerum est, haud
 obscurè cognoscam ubi Fato functus fuero. Quantum
 autem ad presens attinet, uelim ut quantumcunq; hoc
 temporis in uiuis mihi exigendum est, ego interea omni
 felicitate perfunditus, tandem mortuus à sedecim uultori-
 bus iecur meum depasceretur: uerum non ut hic in uita
 sui pressus, quemadmodum fertur Tantalus, in beato-
 rum insulis cum heroibus biberem, in Elysio prato con-
 stitutus. Iup. Quid ais? An non credis esse quedam
 parata supplitia & poenas malis destinatas, & hono-
 res ac forum iudiciale, ubi singulorum uita habita ratio-
 ne cognoscendi expenditur? Cyn. Audio Minoa quen-
 dam Cretensem infra talibus rebus cognoscendis atq;
 dijudicandis dare operam, ac mihi super illo quoq; re-
 sponde, estne tuus ut fertur filius? Iup. Quam ob rem
 uero ista de illo queris Cyniscè? Cyn. Quos maxime
 afficit supplatio? Iup. Prauos uidelicet, cuius generis
 sunt parricide & sacrilegi. Cyn. Quos autem ad He-
 roum contubernium amandare solet? Iup. Nempe bo-
 nos, & sanctitatem uite precellentes, quiq; scimeti uirtute
 excoluerunt. Cyn. Chiis uero gratia hoc facit o Iupi-
 ter?

Ier? Iup. Proptera quod illi supplatio, iuero honore remunerandi sunt. Cyn. Ceterū, si quis nolens & inuidio animo mali aliquid designauerit, num ex hunc supplatio afficiendū condemnat? Iup. Nequaq. Cyn. Proinde, neq; si quis iniurias boni aliquid fecerit eum honore dignabitur? Iup. Nequaquam. Cyn. Itaq; haud cōuenit illi oī lupiter ullū neq; honore ornare, neq; supplicio efficerē. Iup. Qui uero nullum? Cyn. Quoniam nītul nos homines animo uoluntario facimus, sed necessitate quadam ineffugibili adhuc compulsi: si tamen uera sunt illa, que ante confessus es, nempe Parcam esse omnium rerū cauissimam. iam si quis alterū percremerit, Parca in culpa est, quae admisit parricidiū. Si quis sacrilegio Deorum fana compilauerit, facimus à Parca sibi iniunctū admissit. Quocirca, si Minos recte uti uelit iudicio, multo & equius Fatum pro Sisyphō puniet, & Parcam pro Tantalo. Quid enī illi iniuste egereunt, quando iufis dicto audientes fuerint? Iup. Amplius quidem uel respondere tibi indignū facimus existimo, talia presertim interroganti. Audax enim es & Sophista, ac iā quidem te relicto abeo. Cyn. Debebā equidem adhuc et hoc ex te quesisse, ubi nam locorū Parce degerent, aut quomodo restantas tam exacta cura & cogitatione queant assequi, presertim illis tantum tribus existentibus. Etenim laboriosam & minime felicem atq; iucundam uitam mihi uidentur agere, tantis implicata negotijs. Et

L V C I A N I

quemadmodum uerisimile est, ipse quoq; Fato parū propitio ex-fauente in lucem sunt edite. Itaq; ego, si mihi datur opio, nequaq; cum illarū uita meā cōmutauerim, uerū eligerem potius, ut adhuc egenius agerem, quām ut ēolo Parcarū aſiderem tantis negotijs ex-difficultati bus referto, obſeruans singula. Ceterū ſi tibi grāue eſt ò Iupiter ad hæc respondere, etiam bis contenti erimus ad que respondiſti. Satis enim eſt quod de Fato ex Promidentia sermonem nos nō celaueris. Reliqua fortasse in Fatis non eſt ut audiam.

L V C I A N I I V P I T E R T R A-

goedus, Vincentio Obſopoco inter
prete. Mercurius.

OIupiter, quid animo cogitatudo. ecum cōmītēſſens loqueris, pallidus obambulans, ac Philoſophi colorem uultu p̄rſeferens? Quid mecum iſta cōmītēſſas, ex me propter rerū difficultatem, qua premeris in consilīu adhibes. Haud enī famuli tuī nugas habebis, contemplui. Mi. Sanē magne parens hominū rex atq;
Decorū. Te precor enī glaucis oculis Tritonia Pallas Fare
age ne celeſtis quo ſint hæc cognitu nobis. Quod te conſilium dubio ſub pectore uersat? Cur gemis? Et tacito pallor ſuſurgit in ore? Iup. Nunquā grāuis res uilla ſic dici potest. Non paſſio, non illus uſtrā dolor. Sed meſ calamitas uilla ſic tragicā ex mala eſt. Que ſit dolore conferenda coelum. Mi. O Phœbe qualibet incipit pro-

proemij. Iup. O pessimum genus mortallum. Tuq; d.
 Prometheus me quibus afflicti malis? Mi. Quid est nec
 enim celabis hec domesicos. Iup. O murmur ingena
 fulminis magnicrepi. Quid utilitatis addis aut adfcts mi
 bie? Mi. Cōpescē tracundam, si tragica magniloquen
 tia quemadmodum illi tibi pares esse nequeamus. Neq;
 enim totum Europidem douorauimus, ut tibi dictis Poe
 tis ē fabula petitis subseruiamus. Iu. An nobis absolu
 rum ēsse opinaris tristutie tue causam cuiusmodi fūs
 Iup. Nostri nequaquam, et si grauius quiddam boēs. Iu.
 Noui ecasior dolorum tuorum summam, quibus discru
 tioris. Neq; tamē uocifexor. aut cocciso, quippe que iom
 sepenumero præter morem eiusmodi per te sum passa
 contumeliam. Valde igitur credibile est iterū aut Dana
 ēs cuiuspram, aut Semoles, aut Europa inuentæ amore
 te angi. Deinde uero assumpta imagine, aut tauri aut fa
 tyri, aut eurum te factum uelle per impluviū in sua
 num amate puelle influere. Hoc enim haud dubitanter
 significant crebri isti tui gemitus et suspixis, neque non
 lachryme. Præterea pallor quoque non alterius rei
 quam amoris argumentum est certissimum. Iupit. O
 beata, que res nostras in amore et talibus ludicris sit
 ea ēsse opinaris. Iu. Et quid aleud te nisi hoc sollicin
 et louem existentem? Iup. In extrellum discrimen
 res nostre perductæ o luno, et planè, ut est in prouer
 bio, in scic nouaculae constitute sunt, ut aut colanur

amplius, oblatis in terra sacris fruentes, aut negleguntur
 domur ab omnibus habiti contemplui, ac nullius quidem
 momenti esse videamus. Iun. Nunquid terra Gigantes
 produxit iterum? aut nūquid Titanes disruptis vinculis de-
 inclaq; custodia rursum aduersus nos arma et utrum pa-
 rant? Iup. Confide, nam res inferae coelestibus extra
 omne sunt periculum. Iun. Quid ergo aliquid rei gravis
 et acerbe accedit? Neque enim video, quād talia nibil te-
 concurbant, quam ob rem nobis Polus aut Aristodemus
 pro Iunone apparuerit. Iup. Timocles ille Stoicus o Iu-
 no et Damis Epicureus heri nescio quo initio in causa de la-
 ti disputationem de Providentia differuerunt, in magna
 probatorū hominū frequentia et celebritate populari,
 ad quod omnium maxime concubuit animo. Ac Da-
 mis quidem neque De corvissit, neque omnino eorum que fierent
 curā ullam habere, aut ea ordine gubernare Deos impu-
 denter affirmare non uerbatur. Ceterū optimus ille Ti-
 mocles nostras partes omni studio tueri conabatur. Deinde
 de multa turba hominū certatum accurrentium cōfluentē
 nullam finem sortita est disputatio. Etenim hoc foedere
 mento ab utrisq; discussum est, ut in diem posterū de in-
 tegro reliqua nondum discussa ad curiatius examinarent
 atq; perpendere. Et nunc omnes suspenso ad audiendū
 inhiant animo, uter uictoriam adepturus sit, ut
 ueriora prolaturus. Videtis periculum, quād omni-
 bus modis in angustum res nostre coacte sunt, in uno
 uiro

unusiro periclitamus, & ex duobus alterum evadere
necessum est: ut aut omnianofra habeantur contempti,
& solum inanum quedam videantur vocabula: aut ut ca-
pietate colantur, qua priscula sunt, si Timoties dispu-
tando superior evaserit. Iup. Periculosisima pro-
ficia sunt illa, nec temere lupiter more tragico propria
illa efferebare. Iup. Tu uero Danaes aut Antioches
elicias potunde cogitatione me huius implicitum esse opinar-
bare, cum illa exanimatum me esse conspiceres. Quid
igitur o Mercuri & Iuno & Minerva nobis faciendum
est? Quin & nos consiliis prompte inuenti partem ex-
promitis. Mer. Ego quidem coacto propere concilio
hanc rem communiorum deliberationi offrendam esse
exstimo, Iu. Et ego huius accedo sententiae. Mi.
Atqui mihi diuersum uidetur o pater, ne uidelicet excite
to tumultu cælum terrore compleas, nene palam fiat
hanc ob rem te tumultuari aut confernari animo. Ce-
terum priuato tecum consilio effectum reddas, ut Timo-
thes disceptando portiatur uistoria, Damis uero omnium
risu expositus atque subsannatus ex disputations ebeat.
Mer. Atqui ista non manebunt obscura & tacita lupi-
ter, cum Philosophis in propriulo futura sit disceptatio.
Ac tu quidem tyrannum agere uideberis, si de tantis re-
bus, ad omnes communiquer pertinentibus, cum reliquis
mibz communicaueris. Iup. Quin ergo iam ut in con-
sionem uenient proclamat, ut mox presto sint omnes.

O P I V S : C V L A .

Mer. Recte mones, Hens uos superi ocyne in conciliū
 omnes conuenite, ne cunctemini, confluere omnes, uenire
 te maximis de negotijs collaturi confilia. Iup. Adeōne
 nudis oī Mercuri et uerbis simplicibus ad huc solatis pra
 conem agis, presertim maxmis de rebus Deos conno
 cans? Mer. Et qui nam alia ratione expetis Iupiter?
 Iup. Rogas? Acquum esse opinor, ut preconium tuum
 nonnullis uerfculis ac magniloquentia poētica excornes,
 ut bac impulsi studiosiss et frequentius confluant. Mer.
 Sancte. Veruntamen hoc poētarum et rhapsonorum est
 officium. Porro, ego minime sum poēticus, adeo ut pra
 conium quoq; corrupturus sim, si uerfculis consarcina
 eis ex male coherentibus proclamarem. Ac risu et omo
 nibus ob uerfculorum structuram parum concinnant.
 Itaq; ex Apolinensi in dandis oraculis ridet à nonnullis
 indeo, dum multa securo animo inuobuit, ex data opera
 abscurat, ne omnino audientes osio indulgeant, sed expē
 dent uerfculos. Iup. Proinde Mercuri, Homericos uer
 fculos plerosq; admisce preconio, quemadmodum illo
 nos connocare consuevit. Credibile autē est illorum te cō
 naminuisse. Mer. Profectio non admodū prompte et cal
 tice, sicuten periculū faciam. Ergo Deū nemo nec mac
 , nec fœmīa desit, Insuper Occani sunt dia flumina pre
 sto. Omnes summa loris nymphæ quoq; tecta frequen
 tent. Cūcti in conciliū gressu properate citato. Vos qui
 bus oblatis cedūt sua munera sacris. Præterea quoq; quod
 media

medie seu forte secundie. Clavis erunt, seu quos tenet ultima,
seu quae Penitus obscuræ diuorū sorte fruuntur. De
gètes pinguis cupidi nidoris ad aras. Iup. Euge o Mer
curi, optimum agisti præconem, ac iam plenis uis con
ueniū. Quapropter assumens illos in sedes colloca, pro
sua quenq; dignitate. Piores quidem sedes occupent au
rei, post hos locentur argentei, deinceps uero subsequā
tur quotquot sunt elephantini, his postremo succedant
enei atq; lapidei. Verum in his etiam ipsis Phidiae aut
Alcamenis, aut Myronis, aut Euphranoris, aut talū cō
similium artificiū gratia præhonorarentur. Ceterum uul
gares illi nulla arte nobiles longe aliquid cōclusi in angu
lum locentur cum silentio, complectentes tantum contio
nem. Mer. Fient ista ut imperas, ac sua quisq; ut par est
fede dignabitur. Atqui hoc neantiquā promptū qui nosse
proclue est, si quis illorū aureus fuerit ac multirudine te
lentorum præponderet, opere uero non ita insignis sit,
sed priuato penè ac uulgari ex minime artificio, si My
ronis eneis ac Polyeleti et Phidiae ex Alcamenis lapideis
conferatur, quo nam locandus sit, si artē preferendā esse
putas. Iup. Oportebat quidē ad hunc modū fieri, sed ta
men aurū anteferendū est. Mer. Intellugo, nempe iubes
ut per opulentiores delectu habito, nō ex optimatibus e
lectim locētur, atq; etiā à p̄tio. Proinde, uenite priora
sedilia occupaturi uos aurei. Attamen ut uides Iupiter
solibarbari presidebunt. Etenim cuiusmodi nam graci

O P V S C V L I A

sine animaduertis, pleni quidem uenustate ac gratia, na-
 que non uultu honesto ex liberali, ex quantum ad arti-
 ficij præstantiam attinet, probe culti ex perpolati, non
 tamen nisi lapidei aut enei uniuersi. Aut qui ex illis ma-
 ximi sunt ac sumptuosissimi impensis fabricati, ele-
 phantini sunt, modicum ab asperso auro splendorem re-
 gimentes, quippe quo tantum colorati sunt, pauloq; fa-
 cili nitidiores. Ceterum intus subligni quidem illi, tota
 que muscarum examina interne conuersantia cooperio-
 tes. Porro autem ipsa Bendis ex Amubis illa, ex pro-
 pter hanc Attis, præterea Nubres in uniuersum ex so-
 lido auro constati sunt, et graues ex multi reuera pretij.
 Neptu. Et qui hoc tibi iustū uidetur Mercuri, ut Aegy-
 ptium illum canino rictu deformem mihi anteferre non
 uerearis, præferim Neptuno existens? Mer. Reftè
 dicas, at te quidè o Neptune Lyssippus tantum fecit eneū
 ex pauperem, quippe Corinthijs tunc aurum non ha-
 bentibus. His autem omnibus metallis longe est opulen-
 sior. Vides itaque patienter ex placeat hoc tibi sufferen-
 dam esse, si huic postponaris: neque indignandum est, si
 is cui tantus nasus est aureus, tibi prelatus fuerit. Ve.
 Proinde Mercuri, me quoq; assumpta transfer ad Deos
 aureos qui præsident, sum enim aurea. Mer. Minime
 o Venus, quantum quidem ego video. Sed nisi prorsus
 hallucinor aut cœcilio, ex lapide candido ex monte Pen-
 tellia excuso opinor, cum ita usum esset Praxiteli Cnidij

Venus

Venus facta tradita es . Ve . Atqui grauiſſimum ſimul
ac fide digniſſimum teſtem Homerum tibi producam ,
ſurſum ac deorſum ſuis in rapsodijs auream Venerem me
eſſe perhibentem Mer . Sed enim ille ipſe quoq; Apol
linem pradiuitatem & opulentum eſſe adſirmat , nibi
lo ſecuſ tam eniā iā ſum in extremitate conſpi
cies , à latronibus contumelioſe affeclum , atq; etiam ſu
dibus cytharae compilatum . Quare & tu contenta eſto ,
equi boniq; consulens , ſi non prorsus in locum ſeruilem
& ſordidum detruſa , conſiōni intereffe cogare . Colof
ſus . Quis uero mecum in contentionem deſcendere au
deat , cum & ſolem me eſſe conſpiciatis , & tanta mo
le ſpectabilem . Ceterum , ſi non magno admodum inge
nio & artificio Rhodij me ſculpere dignati ſunt , tam
& alios pari arte ad noſtri archetypum ſedecim Deos
aureos formauerunt ? Quapropter ratione probabili o
mirum precioſiſimus merito eſtimadus eſſem . Artis ue
ro atq; operis preſtantia & nobilitas tanta penſatur ma
gnitudine . Mer . Quid uero facto opus eſt ò Iupiter ,
ſiquidem ex hoc non mediocrem mibi adſert iudicandę
diſſicultatem . Etenim , cum ad materiam oculos deſlexe
ro , totus quidem eneuſ eſt . Porro , cum apud animum
meum perpendo ex quoſ talents conſlatuſ eſt , preter
biippada quinque genas excuſtrus eſt modius . Iup . Quor
um uero attinebat & hunc intereffe conſiōni , ſua mu
gnitudine aliorum parvulatet expofitorum cōtempni .

O P V S C V L A

neq; non ob dignam sedem nos perturbaturum? Verum
 enim nro o Rhodioru optime, et si maxime omnibus an-
 reis anteponendus essem, quomodo praesidere possis, nisi
 ceteri omnes exurgant foras, ut soli tibi ad sedendum lo-
 cus paleat atq; sufficiat, omni spatio uel alteris tantum
 natibus occupato. Quocirca rectissime feceris, sistans
 contioni intentus fueris, inflexo in conciliu capite. Mer.
 Ecce rursus altera in discernendo mihi difficultas obijc-
 tur. Acrei enim estis utriq; eiusdemq; artificij, nimis
 in Lyssippi officina uterq; formatus. Et quod maximum
 est, generis nobilitate pares, utpote Iouis filius Dionysius
 ille cum Hercule. Vter ergo illorum anterendus est
 alter? Siquidem de loco pugnant inter se ut uides. Iup.
 Nimirum uero cunctamur Mercuri, iamdudum conciona-
 tum esse oportuit. Quare in præsens quidem nullo habi-
 to discrimine sessum eant promiscue, ubi cuiq; uisum fue-
 rit. Deinceps uero hisce de rebus cogetur de integrō eō
 cibium, ac deinde certum habebo, qui mihi hac in re
 ordo constituendus sit. Mer. Sed o Hercules quām pro-
 more solito tumultuantur, cum uociferatione quotidiana
 nam illam distributionem efflagitantes. Vbi est nectar?
 Vbi relicta ambrosia? ubi sunt hecatombæ? ubi sacra-
 tia? Iup. Compescet illos Mercuri indicio silentio, ut in-
 telligant cuius gratia accessiti sint, eiusmodi nugis post
 habuiis. Mer. At qui non omnes græcam linguam capi-
 ent Iupiter, ego hero harias linguas minime sonare ca-
 lco, 14

L V C I A N I

do, ut Scythis et Persis et Thracibus ac Celtis intelligi
bilia predicem. Consultus itaq; factu opinor, si manus
signo dato silentium imposuero. Iup. Quim ergo facis.
Mer. Euge, Pythagoricis taciturniores tibi facti sunt,
itaq; iam tempus est concionandi. Vides ut omnes oculi
los in te correctos habeant, cupide atq; desideranter ex
pectantes, quid nam dicturus sis. Iup. At quod ego pa
tuor Mercuri, cur tibi exponere uerear filio existenti
meo. Nam tibi obscurum esse reor, quam impendio an
dex ego semper et magniloquus in contiombus esse sole
am. Mer. Satis comperte noui, ac profecto magno me
tu confernatus eram contionante me audiens. Maxime
vero quando minabat te terrā ex ipsis fundamētis erub
sam, et pontū undā cum Diis sursum tracturū, aurea illa
catena ex alto demissa. Iup. Atqui nunc ô fili, nescio
quo modo siue pro magnitudine periculorū impenden
tiū, siue pro multitudine praesentiū, conuentius enim ne
vides est frequētissimus, enīus confusa mente mihi peni
tuit obſtupui, planeq; sub irrepida lingua cōstricta esse
uidentur. Et quod oīm est absurdissimum, orationis quoq;
muliū dñiq; meditatae proceriū mihi excidit, qd' adorna
uerā, ut exordio erga illos iterer bellissimo atq; luculent
issimo. Mer. Perdidisti oīa ô Iupiter, ceterū illi tuo fili
eo in suspensionē uenient, ac grande aliqd' malū se audiū
ros expectabūt, cuius gratia tu ita lēte et cunctāter ad
dicēdū p̄grederis. Iup. Vis ergo Mercior. Homerickū il
lud p̄ormiū illis occimā? Mer. Quale nā? Iup. O superl

O P V S C V L A

mittis animos attendite nostris. Mer. Apage, iam enim abunde satis ista sub initium nobis per contumeliam inculasti. Verumtamen, si consultum videatur, sciri colorum odiosam difficultatem missam facio. Ceterum unam aliquam ex Demosthenis orationibus aduersus Philippum habitis, quecumq; argumento tuo appositissima videbitur, defuse, pauca quedam immutans. Facies hoc multorum rhetorum exemplo, quibus idem facte nunc solenne est. Iup. Recte sane dicas, consarcinam quandam rhetorican, neq; non promptam ex facili perplexis ex animo hesitantibus. Proinde facto ali quando principio exordiar. Pro magna pecuniarum copia o uiri Dei uos electuros opinor, si palam uobis fieret quid tandem illud sit, cuius gratia in hunc coetum esset accessiti. Quod cum ita sit, consentaneum est, ut me dampnem attentis audiatis animis. Porro o Di presens quadam tempus emissâ uoce propemodum loquitur, instantibus periculis omni conatu ac studio uobis occurvendum esse. Nos autem ad hec summa ope prouidende parum solcite affecti uidemur. Nam uero, quoniam Demosthenis subsidiaria uerba me deficiunt, hac ipsa uobis manifestius declarare statui, propter que perturbatus animo, conuocata contione concilium coegerim. Hec enim, ut nemini uestrum obscurum esse opinor, cum Mne sibcus Naucratus obseruat ex undis nauem, que ad Caphtoriscopulos firmè ulisa perisset, sacra persoluimus.

set, accepti epulis in Petreō cōsumū agitabamus, quod
quot nostrum à Mnesitheo uocati eramus ad sacrificium.
Deinde oblatis libaninibus uos aliis alio, quo cuiusq; fe-
rebat animus, secessistis. Porro autem ego, necdā enim
profunda erat uespera, in urbem regressus sum, ut tem-
pore pomeridiano otiosus ab animo deambularem in Ce-
ramico, simul mecum sedula agitatione Mnesithei tenue
ac frugale, ne dicam sordidum, coniuuum perpende-
bam, qui, cum sedecim Deos epulis acciperet, solum
modo gallum sacrificauit, senem quidem illum, ac iam
muco & pituita laborantem. Tharis præterea grana
quatuor iam proſus putrida, adeo ut prunis iniecta ſtie-
tim extinguerentur, ut neq; ſummā nāres emergente ſu-
mo contingere, præcipue uero cum totas hecatombas
ample & liberaliter polliceretur, iam nauī appropin-
quante ſcopulis certo incluſa periculo. Interea dum hac
meum uolucrem in animo, ad porticum Variā progre-
diendo delabor, ubi confitens ex improuifo inuicibilis
homīnum multitudinem conficio: partim quidem illo-
rum intra porticum, partim uero ipso sub ioue, insuper
nonnullos uociferantes ac mira peruicacitate disceptan-
tes, inq; ſedibus confidentes. Tandem uero rem ipsam
facile cōiectura affequitus, nempe Philosophos eſſe ex
contentiosis illis & rixosis, uolui propius admoto gref-
ſu exploratiū intelligere, quid nam illud eſſet, cuius gra-
tia inter ſeſe tantopere digladiarentur. Ac me illico nube

O P V S C V L A

ex crassiōribus illis circuuoſutum iliorum habitu ex
 ornati, prolixāq; barba attracta, per omnia non inepie
 Philosopho similem turbæ memet innisi. Multis uero
 qui multi obſtabant cubito ē uia protrusis, ingredior oē
 bus ignorantibus quis eſſem. Ceterū intra turbā iam cō
 ſiſtens offendit Damis illum Epicureū hominem perdi
 tuſtum, ac Timoclea Stoicum uitrorum longe optimū
 pertinacissime diſceptantes. Itaq; Timocles largo ſudo
 re perfluens, p̄e nimio clamore iam penē uocem amife
 rat. Damis uero riſu ſardonio diſfluens magis ac magis
 Timoclea exasperabat. Porrò omnis illorum ſermo de
 nobis babebat. Etenim execrandus ille Damis, bu
 manarum rerum nihil à nobis provideri affirmabat, ne
 que coquū que in terris fierent quicquām nobis cure eſ
 ſe. Breuiter, nihil aliud quām in uniuersum nos non eſſe,
 tamq; ui comprobandi eius ualuit oratio, erantq; nonnulli
 qui laudarent illum. Alter uero nempe Timocles no
 ſtra optime ſentīs propugnabat, indignabaturq; ac oē
 bus modis hōstem pugnis inuadens lacceſſebat, curam &
 ſedulitatēm noſtrām collaudans, ac planum faciens cum
 ex mundo, tum omnium rerum conuenienti ordine Dea
 os eſſe, quodq; per nos ordinatim diſponerentur ſingu
 la. Nec defuerunt quibus ex ille fuit admirationi, eis
 orationem non improbantibus. Verum iam extreme de
 feſſus erat, ac grauiter & laborioſe loquebatur. Unus
 fugit turbā in Damum coniectos habebat oculos. Cete
 rum cum

Nam cū ego Deorū existimationem periclitantē adiudicerē, iufi noctem ocyus circūfusam cōuentū dissoluere. Abierunt ergo excōposito ut die postero īchoatam de Dīj disputationē ad finē ducerēt. Inde ego multis me domū abeuntibus comitem adiungens inter eundem audiēbam Damidis herba certatim in celum ferri, atque à pluribus supra modum probari. Presto tamen aderant etiam qui dicerent nihil esse præiudicandum, sed expe cūdandum, siquid īrācūtūm ipse quoq; Timocles ditius rūs esset. Hæc fermè sunt quorum gratia uos conuocari iufi. Non modica uero sunt hæc oī Dīj, si ratione diligētis inita consyderaueritis omnem nostrum cultū, omnē gloriā nostrām ac prouentū ipsos esse hoīes. Porro aut illi si persuasi in eam cogitationem discesserint, aut omniē noīeos non esse, aut si sint, res tamen humanas nulla illorum administrari prouidentia, periculum est, ne omnia nobis īa terris negentur sacrificia, subtrahantur manera, culūs intercipiantur, ac ne quicquam sublimes ī caelo collocati cum fame conflictemur, diebus festis & solennitatibus, & certamībus, & sacris, & ludis nocturnis & pompis orbati. Super tantis itaq; rebus iā presentia quidem æquam esse opinor, ut omnes collatis consūtis accurate perpendamus, si quam imminentibus periclis salutem inuenire queamus. Tum, qua potissimum ratione adiutus Timocles polliatur uictoria, ac ueriora dixisse videatur. Damis uero conuictus aque

O P I V S C V L A

confusus auditoribus risui exponatur. Cælerum ego Tut
mocli non admodum confido, quasi per omnia destituta-
tus auxilio victurus esset, nisi non nihil opis per nos illi
allatum fuerit. Facito Mercuri præconium quod lege fie-
ri cautum est, ut surgentes consulant. Mer. Audi, ac si
lentio lingua cohube, ne turba. Quem ex Dijs maiore-
bus animus ad contionandum impellit, quibus consentia-
neum est? Quid hoc rei est, nemo surgit in medium, sed
cuncte ora tenetis, fortasse earum rerum magnitudine,
que expositæ sunt, obstupefacti. Momus. At uos sic
muti tellus fatis & unda. Ego uero si mihi cum quadam
dicendi libertate copia fandi concessa fuerit, permulta
haberem ō lupiter, que in præsentiarum conferrem in
medium. Iup. Confidenter dic ō Mome, atq; interrito
animo, uidere enim utile quiddam ad rem præsentem li-
bere proloquuturus. Mo. Proinde ō Dei, agite, cur
eti attentissimis estote animis. Ego enim iam olim admo-
dum expectabam in eam difficultatem res nostras dela-
psuras, ac multos eiusmodi Sophistas nobis suppululatu-
ros, iam dudum prospexi animo, à nobis ipsis tam abomi-
nande atq; inaudite audacie caussam suscipientes. Et sa-
nè per equitatem indignum facimus est, eam ob rem ira-
sci Epicuro, aut eius aſſeclis, eiusq; discipline successo-
ribus, si talia de nobis suspicati sunt. Quam enim equa
opinionem de nobis illis habendam esse contendat qui
ſpiam, quando tantam omnem rerum perturbationem
in vita

inuita uideant. Bonos quidem ex illis ut quisq; agit uitq;
maxime inculpatam, polissimum negligi, paupertate,
morbis ac iugo seruili indignissime afflictos opprimi.
Ceterum homines facinorosos nefarijs sceleribus con-
taminatisimos, honore & dignitate priores esse, duie-
tijs extrusimis affluere, melioribus imperitare. Quia
etiam sacrilegos nullis supplicijs multari, uerum conce-
sa impunitate tuto latere. In crux uero subigi, ac ua-
rijs modis pulsari eos, qui nihil malis sunt commeriti, per
injustitiam delinquentes. Hæc itaq; cum uideant, uoc
optimo talcm de nobis opinionem obtinent, nihil pror
fus nos esse. Maxime uero quando oracula prædicen-
tra audierint, quale est illud, Traecto Hale maximum
subuertes imperium. Haud quaquam plane manifestan-
tia, num suum ipsius, an hostium imperium subuersurus
sit. Et iterum uxorum Salamis chariflma pignora per-
des. Etenim & Perse, ut opinor, & Græci uxora e mul-
eribus editi sunt. Ceterum auditis etiam rhapsodis illis
quod & anori operam demus, quod uulneremur ex
seruiamus, quod uinculis constringamur, quod motis se-
ditionibus disudeamus, atque id genus innumeris alijs
rebus satis ridicul simus impliciti, presertim cum bea-
ti atque immortales esse contendamus, quid uero aliud
perinde, quam riderent, facerent, ne flocti quidem no-
stram diuinitatem aestimantes. Nos porro indigne feri-
mus, si qui sunt homines non prorsus uocordes, & man-

O P V S C V L A

tis mopes, qui ista differunt, ac omnem nobis prouidem
 tiam extorquent ē manibus, cum potius contentos nos
 esse oporteat, si nobis etiamdum nōnulli sacra facerent,
 talia flagitiose delinquentibus. Ac mihi hoc loco ḥ lupi-
 ter (soli enim sumus, nec ullus hominum in hoc coetu
 presto est, extra unum Herculem ac Dionysum & Ga-
 nymedem & Aesculapium, qui nothi sunt ex Diis asscre-
 ptis) cum ueritate responde, quando uero in tantum
 res humanae tibi curae fuere, ut habitaratione perpendis-
 ses, qui nam illorum praui & mali, aut iusti ac boni es-
 sent? Haud quaquam uero in hanc etiam unquam te in-
 cubuisse dixeris. Itaq; nisi Thesfus ex Trezene Athenas
 profectus, ingulasset in itinere maleficos, sanè quantam
 ad te & prouidentiam tuam attinet, nihil obstante, quo
 minus non uiuerent & Scyron & Pitocampes & Cer-
 eyon, alijsq; innumeri parricidijs et latrocinio uictoribus
 negotiū ualde securi faceſſentes. Ac niſi Euryſtheus bo-
 mo enim iuſtus tum multū prouidens singulari humanitu-
 te impulsus, singulis apud quosq; diligenter exploratis,
 hunc famulum ſuū emiſiſſet, hoīem manu promptū fa-
 ciſiſq; ſtrēnuū, & ad obēunda pericula ac labores ſuſci-
 piēdos interruū, nunquād eibi ḥ Iupiter Lerneā hydra
 in mentem ueniffet, nunquād aues Stymphalides cura-
 fuiffent, multo minus equi Threſtij. Quando uero Cen-
 tariorum contumelioſe temulentie memor fuifſes unq;
 Itaq; si uerum proferendum eſt, tantū cōpreſſis mani-
 bus

bus in Olympo desideramus, tantum hoc inconvenienter obseruantes, si quis licet atq; sacrificet, ac circa aras incenso thure uaporet. Porro aut res cetera temere ac uicta, fluvium scruntur, ut quisq; illas fortuito attraxerit. Itaq; meritis nostris digna ac iusta patimur, atq; etiam amplius patientur, ubi homines post pusillam suspicentes ani maduerterint nihil se utilitatis consequi, tametsi nobis sedula pietate sacrificarint, ex oblatis libaminibus littere. Deinde breui uidebis ab ipsis Epicureis nos rideri contemptissime, ex haberi pro abiectissimis, Mecetodoros uero ex Damidas suis disputationibus inualefcere, propugnatores autem nostros ab illis iugulari. Quare nostrarum erat partium, his rebus finem impunere ac periculis emergentibus mederi, illisq; summa opere obniti, quorum opera hec eò perducta sunt. Evidem, quod ad me attinet, non ualde periclitabor, si despctus ero. Neque enim olim in eorum censebar numerus, quibus bonos habebatur, rebus nostris adhuc floribus ex florentibus, uobisq; oblati sacrificio frumentibus. Iupiter. Enim uero, hunc o cœlites deliram, tem ex nugantem missum faciamus, semper alias quoque asperum oburgatorem agentem. Est enim, ut preclare dixit admirandus ille DEMOSTHenes, criminari ex insectari, atque etiam oburgare cuiuscvolenti promptius ac facile. Ceterum demonstrare qua ra

O P V S C V L A

tione rebus praesertim commodissime succurrat:
 et, projecto consularis officium est non nisi impense
 cordati. Quidquid nos alios sedulo facturos etiam
 hoc tacentem constantissime persuasum habeo. Neptu-
 m Ego quidem alias quod nobis obscurum non est, sub un-
 dis dego, in profundo maris Reipub. procurationem
 obieci, pro uirili quoad eius fieri potest navigantes scr-
 uo, puppesq; sursum ac deorsum magna cura deduco,
 neque non violentam uentorum rabiem molto atque de-
 mulceo. Nibil oscus tamen ex eis que hic agun-
 tur rerum cura me habet sollicitum. Proinde Damnum ei-
 medio tollendū esse opinor, priusquam ad contentionē
 descēderint, aut iſtu fulminis, aut alia quapiā machina,
 ne disputando uictor euadat. Siquidē perhibes illū lupi-
 ter oēs persuadendi uias ac artes callere. Quo facto illud
 quoq; testatum faciemus, nos suppliciū de illis sumere,
 qui ista aduersus nos petulantiter affirmant. Lup. Lu-
 dis o Neptune, aut prae finiti ordinis oblitus es? Nibil enī
 tale in nostra manu ſiū est, uerum Parcae sunt que cui-
 que fatali lege decernunt, bunc quidem fulmine, alte-
 rum ferro, tertium febricula, quartum tabe consum-
 ptum interire. Etenim, si mea facultatis fuisset punire
 maleficos, dimiſſam scilicet nuper sacrilegos nullo
 iſtos fulmine ex olympia, cum duos torti capillitij no-
 dos nubis detondiffent, sex minas utrinque ponden-
 tam

rantem? Aut tu ipse dissimulanter neglexisses in Gete-
sto pescatorem illum ex Oreo, qui furtim tibi triden-
tem abstulerat? Accedit his quod etiam indignanter ex-
tracunde ferre videbimus hoc facto perturbati, et Dan-
midis sermones perhorrescere, ac propterea ea insidio
se esse molitos, ne nobis expectandū esset, dum ille ex ad-
uerso cum Timocle compositus congrederetur. Quod
quid aliud quād desertā caussam uincere videbimus?
Neptu. Atqui compendiosam ad parandam uictoriam
ego me uiam excogitasse arbitrabar. Iup. Apage, fu-
riosum et illiberale consilium o Neptune, ac propemo-
dum pingue et stolidum de tollendo ante tempus aduer-
sario, ut nondum convictus mortem oppetat, relista in
ambiguo disputatione. Neptu. Proinde, uos aliud
quod factu sit prestantius excogitate, si mea consilia uo-
bis tantopere repudianda uidentur. Apol. Si nobis
quoq; natu iunioribus, et nondū barbatis per legē cōce-
deretur cōtionandi copia, fortasse uile quiddā et frugife-
rū afferrē in mediū rei super qua deliberatis. Momus.
Evidēt ea nobis est o Apollo de rebus ita arduis pro-
posita deliberatio, ut non acatis respectu, sed communis
utilitatis scrupulae gratia omnibus quoq; sermo sit pro-
positus. Quād uero lepidum esset atq; festuum, si in ex-
tremis periclitantes discriminibus, circa legis facultatē
atq; licentiam ambitiose disceptaremus. Ceterū, tu iam
admodum concionator es legitimus, nempe iam olim ex-

O P V S C V L A

epboebis egressus, præterea in duodecim aiorum tabula
 lam relatus. Ac parum abest, quo minus etiam in Satur
 ni concilio uerfatus sis. Quare non est quod iuueniliter
 te geras erga nos, uerum sumpta audacia confidenter
 quæcumq; tibi optima factu uisa sunt, proloquere. Necq;
 propterea pudore afficiare, quod imberbis existens con-
 tioneis, præserim cum ita profunda barba tibi sit fili-
 us Aesculapius. Quin etiam alioqui non indecorum tibi
 erit, id etatis nunc maxime specimen aliquod sapientiae
 exhibere, ne frustra uideare in Helicone concedisse, unde
 cum Musis Philosophando. Apol. Atqui nequaquam
 penes te est ò Momè facultas eiusmodi permittendi, sed
 penes louem, qui si fandi potestatem mihi dederit, for-
 tasse quippiam expromam non incruditum aut incondi-
 tum, sed quod ei que mihi in Helicone fuit conuersatio-
 ni respondeat. Iup. Dic inquam ò fili, iam enim
 permisi tibi. Apol. Timocles ille uir profecto non
 malus esse uidetur & pius, & qui disputationes Stoicas
 ad unguem excusserit. Vnde compluribus quoque con-
 serfatur iuuenibus propter exactam Philosophie cogni-
 tionem, & mercedem non mediocrem bac ratione colli-
 git, persuadendi facultate impendio pollens, quoties pri-
 uatim inter discipulos differendo uerba facit. Ceterum
 in hominum frequenti coetu aut celebritate populari ad
 dicendum infantissimus & timidißimus existit, uoce
 instructus uulgi ac planè barbara, ita, ut inpte &
 uitiose

utiose dicendo in conuentibus non raro auditoribus ri-
sum excutere soleat, nibil apte inductum connectens,
sed argumentis putidis ex barbaris commiscet omnia.
Maxime uero omnium hoc illi usu uenit, quoties elo-
quentissimus quidem gestit. Enim uero, alioqui quod ad
ingenij acumen attinet, uer est perspicacissime intelli-
gentia, ex mentis plane diuina, quemadmodum testan-
tur illi, quibus res Stoicae proprius atque compertius na-
te sunt. Dicendo uero atque interpretando pre imbe-
cillitate corrumpit plerique omnia, non ualde planum fa-
ciens quid sibi uelit, uerum enigmatum inuolucris non
dissimilia proponens obscurat omnia. Ac rursum multo in-
uolutora ad questiones propositas respondere illi moris
est. Porro, auditores parum intelligentes quid affectata
obscuritate sibi uelit, ferè subsannant eum. Consentane-
um autem esse opinor, perspicue et significanter dicere,
cui rei plurima cura impendenda est, ut audiētes ea que
loquuntur nullo cum fastidio intelligunt. Mo. Equi-
dem hoc recte dixisti Apollo, collaudatis ijs qui in oratio-
nibus perspicuitate utuntur, quanq; tu hoc ipsum in pro-
mēdis atque reddendis oraculis non admodum usurpare
soleas, anicipitia ex ambiguitate intricata multa in me-
diū secure proīciens, adeo ut audientes alio ad inter-
pretandum oracula opus habeant Pythio. Sed quid est
quod aduersi consiliū? Quo remedio Timoclis in dicen-
do infantie succurrendum esse existimas? Apollo.
Si quo modo patronum illi o Mome, queamus adiun-

gere dium qui facultate dicendi pollet, eaq; pro dignitate eloquatur, quecunq; Timocles excoxitata illi effundat suggeressit. Mo. Non sapit profecto hoc quod dixisti pilos, sed adhuc pedagogi eget admiraculo, de patrone in conuentu Philosophorū adiungendo, ad presentes interpretatu, quecunq; Timocli dictu necessaria uisa fuerint. Damis uero ipse per se loquatur, porro alter interpretis utatur opera, priuatum in aurem illi susurrans, quecunq; sibi placuerint. Ceterum interpres rhetoricetur, cum neq; ipse fortasse quicquam ex his intellecturus sit, que Timoclem suggeste audierit. Hec quomodo turbæ nos uideri possint extreme ridicula? At qui hoc alia uia aggrediamur, quando hec parum successit. Tu uero o admirande, etenim ex uatem esse te confirmas, ac mercedem non mediocrem bis prestigijis cumulasti, donec aliquando ex lateres atreos consecutus es, cur non data iam occasione in tempore aliquod egregium artis tue specimen exhibes, predicens nobis penes quem ex Sophistis disputaturis futura sit uictoria. Siquidem cum augurij peritia excutius sis, credibile est futurum rerum cumentum te prædiuinare posse. Apol. Qui hoc illo pacto fieri posset Mome, neq; presente nobis tripode, neq; thymiamatis, nec fonte augurali, cuiusmodi est Castalia? Mo. Vide, ut confutatus tergiverteris dum in angusto constringeris. Iup. Attamen dico fili, neq; huic sycophante calumniandi occasionem, tuaq;

tuaq; subsannandi concedas, quasi omnis tua uaticinatio
di peritia in tripode et aqua & thure sita sit, adeo ut ne
si haec tibi presto sint, omni arte priuatus sis. Apol.
Evidē ista in Delphis aut Colophone melius à me fieri
poterant o pater, oraculis omnifariam ut assolet mihi
præsentibus. Attamen uel sic his omnibus nudus, impa-
ratusq; tentabo prædicere, utram secutura sit uictoria.
Suscipietis uero hanc dubic nisi uersiculis inclusum ora-
culum protulero. Mo. Dic modo, uide ut clara &
perita proferas Apollo, que nullo patrono egeant, que in-
terpretis requirant operam. Etenim, nequaquam iam oculi
la caruncula aut testudo in Lydia coquuntur, uerum que-
bus de rebus nobis sit proposita deliberatio, non te præ-
terit. Iup. Quid o nate dicturus es? Quā uero que
oraculi prædictionem antecedunt, quā plena terroris
sunt, nempe color pallore immutatus, oculi hinc inde
mobiles, comarum semet erigentium horror, motus cor-
poris furore incertus, ac omnino oīa numinis præsentia
testantia, plena sunt mysteriorū atq; terriculi. Apol.

Percipe Faticani gens diuinū miracula Phœbes

»

Lit super dura, quam constitueri Sophiste

»

Clamosi, largis armati uocibus omnes.

»

Multa quidem uarij alterno clamore tumultu

»

Miscentes stiua complebunt rostra carime.

»

Ast ubi iam curuo comprehendereit ungue cicadam

»

Vulnus, postrema cornues uoce sonabunt.

»

O P V S C V L A

» Excipiet sperata suos uictoria mulos,

» Verum asinus feriet longo sua pignora cornu.

Iup. Cur autem sublato cachinno risisti o Mome, atque ista minime risu prosequenda sunt, que nostris cervicibus iam immiment. Define uero sedato risu infeliciſime, aut immodicis cachinnis prefocaberis. Mo. Et qui nam resum queam comprimere o Iupiter, tali tam claro & perſpicuo audito oraculo? Iup. Quin igitur & nobis interpretaris, quid nam sibi uelit. Mo. Valde quidem aperta et liquida, ita ut nibil nobis opus sit Themis stoclis opera. Siquidem perſpicue hoc testatur oraculum hunc uidelicet esse prestigiatorem, nos autem asinos cluicularios, ac per louem etiam mulos, qui tam facile persuasi, illius uerbis credamus: neque tantum habeant inuisus mentis aut cerebri, quantu[m] habent locutio[n]e. Hercu-
Ego uero pater tametsi inter superos iniquissimus sum & asciutius, tamen que nostris rebus in praesens usui fore uisa sunt, non grauabor exponere. Cum enim iam ad diſputandum in unum coierint, tunc si Timocles superior euaserit, finemus conuentus de nobis habiti disceptacionem progredi: si res secus cesserit, tunc ego ipsam porticu[m] concussam radicitus super Damum precipitabo, ne homo execrandus ore blasphemо amplius nos inuidat. Mo. Hercules heu Hercules, quam inmane & barbarum est quod dixisti, et uchementer bacoticum consilium, eadem opera uolens tot una cum scelestio Damu de exitio.

de exitio absurere. Adhuc ipsam quoque porticam
anà cum Marathone ex Miltiade atque Cynigero dirue-
re. Et quo nam pacio his collapsis rhetores amplius de-
bito fingerentur declamandi officio, maximo ad conscri-
bendas orationes argumento priuati? Evidem ista vi-
menti tibi licuisset perpetrare, ex quo uero in Deorum
numerum relatus es, factus ex ipse diminitatis particeps
dudicisti, ut opinor, solas Parcas effecta reddere posse te-
lia, porro uos eiusmodi perficiende facultatis expertes
esse. Her. Proinde, quando leonem aut hydram cla-
ua illisa letò dedi, Parcae per me ista operae sunt? Iup.
Sanè uero. Her. Ac nunc si quis contumelia petu-
lanter me impeteret, aut templum nefario sacrilegio
compilaret, aut statuam meam subuerteret, nisi iam an-
ilm Parcis uisum foret, non conteram illum scilicet? Iup.
Nequaquam. Her. Ergo me cum libertate dicentem
que sentio, audi o Iupiter. Ego enī, ut Comicus ait, ho-
mo sum agrestis, et rusticus ligonem, ligonem uocans.
Si ad hunc modum res nostræ se habent, honoribus nido-
ri, ac sacrificiorum sanguini quibus hic fruimur longum
ualere uisis, in orcum descendam, ubi me nudum ar-
cum habentem, saltē demortuorū umbra ex idola per-
ehescent, propter feras terribiles ac monstra à me pas-
sim trucidata. Iupiter Euge testem, quod auunt,
domi adductum. Conseruasti igitur Damidi ista ad de-
scendum subiiciens. Sed quia tanto accedit properant

O P V S C V L A

stadio, nempe ereus ille est probé politus et exakte ex
pressus, subligata in morem prisorum coma. Magis
uero tuus est o Mercuri frater, forensis ille, cuius circa
porticum Variam crebra est conuersatio. Proinde pice
appletus est, quippe qui in dies singulos à statuarijs re
singitur. Quid hoc nate, cur tanto cur suad nos com
tendis? Nunquid nouarum rerum quippiam è terris an
nuncias? Hermagoras. Ingens quiddam o Jupiter,
quodq; summam et maximam requirat operam et dili
gentiam. Iup. Quim ergo actuum expromis, sic ubi
aliud forte malu nobis ignorantibus subortu sit. Herma.
Cum ad porticum iam fabricarer ereus, ac perq; dor
sum perq; pectus iniugerer, et factus incepte corpori tho
rax meo adpenderet, nec arte dispari foret ex ere totus
additus mihi baltbeus, turbam uideo tumultuantem ad
currere, qua cum duo sophistici certaminis ibant periti
fronte tristi ac pallida pugiles Damis et, Iup. Parce
precor optime Hermagora, uerbis intonare tragicis.
Novi enim quos dicis. Sed age hoc mihi expedi, num
iam dandum consertis manibus in pugnam descenderunt
Herma. Nondum, sed adhuc in initio uelitaris pugnae
ac intrateli iactum constituti sunt, funda iaculantes et
alternis eminus cōiutijs mutuo se petunt. Iup. Quid
ergo nobis porro faciendum est o superi, an non prola
to capite auscultandum? Quo circa hore ostiaria iam
uenerant diuina pessulum, ac deductis nubibus olympi
portas

portare referent. O Hercules, quantà multitudine hominum ad audiendum confluxit. Ceterum Timocles ille non admodum mihi placet ita perturbato animo. trepidans, funditus hodie perditurus est omnia. Neque enim dubijs argumentis indicat, nullo modo Damidius impressionem ac impetum se perpetuorum. Sed quod nobis factum est facilius, uota pro illo faciamus nobiscum, at tacere ne Damis inaudiat ista. Timocles. Quid uero ait Damis sacrilege, nullos esse Deos, neque eosdem quicquam in rebus humanis praividere? Da. Non, sed tu mibi prius respondes, quo sermone persuasus illos esse credidisti. Timo. Nequaquam, sed tu mibi o scelerate responde. Da. Non inquam, sed tu. Iup. Hac equidem tuaratione noster prepollet multo maxime, nam uocatus ex intensius exasperat omnia. Euge uero o Timocles, multa mala in hominem perditum ingere conuicta in hoc enim orationis tua uis sita est, ut maxime aliás ipsis pescibus mutiore te esse declareret, os tibi opprimens. Timo. Atqui per Minervam, prior tibi nunquam responderebo. Da. Proinde o Timocles, roga. Si quidem in hoc tam uicisti postquam turaueris. Sed enim, si uidetur citra blasphemias. Timo. Recte monies o exaceranda bellua, nulla ne uidentur tibi superi uti prouidentia tua. Da. Nulla. Timo. Quid ait? omnia ergo fortuito contingunt, et circa Deorum prouidentiam? Da. Sane uero. Timo. Neque ullum Dei cura: quaeque

O P V S C V L A

ordinatur aut disponitur? Da. Non. Tano. Cu
sta uero temere feruntur ex casu fortuito? Da. Sane.
Tano. Ceterū nos ciues ista audientes impune suffici-
bus execrandas in Deos blasphemias, nec sceleratum
hunc saxis obruitis. Da. Quid uero hominum ani-
mos in me exasperas o Timocles? Aut quem nam te esse
dicam, qui Deorum gratia magno aduersus me stoma-
cho exacerbatus es, praesertim illis ipsis nequaquam in-
digne ferentibus? Iam enim olim ista audientes nota-
dum illa re mala aut acerba me affecerunt, nescio ta-
men, si ista audiunt. Timo. Audiuunt ista o Domini au-
diunt, ceterum in aliud tempus grauibus supplicijs te
excarnificandum reseruant. Da. Et quando illi de
me cogitando tantum à rebus suis sibi sumerent ocij,
tot ac tantis ut tu mihi perhibes districti occupatioibus,
res que sunt per mundum innumerarē disponētes? Adeo
ut te quoq; nondum ob tua nefanda peritura dignis sup-
plicijs affecerint. Neque non ob cetera nefaria flagi-
tia, ne ex mihi necessitate coacto ad conuicia ex maledi-
centiam propter probra falso obiecta configiendum sit.
Et me hercule non uideo, quo certiore arguento suam
testamat facere possint Prudentiam superi, quam si te
malum ex nefariorum malis exemplis cruciatum perde-
rent. Atqui pro certo constat illos peregre esse profe-
sos, super Oceanum fortasse ad inculpatos Aethyopas.
Salent enim crebro ad illos ire concessum, ex profecto
non.

nonnunquam invocati. Timo. Quid ad tam impia-
denter et blasphemam contumeliam tibi respondemus
o' Danie? Da. Nimirum illud, quod iam olim audis-
fime audire desiderabam, nempe qua ratione persuasus
Deos prouidere existimas. Timo. Evidem ipso re-
rum quotidie accidentium ordine primum ad hoc crea-
dendum inductus sum. Nempe, quod sol subinde diura-
ni spacijs cursu suum iter conficiat, ad eundem quoque
modam luna perpetuo tenore eat ac redeat. Tum al-
terna stellarum uicissitudo, et plantae e terra succren-
scentes, et animata in dies singulos nascientia. Quodq;
eadem tanta industria procreata sic alantur, sic mo-
reantur, sic cogitent, sic incedant. Quodq; ea sit ratio
edificandi, ea incidendi coria. Que omnia aliaq; id
genus immumera mihi clarissima et certissima uidentur
esse diuinae Providentiae inditia. Da. Tu quidem Te-
mocles questionem discerpis, neque enim clarum aut
certum est, nam horum quodq; disponente Providen-
tia conficiatur. Ceterum quod hec fiant, nec ipse nea-
gauerim. Non tamen ideo mox persuasus sum, ut cre-
dam ista necessario, ac quodam coactu Providentiae sic
ri. Iam enim alias incepit sunt, et nunc partiuicissi-
tudine, eademque via constituantur. Tu uero haruna
rerum ordinem necessitatem uocas. Deinde uideli-
cet indignaris, si quis a sententia tua dissentit, cum
ea que fiant, enumeres ac laudibus efferas, existi-

O P V S C Y L A

mens hisce demonstrasse etiam unumquodq; illorum
 imitari posse prouidentia. Itaq; iuxta Comicū hoc pra-
 facto quod adduxisti friuolum est, proinde aliud adduci-
 to. Timo. Evidem ego in ea sum sententia, ut puiē
 aliam demonstrationem huic rei comprobande mibi nō
 esse adducendam, attamen ego te interrogabo, ceterū tu
 mihi responde. Videtur ne tibi Homerus fuisse poëtarum
 præstantissimus? Da. Et ualde quidem. Timo. Hunc
 ergo ipsi ego fidē habui, Deorum prouidentiam haud ob-
 scure asserenti. Da. Atqui o admirande, Poëtam me
 hercule excellentem fuisse Homerum, oēs tibi haud diffi-
 culter assentimur. Porro autem testimoniū super hisce rebus
 fide dignum aui bunc aut alium Poëtam ullum esse, id ue-
 ro nullo modo concedimus. Neq; enim ueritatis profu-
 rende curam illis fuisse constanter opinor, sed ut audi-
 entium animos uerborum lenocinijs atq; dulcedine de-
 mulcerent. Quapropter ex uerisiculis cantillant, & fa-
 bularum inuolucris perstrepunt, ac b̄reuter super fimo
 machinantur omnia. Perlibenter uero exte audirem,
 quibus nam Homeri dictis maxime in hanc opinionem
 essem adductus. Nunquid ijs, que de loue memorie pro-
 didit, quomodo illum insidiose petitum uincis constrin-
 gere uoluerint, & filia & frater & uxor eius? Et nisi
 Thetis indignam facinus miserata Briareum louem au-
 xilium aduocasset, optimus ille Iupiter nobis constrictus
 atq; discriptus fuisset. Pro quibus memor dati à Theti-
 de benen

de beneficiis, ludit Agamenonem somnio quodam falsi
laci immisso, in hoc ut multi ex Achiviis hostili manu
perempti occumberent. Vide uero quam non facile ex
promptum Ioui fuerit fulminis extorti incendio inflam-
mare Agamenonem, nisi misericordis modis illum decep-
set. Aut illa fortasse omnium maxime tibi audienti fidem
fecerunt, quemadmodum Diomedes Veneris manum uul-
nere uiolauerit, atque etiam Martem ipsum Minerue
impulsi. Aliquanto uero post, ipsi coelites furore colle-
psi singulari inter se certamine mixtum masculi et fe-
minee praelati sunt. Ac Minerua quidem Marte supera-
sum prostravit, quippe quem tardatum ac fessum uul-
nere opinor, quod paulo ante a Diomede acceperat ad
orta sit. Contra Latonem steterat Cyllenia proles. Aut
forte ea que super Diana nugatus est, probabiliter tibi
dicta uisa sunt, quemadmodum ipsa nimium querula im-
dignanter et maligne tulerit, quod sola ad epulas conui-
tales ab Oeneo uocata non fuerat. Ac propterea aprium
inuisit et magnitudinis ac roboris inauditi in regionem
Iunim ammisit, nunquid ergo talia legentem te persuasit
Homerus? Iup. Papae, quanta turbæ acclamatio o
superi consecuta est Damini collaudantis. Noster uero
basstanti et perplexo similis esse uidetur. Proinde ani-
mo meticuloso turbatus subrepidat, ac planè clypeum
se abiecturū haud obscure p̄f̄ se fert. Et iam quidem cir-
cumserit oculos, ubi nam ē turbæ clapsus aufugiat.

O P V S C V L A

Timo. Proinde neq; Euripides quicquam sanū tibi dicere uidetur, quoties in scenam introductis Diis perspicue indicat illorum auxilio bonos ex heroibus seruari, improbos autem propter impietatem crudeliter perdit? Da.

Atqui Timocles philosophorum generosissime, si hæc fa

cientes Poëtæ tragicæ persuaserunt, necessum est alterum ex his duobus consequi, ut aut Polium ex Aristodo

mum ex Satyrum Deos esse existimes, aut Deorum perfa

nas esse hæc ipsa, nempe calceos ac tunicas ad pedes usu

que porrectas, ex chlamydes ex chirothecas ex uentri

culos ex corpuscula, aliaq; id genus innumera, quibus il

li tragediam exornare solent, quod ego absurdissimum

esse arbitror. Alioqui per se quoties nulla necessitate ur-

genti suam in fabulis opinionem explicat? Audiisti ne

unquam ex hæc ab illo prolatâ libete? Vides super-

num simul ex immensum æthera. Terram humidis

circatenentem in brachijs. Illū lœvem arburare, nec

non hanc deam. Et rursus Quicunq; Iuppiter De

us sit nescio. Nisi quod lœvē sermone uulgi audiuerim-

Timo. Proinde, oēs homines ex gentes turpiter deci-
piuntur Deos esse existuentes, eorūq; dies festos magna
religione celebrantes? Da. Euge o Timocles, quoniā
in memoriam mihī reuocasti gentiū opinionem, quā de

Diis obtinent. Ab illa uero maxime licet intelligere q̄ nu-

bil firmū ex stabile in se habeat, que de Diis fertur ora-

sio. Multa enī cū ex conturbata opinioniū confusio, ac
planū

plane alij alia opinantur. Siquidem Scythæ Acimaci sacrificant. Thraces Zamolxidi homini fugituo, quem ex Samo ad illos detatum esse constat. Phryges autem Luna, Aethiopes dies, Cyllenij Phaletti, columbe Afrycaj, Persæ igni, Aegyptij aquæ, ac omnibus quidem Aegyptijs aqua pro Deo communiter coluntur. Ceterum prius enim Memphis quidem bos Deus est, Pelusiotis uero cœps. Iam alijs ciconia aut crocodulus, alijs cynocephalus, aut feles, aut simia. Præterea uicatim, his quidem dexter humerus Deus est, ceteris uero è regione habitanti bus sinistri. Item alijs dimidia pars capitis, alijs poculum sanguis, aut catinus. Nonne hec tibi uidentur risu prosequenda esse à bone Tunocles? Mo. Nonne prædicebam à Dijista omnia uentura in propalium, ac fore ut exacte indagarentur? Jupiter. Dixisti à Mome, & nos recte obuergasti. Ego uero his omnibus diligenter emendatis mederi conabor, præsentii cuius periculo. Timo. Atqui tu à Deorum hostis a certamine, oracula & rerum futurarum predictiones, cuius opus esse dices, nonne Deorum corundemq; prouideris? Da. Tacc uero de oraculis uirorum optime, quoque ex te queram, cuius rei gratia illorum perissimum mentionem feceris. Nunquid illius gratia, quod Pythius Lydo respondit? Quam uero callide sermonefus estancipit. Cuiusmodi sunt quedam Mercuriales imagunculae duplices, & utrinque similes.

O P V S C I V L A

ad quicunq; illarum partem te uerteris. An potius Crise
super traecto Hale, suum ipsius an Cyri imperium subuen-
sarus est. Attamen non paucis talentis Saracenum illud
exitium uocem hanc ambiguam rex mercatus est. Da.
Hec ipsa d' superi vir iste cōmemorat, que oīm p̄mituit
Vbi nūc noscet est festinat ille Cibarœdus? Qui profe-
ctus tuus exultationem ipse tueris obieclare refellendo.
Iup. Tu quidem nos mactas o Mome, nequaquam in
tempore nūc obiurgationibus increpans. Timo.
Vide qualia facias o scelerate Damit, qui propemodum
ipsa quoq; Deorum simulachra unā cum aris non uera
ris subuertire. Da. Haud omnes aras subuerti cupio
o bone Timocles. Quid enim mali adferunt, si thymia
matum odore & fragrantia plene sint? Ceterum Dia-
ne aras que in Thauris substructæ scruntur, non illiben-
ter funditus eversas uiderem, super quas ipsa uirgo con-
victum magna alacritate agitare solet. Iup. Vnde
uero nobis hoc insuperabile malum obijicitur, quām nul-
le Deorum parcit hic vir, nullus numen reveritur, sed
tanquam ex plaistro magna libertate omnes carpit ac
lacerat, nulloq; discrimine in uniuersos debacchatur uic-
ta insontes atq; innocentes. Mo. Atqui per paucos.
inter nos reperies o Iupiter à culpa immunes. Statim ne-
ro progressus unum ex optimisibus iniurias est. Ti-
mo. Neq; louem ipsum audis o Deorum impugnator
clementem conuicias? Da. Et quo nam pacto o Timocles

non

non audirem toritura? Ceterum numeris tonitruis sit
Iupiter, ipse melius calles, qui in Deorum immortalium
concilio quondam conuersans inde hic delatus es. Quā
quām illi qui hoc ex Creta frequenter comitant, longe
alii nobis atque tu commemorare solent, sepulchrū
quoddam illic ostendi, iuxtaq; positam columnam, inde
cantem nō amplius louem tonare, sed iam alim Fato fun-
stum esse. Mo. Entuero hoc iam malo ante non
ignorabam hominem dicturam. Quid ergo Iupiter ita
abescens expalluit, ac dentes pre tremore concutit?
Bonum babere animum conuenit, ac tales hominum
nes magna mente contemnere. Iup. Quid aī o Mo
ne contemnere? Nonne uides quanta hominū frequētia
ista differentem audiat, tunc quemadmodum iam persua-
sa ista de nobis. constanter credat, tamq; illos sententias
sue differentes abducit Damis ab auro reuincios. Mo.
At tu Iupiter quando lumen est, aurea ex alto demissa
ruthena, omnes illos unā cum terra ex Occano haud dif-
ficulter sursum trabere poteris. Timo. Dic mihi ho-
minum sceleratissime, nunquam nūnavigasti. Da.
Ac si penuria oī Timocles. Timo. Proinde nonne
forebat id temporis uos uenetus illapsus in carbasum, ac
puppim propulit, aut remigantes? Ceteram unius fu-
perne assistens gubernaculo nautum regendo seruauit?
Da. Maxime. Timo. Deinde nauis nullo modo si
si gubernatur, posset progrede. Tu uero in uniuersitate

O P V S C V L A

Sicut hoc omne citra gubernatoris et ducis operam temere
refusum ac deorsum ferri exsistat? Da. Esse significanter, ista Timocles atque firmiter exemplo corroborans. Sed enim omnia decorum amantissime, gubernatorenam illam quidem uidisti nunquam non ea que ex usu sunt usum agantium considerantem animo, ac ante tempus necessaria adorantem, neque non nautis que facti sunt conducibilia imperantem. Tota uero nauis nihil habet inuicibile aut temere importatum, quod illorum alii cui necessitate non sit adductum. Ceterum tuus ille gubernator, cui tu magne illius nauis regenda curam attribuis, et eius conuictus, nihil cum ratione, nihil ex dignitate ordinant aut instituant. Sed si fuerit rudens ad puppem usque protenditur, utrique uero pedes ad proram. Ipsa autem anchora nonnunquam sunt aurea, cetera pars plumbea. Quometiam inferiora nauis colore uariega ta sunt, porro superiora inuenustia atque informia. Preterea ipsis ex nautis cernere est, hunc quidem intertem, et ab omni arte nautica alienum, et ad labores obeyundos metuens, dimidia aut tertia parte dragne dignum. At uero cum qui ad natandum sit impiger, et ad excorrendum ad antecanas usque adpositus, quiq; ad gubernandum utilia omnia ad unguem calleat, hunc exhausti tanta sentime destinatum esse uademus. Eadem quoque rerum facies circa eos est, qui a remigando immobiles sunt. Vbi uerbero quisquam ceteris honore

honore & praesidencia prelatus iuxta gubernatorem
sedere atque colic conficitur. Mox alius quispiam cy-
nedus spurcissimus, aut impius patricidio, aut con-
taminatus sacrilegijs pre alijs habitis honoribus uenera-
tur, & nauis summa apprehendit fastigia. Porro, au-
tem non pauci spectata cum gratie tum probatis uiri
in secessu carine in angustum locum coacti ab impro-
bioribus, & quantum ad ueritatem & rectam uenue-
di rationem attinet deterioribus, indignis modis calu-
centur pedibus. Consydera uero apud animatum tuum,
quemadmodum Socrates & Aristides & Photion nau-
garint, qui ne uictu quidem necessario pro sufficiente co-
pia instructi fuerint, neque pedes in nudas tabulas per-
sentiam potuerunt extendere. Contra, quanta in om-
nium rerum ubertate & affluentia Callidas atque Mi-
das & Sardanapalus mollier & luxuriose uxerint su-
per omnes homines aduersus illos expuentes. Eiusmo
di uero in una nau coingunt o sapientissime Timocles,
propter quod etiam infinita sunt naufragia. At enim
si gubernator quispiam assistens uideret, ac ordine
singula facienda imperaret, primum quidem nequa-
quam ignoraret, qui bone, qui item mali essent ex nau-
gantium numero. Deinde, cuique pro sua dignitate
conuenientem prouinitiam obeundam traderet, et locum
melioribus in superiori parte nauis apud se obtinendū de-
ligeret, infra uero deteriorē pectoribus. Preterea prestā

O P V S C V L T A

etores quoq; in consilium socios sibi adiungeret, tum ex
nautis quo quisq; foret cū manu tam mēle promptior, illi
quidem prorae regende curam delegaret, illi laterum eu-
endorum officium daret. Porro autem alteri in omnes
imperii credidisset. Ceterum ignari segnites per dicas
quinques cæsi in uinculis emendaretur fustibus. Quare
ò admirande, périculum est, ne exemplum quod de nauī
adduxisti, subuersum sit, quippe quod gubernatorem
malum & imperitum nactum sit. Mo. Hac quidem
ex aucto ac iuxta fluxum succedunt Damidi, & iam ple-
nis uelis fertur ad uictoriā. Iup. Recte putas ó Mo-
ne. Etenim nibul firmi Timocles excogitat, sed commu-
nia illa & protrita & quotidiana, que nullo negotio ne-
felluntur alia alijs agglomerando ingerit. Timo. Pro
inde, quando exemplum de nauī productum parum for-
mum, & uolumenstib⁹ usum est, audi iam nunc sacram
(quod auit) anchoram, & quam nulla machina per-
rupturus es. Iup. Quid nam dicturus est? Timo.
Haud dubie enim cognoscetis num ista syllogismis proba-
bilibus collegero, & num aliqua ratione ea confutare
queas. Etenim, si sunt are, sunt etiā Dij, atqui sunt are,
sunt ergo etiam Dij. Quid habes quod ad ista uel misi-
tes? Da. Vbi prius ad satietatem risero, respondebo tibi.
Timo. At uideris nunq; ridendi finē facturus, attamen ef-
fere obsecro, quā ob rem ista tibi dicta tam ridicula uisa
sunt. Da. Propterea, qd' non scuseris à tenui chordula
anchoram.

anchoram libi esse alligatam, præscriptum sacram existit
 Si quidem ex hoc quod coniunctim inferre postulas, pro
 pterea Deos esse quia aræ sunt, firmam existimas ab illis
 impressionem te fecisse. Quocirca quando alud te ne-
 gas habere formus, abeamus in præsentia. Timo.
 Fateris ergo prius ex arena discedens te uictum esse?
 Da. Ita profecto o Timocles, tu enim quemadmodum
 iij qui ad supplicium repetuntur, ab aliquo ad aras nobis
 confugisti. Itaq; per sacram illam anchoram ego iam ob-
 latis sacris aduersus te libare constitui, ac super ipsas qui
 dem aras, ne post hac de his amplius contendamus. Te
 mo. Ista quidem cauillaris illudendi mihi gratia mortuo-
 rum depredator scelesti, execrabi, mastigia, propudiū.
 Neq; enim nobis compertū est, quo patre natus sis, quo
 modo autē mater tua lasciuia meretrix pudicitiam in qua-
 stu habuerit, scimus, tum quemadmodum fratris cæde ac
 sanguine manus tuas impiaueris. Qui mulieres ingenu-
 us moechus infamis constuprare, ipsos uero iuuenes cor-
 trumpere soles, homo gulae ac uentri deditissime atq; im-
 pudenter. Ne igitur fuga te prius subducas, quam
 à me acceptis plagiis contusus abierts. Iam enim hac te
 flatibi uulnus incutiam, omnibus modis scelerato ac ne-
 fario existenti. Lup. Alter quidem o Di risu ac ca-
 chinnis diffluens discedit, alter uero à tergo sequitur af-
 fatus ingerendo conuitia, cauillis insultantem Damum
 non perfrens. Planecq; caput illius testa obuerberatu-

O P V S C V L A

rum esse uidetur. Ceterum nobis quid super his rebus facienda consulatis? Mer. Praeclare mihi illud Comicus dixisse uidetur, graue possus es nihil boni si consilias. Quam enim hoc nostris rationibus admodum nocere potest, si pauci homines persuasi eam de nobis opinionem obtinentes abierint. Sunt enim permuli diuersi sentientes, plures profecto quam græci, nimiriunt promiscua illa uulgi multitudo, insuper omnes ille gentes barbaræ. Iup. Atqui o Mercuri Darij illud quod de Zopyro dixisse memorie proditum est num̄ pulchre se habet. Quare ego quoq; unum talem preceptarim à me stare auxiliarem socium potius, quam infinitas Babylonias mihi superesse.

LVCIANI DI

A LOGVS ANACHARSIS, SEV DE

Gymnasijs, Vincentio Obsopœo in

terprete. Anacharsis.

HAE uero Solon, quam ob rem uestri faciunt iumentes? Partim enim illorum complexi multuo se superplantant, partim uero aliis aliū prefocat, ac uerberat, et caeno scemt immiscent, uolunturq; perinde ut fues. At qui mutio statim exutis uestimentis, spectator enim assisterem, alter alterū uicissim ex rasū ex uexit oleo uadit,

pacata

pacate & amiciter. Deinde uero nescio qua offensa diffe-
 tiati mutuo se de loco propulerunt innuentes, frontesq;
 stridentes cōcurrunt nō secus atq; artetes. Et uide ut ille
 alterū sublatū cruribus humi prostrauerit, deinde in eum
 lapsus suspiciendi facultatē non permittit, in coenū de-
 orsum adigens. Postremo uero iam illius crura secundū
 a centrem cōplexus, circunctio gutturi cubito, miserum
 erūnosc p̄focat. Alter aut̄ eius obuerberat būeros, sup-
 plicans, ut opinor, illi ne prorsus p̄focetur. Sed ne ocl̄i
 quādē gratia agūt modestius, ne luti aspergime inquimare
 tur, uerū obscurata unctione, et luto cōpletū largo sudore
 perfluentes copiosam ridendi materiā mihi exhibent ne
 luti anguille ē manibus elabentes. Rursus alij in aule a
 rea hoc ipsum sub loue facere consueuerunt, neq; tamen
 illi ipse in coeno, sed profundam arenam subiectiles in
 fossa conturbant se mutuo. ipsiq; ultro spargunt puluerē
 gallorum in morem, quo nimis, ut mea fert ratio, in cō-
 plexibus effugiant, arena omnem lubricitatem disclu-
 dente, aduersarijque comprehensionem firmorem in
 arido subministrante. Ceterum illi stantes erekto cor-
 pore pulueribus pleni, et ipsi mutuis scmet afficiunt uer-
 beribus, & calcitrant. Itaque infelix ille & dentes ex-
 puenti similis esse uidetur, adeo illi os totum & arena et
 sanguine oppletum est, palma ut cernis in maxillam per-
 cusso. Sed ne p̄fes quidem ille inter eos pacem com-
 ponit, ac pugnam inducta concordia dissoluit. Eten-
 dem purpura conuectram facio, hunc esse unum ex illis

O P V S C V L A

principem. Quim animose quoq; cohortatur et laudat eum, qui alteri incassa in faciem palma plagam intulit. Porro, alij alibi omnes accelerantes in puluere, ueluti turrentes subliunt eodem in loco permanentes, et in aliis prossilentes calce lacefunt aera. Quocirca ista per libenter scire uelim, cuius compendij aut utilitatis gratia factitare soleant. Evidem omnino haec res mihi uideatur esse insaniam, nec quenquam esse arbitror, qui me facile persuasum ab ista sententia abducturus sit, ut non credam hos insigniter despere quibus studio est ista facere. So. Ista me hercle o Anacharsi non imitaria ita tibi uidentur, cum et peregrina sint, et multum a moribus scythicis abhorreant. Quemadmodum et uobis non parum multis disciplinas et corporis exercendi studia esse uerisimile est, que nobis Gracis absurdas et alienas esse uiderentur, si quis quemadmodum tu illis spectatis arbiter absisteret. At qui bonum habe amorem o amice, neq; enim ista insanie sunt opera, neq; impulsu contumelie hi mutuo se obuerberant, inq; coeno uoluntantur, aut semet conspergunt puluere. Sed inest huic rei necessitas non inuicunda, neque mediocrem uigorem adiungit corporibus. Itaq; si duximus, ut te plane facturum optimorum in Gracia uersatus fueris, non in longum et tu unius ex eorum eris numero, qui coeno oppleti sunt aut puluere. Usque adeo res tibi uidetur et uoluptuosa et utilissima. Apage ista a me o Selon. Uobis haec oblectamen*ta uide*

se utilitatem adferant. Me quidem si quis uestrum ea as-
fecerit contumelia, sentiet me haud nequicquam accin-
etum esse acimace. Veruntamen dic mihi, quod nomen
huic rei indidistis, aut quid nam operis hoc facere dicau-
mus? So. Locus ille o Anacharsi à nobis uocatur gym-
nasium, estq; templum Apollinis Lytiij. Cernis autem
eius simulacrum quod supra statuam situm est, simi-
stra quidem arcum gerens, dextra uero supra caput re-
fracta tanquam ex multa defatigatione Deum quiescen-
tem indicat. Ceterum exercitorum aliud quidem,
qd' in cenno fit Lucta uocatur. Illi uero in puluere quoq;
luctantur. Porro eos qui erecto stant corpe ac semet uer-
beribus mutuis onerant, Pancratio decertare dicimus.
Sunt præterea et alia nobis eiusmodi gymnasia, et pu-
gillatus et disci et saltus, quorum omnium certamina
solemus proponere, quorum qui palmam adeptus fue-
rit, is præstantissimus ex omnibus esse iudicatur, ac cer-
taminis tollit premia. Ana. Cuiusmodi uero sunt
ista præmia? So. In olympijs corona oleagina, in Isth-
mispinea, in Nemeis ex apij concinnata. Porro au-
tem in Pythijs poma Sacerdotes Apollinis proponere
confuerunt. Ceterum apud nos Athenienses oleum
ex oliua. Quid autem sublati cachinnis risisti Ana-
charsi? an quia bæc tibi uisa sunt esse modica? Ana.
Non, sed præmia omnibus modis clara atque præstan-
tia percensuisti o Solon, cum digna ijs qui ea proponunt.

O P V S C V L A

in certam inimicis ob munificentiam, tum etiam dilectionis,
 qui ista nauiter consequi studeant. Itaque pomorum gra-
 via atque apiorum tanta ante laboriose perferunt. Et
 periclitantur, dum indignis modis præfocantur muelo,
 ac in honestis uerberibus ceduntur, ita ut non licet
 sine negotio potiri malis, si quem cepisset pomorum de-
 syderium, aut coronari apio, aut sciris pincis, cuius nula
 lo luto defodaretur facies, neque aduersarij eius uen-
 trem pede calcitrassent. So. Atqui o optime, nos non
 ad nuda tantum dona intentos habemus oculos. Etenim
 hec saltem signa sunt atque indicia uictorie, per quæ ue-
 stores cognoscuntur. Ceterum que hæc comitatur glo-
 rìa quavis re digna uidetur esse uictoribus. Pro qua
 consequenda etiam inuentrem calcitrari, præclarum est
 uenantibus gloriam ex laboribus. Neque enim hæc clé-
 tra sudorem atq; laborem contingit mortalibus, sed illa-
 us flagrantem desyderio oportet sub initium multa du-
 ra perpeti, quibus nauiter perpeñsis, illi dulcis ex tanto
 pere exoptatus finis è laboribus expectandus est.
 Ana. Hunc ne finem ait o Solon, dulcem atque utiliem,
 ut ab omnibus uiridi redimiti corona confariantur,
 atque ob uictoriam laude uehantur, quorum paulo ante
 nemo non ob indigna uerbera misertus est. Ceterum nūc
 mirifica felicitate perfruuntur ditati pomis atque apījs.
 So. Nostrarum rerum etiamnum imperitus esse uidere,
 non multo uero post alia tua crit super hisce rebus sen-
 tentia,

tentia, posteaquam in frequentissimos Graecorum conuentus profectus, uideris tantam hominum multitudinem collectam ad illorum confluxisse spectaculum, ac theatra multis milibus hominum repleta, athletas uero ipsos diximus efferrit laudibus. Porro cum qui praeconis uoce uictor pronunciatus fuerit, ab omnibus propemodum deinceps existimari. Ana. Hoc ipsum quod dixisti o Solon longe miserrimum est, quod non paucis presentibus tam infanda patiuntur, sed in tanta spectantiū corona atque celebritate, qui accepte contumelie testes sunt oculatissimi. Illi numerum eos felices esse pronunciabunt, quos uident sanguine perfluere, aut a suis aduersariis compresso gutture præfocari. Hæc enim summa felicitas illorum praestitum est uictoriae. Sed enim apud nos Scythes, si quis Solon uel unum e ciubus pulsauerit, aut obuiam factus est via detruserit, aut uestem disciderit, graui multa in eum animaduertunt senes, tame si hoc ipsum uel paucis presentibus arbitris quispiam passus fuerit, räche in tam numerosis spectaculis, cuiusmodi tu percenses in Istro celebrari aut Olympia. Ceterū athletarum me hercule uicem ex animo dolco, eoru noīe que ab illis sufferenda sunt. Spectatorū uero dementiam, quos tu ex oīibus locis optimos quosque ad ludos uisendos aīs cofluere, deminor magnope, si negotiis necessariis posthabitis, hisce rebus uacare non uerantur. Nondū enim illud possum intel-

O P V S C V L A

ligere, quod nam oblectamenti, quid uoluptatis denique
hoc illis adserat, si uideant homines cedi uerberibus, atq;
decessantes, tum humi prosterni, inq; uicem semet con-
seri. So. Si iam tempus esset Anacharsi aut olympia-
rum aut Isthmiorum aut quinquarium, ipsares perfa-
cile docuissent, quam non frustra aut temere harum re-
rum studiosissimus. Neque enim quispiam ita nude per-
cenfendo rerum, que ibi geruntur uoluptatem ullam it-
bi ita persuaserit, quasi ipse in medijs sedens spectator
bus, uitrorum uirtutes cerneret, et corporum excellen-
tium formositates, et habiles admirandorum membro-
rum uigores, multaq; preclara experientie documen-
ta, et uim inexpugnabilem, et audaciam, et ambitionem
sani contentionem, et sententias nullo modo uincibiles,
et que indefatigatum pro consequenda uictoria studi-
dum. Sat enim scio te ista spectantem nullum finem fa-
cturum laudandi et exclamandi et applaudendi.

Ana. Et per louem o Solon etiam ridendi et subsan-
nandi. Siquidem haec que enumerasti, nempe uirtutes,
ac corporum habitudines et pulchritudines, et interri-
tam audaciam nullius magna rei gratia atq; adeo ne quis
quam uobis perire video, cum neq; periclitetur patria,
neque regio incendijs atq; populationibus diuexetur,
neq; amici aut domestici ad iniuriam rapiatur. Itaq; hoc
magis mihi risu digni uidentur, uiri illi, ut tu ais, optime
frustra tanta suffrentes, talibusq; difficultatibus con-

flictare

L V C I A N I

14

factantes, et eas pulchritudines et heroicas corporum
 proceritates ita turpiter arena atque tumentibus uulne-
 rebus foedantes, ut parta uictoria pomo aut pinu potiam
 esset. Semper uero mihi uoluptati erit talium certami-
 num recordatio. Veruntamen dic mihi, omnibusne aib[le]t
 eis talia cedunt premia? So. Nequaquam, sed uni
 ex omnibus, qui ceteroru[m] uictor extuerit. Ana. Er-
 go Solon pro uita tam obscura atq[ue] anticipata uictoria tam
 multi scmet insanis conficiunt laboribus, presertim non
 ignorantes unum prorsus ex omnibus fore, qui uictor de-
 clarandus sit. Reliquos autem uincendos atq[ue] nequic-
 quam uerbera et uulnera misere suscepuros? So. Vi-
 deris o[ste]r Anacharsi Reipub. bene institutae statum pro-
 fessus nihil intelligere. Neq[ue] enim alioqui nostrae gentis
 ritus atque mores pulcherrimos in uituperationem po-
 neres. Nam si quando tibi curae erit nosse quomodo o[mn]i-
 um optime administranda sit Respub. tum qua rationes
 ciues in ea quam optimi reddendi sint, laudabis haud du-
 bie, et tu tunc illorum exercitia, neq[ue] non ambitionem,
 cui in hisce gymnasij de duis seruiunt. Scies quoq[ue] per
 multum fructus eos capere, qui his ipsis commixtus est
 laboribus, uelutq[ue] nunc tibi mani studio operam dare ue-
 deantur. Ana. Atqui ego o[ste]r Solon, nullius alterius
 rei gratia ex Scythia qd uos profectus sum, tantum emen-
 sus uimeris, magno Eu[ro]p[ico] atq[ue] tempestuoso trajecto,
 quam u[er]o Gracorum leges perdiscerem, ac mores illor[um]

O P V S C V L A

tuus presens perscrutaret, tū ut optimam Reipub. formam muleo studio cognoscerem. Quapropter te mihi potissimum ex omnibus Atheniensibus atq; peregrinis amicū adiungendum curavi, posteaquam inaudissemerit optimarum legum scriptorem, morumq; præstantissimam inuentorem te esse comperi, neq; non utilium institutorum interpretem. In simma, totius Reipub. formatorem. Itaq; haud quaquam tu cupidior es me docendi, tuumq; discipulū faciendo, quam ego sum audius descendī, adeo ut tibi et incibatus et suribundus absidens, quo ad usq; tu docendi laboribus par esse posis, dictis tuis inhibans audire te super Reip. institutis et legibus differentē concupiscam. So. Evidem omnia breviter perstringere o amice, haud quaquam facile aut promptū est. Grada simtamen ac pedetentim ingressus cognosces singula, cuiusmodi nobis de Dijs, aut parentibus, aut nuplijs, aut aliis uisa atq; constituta sint. Ceterū que de iuuentibus decreuerimus, tum quemadmodū illis utamur, ubiā primū quod rectius est sapere ceperint, et corpore maturiores facti laborum patientes euaserint, hec tibi in præsentia percensere mihi liberatū est, ut intelligas cuius gratia hec illis exercitia proponere soleamus, tū quā ob rem as fiduis laboribus eisdem corpora exercere cogamus. Nō profectio certaminū saltem gratia, ut præmia queant cōsequi, ad ea enim celebranda oīno perpanci illorū perueniunt, sed ob fructū longe maiore, qui inde ad uniuersam

MANAT

manat Remp. ex quo ipsi fruuntur consimiliter. Siquidē aliud quoddam comune oībus bonis ciūbus certamen est propositum, ex corona nō pīnea, aut oleagīna, aut contexta ex apījs, sed quē in se cōprehensim uniuersam hō menū felicitatem cōpletatur, nempe libertatē dico; que cuiusq; priuatim est, ex communiter patrie. Præterea diuitias, gloriam, honoris ac dignitatis gradus amplissi-
mos, solennitatumq; patrie fruitionem, rerum familia-
rū salutem. Atq; ut summātūm dicā, pulcherrima quēq;
que à Dīs immortalib⁹ quispiā assiduis uotis sibi darē
solcat expetere. Ex ijs omnibus ea quam dixi corona cō-
cinnata est, eaq; ex certamine paranda contingunt, ad
quod hēc exercitia atq; labores ducunt. Ana. At tu oī
multis modis admirande Solon, cum talia ac tanta mihi
percensenda haberet p̄ēmia, poma atq; apia cōmemo-
ras, ac uirentem sylvestris olea ramum, ex pīnum. So.
Atqui oī Anacharsī, ne illa quidem tibi uidebuntur mo-
dica, ubi quē dicturus sum intellexeris. Eodem enim cō-
filio fiunt ex illa, suntq; planē partes quādam exigue
maioris illius certaminis, atq; corona per omnia felicis
quam percensuit. Nescio uero quo pacto oratio nostra cō-
fusa narrandi serie ordine penitus præpostero, horū pri-
us cōmemorūt, que in Isthmo atq; Olympijs ex Nemea
fieri consuerunt. Veruntamen nos, sumus enim otio-
si, ex tu ut aīs audiendi cupidus es, facile ad primū
cipium recurremus, ac commune illud certamen, cuū

O P V S C V L A

adminiculo omnia hæc parari confirmavi. An. Prae-
stat equidem ita facere. Inter eundum uero in longum
nobis profluxit oratio. Et fortasse his citius iam per-
suadebor, ne quem posthac amplius subsannem, quem-
cunque oleastro aut apio coronatum grauius atque ia-
stantius incidentem confixerem. At si uidetur sub il-
lam opacam progressi confedemus, ne illi disceptan-
tes sua uociferatione nos conturbent. Quid alias eti-
am solis, quid enim dissimilem, si am impatiens, ita acuti-
feruentis et nudum caput infestantis. Etenim tiaram
domi consulto mihi abstuli, ne solus hic inter uos per-
egrino et insucto habitu obambularem. Et iam quo-
que anni tempus est, quo sydus illud feruentissimum ex-
oritur, quod uos canem dicitis, omnia exurens, aëremq;
uriditate et calore infestum faciens, sole circa meridi-
em supra caput assidente, et eiusmodi feruorem intolera-
bilem corporibus inducente. Itaq; demiror, qui fiat ut tu
cum estate sis planea confecta, non perinde ut ego sudore
perfluar, neq; prorsus a sole infestari uideris, neq; uspi-
am locum umbrorum exploras quem subires, sed aestum
facile et patienter toleras. So. Inanes illi et super-
uacanci labores o Anacharsi, et assidue in cœno uolu-
tationes subaërie. preterea in arena miserie nobis hoc
prestare, ut feruentis solis radios facile contemna-
mus. Neque amplius cogimus pilco, ut solem a con-
tingen-

contingendo capite prohibeat. Itaq; sub umbram con-³⁶
 cedamus. Noli uero ijs quæ dicturus sum tanquam le-
 gibus mentem adhibere, ut per omnia fidem illis habeas,
 sed ubiunque aliquid parum recte tibi dixisse videbor,
 statim illud contradicendo refelle, ac uerba mea emenda-
 to. Etenim ab horum duorum alterutro me omnino
 haud aberraturum existimo, aut enim te constanter per-
 suadebo, si non disimulanter habueris quæ contradicent-
 da sunt. Aut ego de integro discam, quam non recte de-
 his senserim atq; statuerim. Quo nomine uniuersa A-
 theniensium Rsp. tibi non prolixè aget gratias. Quan-
 tam enim me docueris, atq; ad saniorem sententiam sua
 dendo pertraxeris, illam maximis beneficijs tibi obstrin-
 ges. Neq; hoc eam celabo, tim in medium adse-
 ram, ac stans in senatu his ue-
 reros compellabo.
 Ego quidem nobis o ciues Athenenses leges conscripsi,
 quas ego Reip. utilissimas fore arbitrabor. At hic ho-
 spes, te o Anacharsi digito commonstrato, tametsi ori-
 undus est ex Scythia, ut tamen multa ornatus sapientia,
 aliter me persuasit, & disciplinis uitæq; institutis longe
 melioribus imbuit. Itaq; ob sua in Remp. merita ciuita-
 te donetur, ac æneam illi statuam apud reliquos huius ur-
 bes proceres erigite apud Mineruam. Persuasissimum
 uero habe, ciues Athenenses sibi nequaquam dedecori
 fore, existimaturos ab homine peregrino atque barbaro
 ea perdire que sunt ex usu Reipub. Ana. Hos

O P V S C V L A

equidem erat quod ego de uobis Atheniensibus inaudie-
ram, quod in omnibus frē sermonibus natus esset is illu-
sores. Vnde enim ego homo agrestis & erro, qui om-
nem etatem meam in plaustris degens contrivi, subim-
de solum pro solo mutans, qui que nunquam in ulla ci-
uitate habitaui, neque unquam ullam nisi nunc pri-
mum uidi, de administranda Repub. uerba facerem, atu-
que adeo docerem homines indigenas, hanc urbem clau-
riſimam optimus legibus fundatam tantis temporibus in-
colentes? Cum primis uero te o Solon, cui hoc ut perhi-
bent statim sub initium studio ac curae fuit, nosse quibus
procurationibus Respub. quam optime administraren-
tur, tum quarum legum prescripto utens quam flore-
tiſima atque feliciſima redderetur. Veruntamen & in
hoc ubi ut legumlatori mos gerendus est. Itaque tibi con-
tradicā, si qui mihi parum scite aut recte proponere vi-
deberis, tantum in hoc ut cuncta perdiscam certius. Et
uide, ut iam euitato sole simus in umbra, neque defunt
sedes percommode & amoenae in hoc frigido lapide.
Dic igitur orationem exorsus ab initio, quam ob rem sta-
tim à pueris iuuenes exercatis laboribus. Tum quens
admodum uobis uiri optimi ex coeno illo & eiusmodi
euadant exercitationibus. Insuper quid ad uirtutem
consequendam illis praefet adamiculi puluis, & iste in
coeno uolutationes. Hoc enim uel omnium cupientiſi
me statim sub initium audire desyderabam. Reliqua

L V C I A N I

verò in posterum me docebis, singula suo tempore.
Hoc autem inter dicendum fac Solon cogites, ad uitium barbarum te uerba facturum: Dicò autem, ne de industria orationem necundo obscures, neque impensio producas. Vereor enim, ne prima mihi excidant, si nimum multa per te adducta fuerint. So. Tu quidem hoc o Anacharsis longe melius constitues, ubi cunque parum perspicua tibi uidebitur oratio, aut alibi cùbi prorsus à uero aberrare temere fluendo. Licebit enim bunc tibi interrogando quotiescunque libitum fuerit interpellare, ciusque prolixitatē decurtare. Quanquam ubi non prorsus ab instituto aliena, aut à scopo in totum abhorrentia dicuntur, nihil uetus orationem paulo longius progrederi. Quomodo et senatu Ario pagitico, cui rerum capitalium iudicia cognoscenda sunt, à maioribus usque acceptum ita facilitare solenne est. Ingressi enim in Ariopagum conseridunt, cedis aut uulneris ex destituto infulti, aut incendijs caussam cognituri. Deinde, utrique iure contendentium dicendi copia permittitur. Dicunt uero alternis uicibus, et qui luctum intendit, et qui reus est. Aut ipse per se aut rhetorum sibi conducunt operam, quibus ea uissa oranda est. Illi ergo quādua ea que ad rem attinent, dixerint, perseruntur à Senatu auscultante cum silentio. Cæterum, si quis meditato procemio orationem exorsus fuerit, ut iudicium animos aliqua benevolentia sibi propensa

O P V S C V L A

fiores faciat, aut miserationem, aut precipuum aliquod
orationis vim atque potentiam causare adduxerit, qualia
permulta rhetorum filij machinanteur, ut desce aerborum
prestygis iudicium perstringant oculos, progressus actu
cum prece illi indicu silentium, non permittens rhetore
ad senatum nugandi libertatem, ac uerbis causare inuolu-
uende potestatem, quo minus Arcopagitie ea que facta
sunt inde queant perspicere. Itaque te o Anacharsis im
præsens quidem Arcopagitam constituo, ac iuxta sena-
tus legem a me conduam ausculta, meque silentio iudicio
compescere, ubi extra causam inutiliter rhetoricanem
senseris. Quam diu uero ea que ad causam attinent de-
centur, licebit orationem extendere. Neque enim ampli
us sole sub ardenti colloquimur, ut magnopere dolendum
sit, si in longum producta fuerit oratio. Sed et umbra
planè densa est, et nos in presentia otium agimus. Ana-
Perbenigna sunt ista que dicas o Solon. Atque ego ob hec
magnam tibi habeo gratiam, quod hac orationis tua de-
gressiuncula etiam ea que in Arcopago fieri consue-
runt mihi humaniter exposueris, admiranda profectio ac
bonorum senatorum opera, ueritati suffragantium. Nam
igitur de illis differe, ac ego Arcopagita, hanc enim me
esse uoluisti, pro more iudicium uestrorum tibi dicent
dabo operam. So. Proinde, paucis tibi ante audiendu-
m est, quam nos de ciuitate ac ciubus opinionem ob-
tinemus. Siquidem nos ciuitatem, non adficia illa esse
existamus.

L V C I A N I

existimamus, cuiusmodi sunt muri, delubra, & alia, sed
hec tanquam corpus quoddam firmum esse atq; immo-
bile ad receptionem & securitatem hominum urbem inco-
lentium. Omnem uero uim atque autoritatem in ciu-
bus sitam esse arbitramur. Hos enim esse, qui cuncta im-
plent, singula ordinant, omnia perficiunt atq; custodiunt,
quali in nobis singulis gubernandis officio anima fungi-
tur. Hoc ergo intelligentes, sanè sedulam curam habe-
mus ciuitatis corpus non negligendi, exornantes illud ut
quam maxime nuteat, cum intus uisendis aedificijs ador-
natū, tum externe munitis & firmissimis propugnacu-
lis circumseptum. Cum primis uero omnem curam im-
pendimus, ut & ciues mente boni & corpore efficiam-
tur validi. Tales enim ipsi sibi prodeesse in pace possunt
una Remp. administrantes, neque non in bello ciuitatis
libertatem atq; salutem seruare atq; propugnare. Prima
itaq; illorum educationem matribus atq; nutricibus &
pedagogis formandam permittimus, ut disciplinis libe-
ralibus eisdem imbuant atq; educant. Caeterum ubi iam
res honestate per etatem sapere ceperint, ac una cū illis
uerecundia & pudor et metus, neq; non rerum præstan-
tissimarum concupiscentia enata fuerit, ipsaq; corpora
laboris patientia usfa sunt, membrorum robore solidio-
ra facta, ac iustis uribus consistentia, tunc iam illos as-
sumptos docemus, alijs quidem animi disciplinis propo-
suis, alter etiam erga labores perferendos ipsorum cor-

O P V S C V L A

pora assuefactentes . Necq; enim satis esse existimamus
eantum natos esse, ut quisque natus est, quantum ad cor-
pus et animum excolendum attinet, sed preceptionibus
etiam et disciplinis ad eos recte instituendos nobis opus
est . Hac enim sedulitate et iuuenium industria alitur at-
que augetur, animi uero et corporis uitia emendantur.
Huius rei exemplum ab agricolis sumimus , qui quam-
diu plantae adhuc sunt humiles et tenerae, eas contegunt
atque fultiunt, ne uenti uiolentia accepto detimento per-
fringantur . Vbi uero iam iustum robur collegerint,
tunc inutiles et superfluos ramos amputant, easq; uen-
torum arbitrio mouendas atq; agitandas permittentes,
fructuosiores efficiunt . Itaque mentem iuuenium pri-
mum Musica atq; Arithmetica excolimus , ac literarum
formas pingere, easdemq; excellenter pronunciare do-
cemus . Deinde, etatis progressu adultioribus sapien-
tiam uirorum sententias, res olim fortiter gestas a maio-
ribus, tam orationes quoque utiles uersibus exornatas,
quo tenacius atque fidelius memoria teneant, illorum
auribus frequenter occinimus . Illi autem auditis fortis-
um uirorum uirtutibus et rebus memorabilibus, paula-
tim ista desiderare occipiunt, ac demum ad imitatio-
nem accenduntur, ut et ipsi celebrentur et in cœlum
ferantur a natu iunioribus post futuris . Cuiusmodi mul-
ta nobis ab Hesiodo, atque Homero luculentissime per-
scripta sunt . Porro autem ubi ad Reipub. procuratio-
nem se tam

L V C I A N I

nem sciam contulerint, illisq; publica officia obcunda sunt. Sed hæc fortasse à presenti instituto discrepant, ne que enim quibus rationibus illorum mentem excolere solearimus, sub initium dicere decretum erat, sed quam obrem hisce laboribus eosdem exercere dignum arbitraremur, explicare fuit in animo. Itaque mibi ipsi silentium intingo, non expectato precone, neque te Ariopagi te, qui, ut ego suspicor, ductus reverentia tanta extra caussam nugantem me pertulisti. Ana. Dic mibi Solon, cuius rei gratia Senatu uisum est, nulla poena afficiendos esse res maxime necessarias non dicentes, sed silentio prætereuntes? So. Cur hoc ex me quæsisti, nondum enim intelligo. Ana. Quoniam rebus omnium pulcherrimis, & mibi auditu uicundissimis praeritis, nempe quibus exornatur animus, exercitia non perinde necessaria & labores corporum percensere cogitas. So. Memor sum eorum ò generose que initio prefatus sum, ac orationem temere ab instituto aberare nolui, ne citra ordinem effluendo tuam confundaretur memoriam. Veruntamen, & hec quām potero paucissimis perstringam, siquidem harum rerum accuratior disputatio, propriam orationem uidetur requirere. Primum, illorum mentes saluberrimis opinionibus imbuiimus atque formamus, communes leges exacte per docentes, que in publico magnis descriptæ literis omnibus legenda proponuntur, que fugienda, que q; facienda

O P V S C V L A

sane Imperantes. Tum quod integerrimorum virorum
 coniuncti utendum sit, apud quos ea que decent perdi-
 scunt, tum iusta facere, tum ex aequo inter se uersari in
 Repub. Neq; ullam rem turpem peruerse appetere, sed
 rerum honestarum tangi desyderio. Nihil autem alteri
 per iniuriam facere. Illi autem de quibus dixi sapientia-
 bus, Sophistæ atque Philosophi apud nos appellantur.
 Præterea ipsos quoq; in theatrum collectim perductos
 erudimus in publico, comediarum ac tragœdiarum sce-
 nicas actionibus priscorum virorum virtutes atque uitia
 spectantes, ut ab his auerſi feruentis studio ad illas com-
 plectendas contendant. Liberam quoq; prauos ciues de-
 cterijs incessandi, atq; inuidendi facultatem poëtis Co-
 miciis permittimus, quoscunq; turpia atq; flagitiosa ex-
 Reipub. dignitate indigna exercentes intellecterint. Ho-
 rum enim opera male audientes meliores euadunt, ut
 posthac uulgi reprobationem ob paria facinora effugi-
 ant. Ana. Noni quos dicas o Solon Tragicos, & Co-
 micos, si illi sunt lati, & alti subnixi calceamentis, au-
 reis autem tenuis per uestem uariegati, laruis uero indu-
 ti planè ridiculis, & magnum hianibus. Verum ipsi in-
 tuis intenso clamore uociferabantur, incedebantq; ne-
 scio quomodo secure talibus induiti calceamentis. Et nisi
 fallor tunc ciuitas celebrabat Dionysia. Porro, Comici
 ceteris erant humiliores & pedestres, laruas tamen ha-
 bebant multo etiam magis ridiculas, quos uniuersum
theatrum

40

theatrum risu prosequebatur. Sed enim alios altiores
 nemo non tristi atq; contracta fronte audiebat, eorumq;
 ut opinor, omnes commiserabantur, tantas pedicas per
 trahentium. So. Non illorum ò bone, miserti sunt,
 sed Poëta fortasse priscam aliquam ex miserandam cala-
 mitatem in scenam adduxit uisendam spectatoribus, ora-
 tionesq; miserationis plenas audiente theatro tragica
 actione habuit, quibus in luctum atq; lachrymas auditio-
 res pertracti sunt. Verisimile autem est ex tibicinas te ut
 diffe, tum alios canentes in medio theatri constitutos.
 Nam, neq; hanc canendi rationem ex usum tibiarum ina-
 uilem esse censemus, uerum ijs omnibus atq; eiusmode-
 mentem acuentes meliores uobis reddimus. Ceterū cor-
 porā, quod omnium maxime audire desyderas, ad hunc
 modum exercemus, exutis ut initio dixi uestimentis, pri-
 mum illa ad aërem assuescimus, nondum tenera ex imbe-
 cilla existentia, omnibus eadem temporibus accommo-
 dantes, ut neq; feruentem solis aestum grauiter ferant,
 neq; rursum algoris sint impatientia. Deinde ea ipse
 oleo perungimus atq; emollescimus, ut habiliora firmio-
 raq; reddantur. Siquidem absurdum est, si coria oleo
 emollita atq; peruncta ruptioni minus obnoxia, ac diui-
 us duratura existimari, que iam sunt emortua, corpus
 autem abhuc uita animatum nequaquam melius fore usu
 olei opinaremur. Mox uarijs excogitatis exercitijs, ac
 singulorum magistris constitutis, hunc quidem pugilatu-

O P V S C V L A

alterum uero Pancratio decertare docemus, ut laboribus tolerandis assuefiant, pariterque ictuum declinando rum periti euadant, neque metu auersentur vulnere. Ceterum haec exercitatio duas maximas utilitates adportat iuuenibus, nam et animosos eos reddit, ad subeunda pericula corporibus non parcentes, praeterea ut prospexit uulantur ualitudine, sintque per omnia robusti, et laborum patientes. Quotquot autem illorum deiecto in terram uultu luctantur, et securi procidere, et prompte exurgere, eadem discunt opera, ut et propellere, et tenaciter amplecti, et loco mouere, et præfocare, et in altum sustollere possint aduersarium. Quæ sane non sunt inutilia habenda exercitia, sed unum illud atque adeo maximum statim initio sibi præparant. Etenim similitura sunt et robustiora corpora, que talibus exercentur laboribus. Alterum uero neque ipsuma modicum est, ex hoc enim consequuntur peritiam, si quando in necessitate adducti fuerint talium disciplinarum in armis. Quippe in confessu est, quod et talis hostem complexus, citius super plantatum prosternet, et prolapsus ipse quam faciliter noscet exurgere. Hec enim omnia à Anacharsi, ad uestrum illud certamen, quod in armis peragitur, referre sollemus, planeque in eam opinionem descendimus, ut certo putemus, longe melioribus nos usuros ita exercitatis; posteaquam primum illorum nuda corpora emollita atque exercitata et robustiora redditimus, neque minus leuitate et han-

41

habiliora, eademq; aduersarijs gratia efficerimus.
 intelligis enī, nisi fallor, cumusmodi illi armati futuri sint,
 qui nudo saltē corpore terorem hostibus incutiant,
 neque immodecum ostendentes corpulentiam et seguen-
 et candidam, aut nimiam quoque corporis macritudi-
 nem pallore deformatam, qualia ferē sunt mulierum cor-
 porā sub umbra marcescentia, trepidantia, ac ilico mul-
 to sudore perfluētia, neq; nō sub galca anhelantia, maxi-
 me uero, si quando ut nunc sol sub meridiem estu supra
 modum calente fruerit. Cui enim rei quipiam uten-
 retur sicutientibus, et puluerem ferre nequeuntibus, quiq;
 saltē usq; sanguine statim exanmantur, ac ante mon-
 riuntur quam intra teli iactum, atque ad manus cum
 hostibus uentum fuerit. Sed enim nostri uenes par-
 tem rubore, partim nigredine temperanter sub sole co-
 lorati, uultu planè masculo, multum uigoris atque can-
 toris et virilitatis præse ferentes, neque nimium sunt
 obesi, neque rursus nimium tenues et aridi, nō mo-
 pondere pergrandes, uerum iusto corporis modo for-
 mati cum inutilem tum superfluam cornū molem et
 abundantiam sudore absunt. Illud autem quod ro-
 bui præstat et uigorem citramali admixtionem con-
 seruant. Quod enim iij qui uentilando purgant tritii
 cū faciūt, illud nobis præstant gymnasia in corporibus,
 paleas ac spicas inanes flatu propellentia, purum au-
 tem fructum separantia et accumulantia. Quocūcā

O P V S C V L A

iuuenes nostros firma prosperitate ualeantur ut, ac
quā diutissime in laboribus perdurare necesse est. Quia
etiam talis sero sudore incipit, et raro admodum mor-
bis affectus decumbit. Quemadmodum si quis ignem alla-
tum in triticum eiusq; stipulas et paleas iniiceret (rur-
sus enim ad uenitancem regredior) dicto citius, ut opin-
tor, cōflagrarent stipulae, at uero triticum modice, neq;
flamma admodum magna ex urgente, neq; uno impetu,
sed sensim atq; modice suffumigans potestate, et ipsam
incensum absumeretur. Ita neq; morbus, neq; defatia
gatio tale corpus corripiens, facile arguerit, neq; super-
are poterit. Etenim ab internis probe preparatum nec
male munitum est, externa quoq; ualde formiter adue-
sus illa circumspecta sunt, quo minus uis morbi aut laetitia
dimis ad interna penetrare queat, tum neq; estum, neq;
algorem suscipere aliquo detrimento corporis. Ad per-
durandum autem in laboribus multus calor intus influe-
ns, ueluti multo exercitio ante preparatus, atq; in
usum necessarium reposius, prestat toleraniam ilico
membra uigore irrigans, eaq; cum plurimum nulla laf-
situdine uincibilia exhibit. Multorum enim et uario-
rum laborum premissa exercitatio, nequaquam uires
absunt, sed multis incrementis augere solet, dumq; sub
inde refuentur, sunt etiam maiores. Præterea in curri-
culo quoq; iuuenes nostros exercemus, ut et logo alicui
spacio cursu transmittendo sufficiant, assūfacimus, atq;
mbre

in brevi quam celerrimi sunt corporis lenitate uti, quāne
promptissime docemus. Neq; uero cursus in loco piano
aut solido cōficitur, sed in profunda arena, ubi nulla fir-
mitate planta figi potest aut sustentari, neque suffulcū
promptum est, cedentibus subinde ad singulos passus pe-
dibus. Fossam quoq; transuliri, si necessitas exigat, doc-
emus, aut aliud quoddam impedimentū. Qua in re exer-
centur grandia plumbi pondera habentes in manibus.
Deinde basta quoq; in longum proicienda decertant.
Vidisti uero et alii quendam globum iacentem in gym-
nasio æneū atq; teretem, in parui scuti figuram formatū,
neq; lorum neq; baltheum habentem. At illum quoq;
periculi faciendi gratia manu sustollebas iacentem in me-
dio, uidebaturq; tibi grauis et propter lenitatem com-
prehensu difficilis. Itaq; illū sursum manu extortum iacu-
lantis in aērem, inq; longum contendentes, qui nam ex
illis eundem quam longissime iactu promouerit, ac omni
um aliorum metas excesserit. Que res et humeros illo
rum formiores reddit, et brachia non mediocriter corro-
borat. Ceterū quamobrem et arena et lumen illis lu-
stantibus subternatur, que initio perquam ridicula tibi
uisa sunt, nunc audi o admirande. Primū quidem ne in du-
ro casus illis cōtingat, sed in loco molliore citra periculū
prostrati corruant. Deinde multa lubrica effugia accide-
re in cōeno sudantibus necesse est, quā rem tu angullis
cōferebas, sed que nō sunt inutilia habenda aut ridicula.

OPVS Ē VLA

Nam et hec plurimū ad robur et membrorum firmitatem consolidandam conferunt, quando ad hunc modum luctando, alter alterum fortiter adprehendere coguntur, tametsi crebro elabantur e manibus. Tenere enim perunctum oleo, et sudore perfluentem excidere contem, et e manibus effluere laborantem, ne tibi res uicta tur esse modica aut nullius momenti. Et hec oīa ut à me ante predictum est, in bello quoq; non parum praestant utilitatis exercentibus, si aut amicus uulnere saucus fratre negotio sublatus ex acie efferendus esset, aut hostis comprehensus sublimis rapiendus. Eam ob rem penè immodice eos exercemus difficultoribus propositis, ut hoc facilius minora queant perpeti. Rursus arenam planè diuersa ratione utilē cōsensimus, ne dum complexibus implicantur, labantur. Postea quām enim in coeno multo exercitio didicerunt compescere aduersariū, quo minus elabatur e manibus propter corporis lubricam cōprehensionem, etiā ipsi comprehensi effugiendi rationē multe assuetudine familiarē sibi faciunt, præsertim cum tenentur medijs. Quin sudorem largiter semet effundent arena quoq; mihi uidetur cōprimere dū aspergitur, utq; uis corporis par sit laboribus efficere, estq; uenit obſtaculo quo minus ledantur corpora, in tenebra atq; denudata incūbentibus. Alioqui sordes quoq; corporis arena eluit, ac hominem longe cādentiorem reddit. Et ego equidem perlubenter unam ex albis illiscuius cōuerſatio ſemper ſub umbra fuit, et quocunq; tu ex his, qui

sumat in Lyceo exercent eligeres; hic sisserem, ac con-
 no et puluere abluit te interrogarem, utri nam potius
 similis esse optares. Satis certo compertum habeo, te
 primo statim aspergi electuru, tametsi neutruus uitę peri-
 culū feceris, alteri potius esse similis, quā delitijs frangi
 atque diffluere, ac album esse prae sanguinis inopia ad
 precordia confugientis. Ha sunt ferē ò Anacharsi, qui
 bus iuuentutem nostram exercere solemus, existuentes
 eandem hisce gymnasij optimam fore custodem Reip.
 et cuius opera in libertate nos uicturos speramus, sem-
 per de hostibus quicunq; nos adoruntur uictoriā repor-
 tantes, terribiles uero finitimi exsistentes, adeo ut illorū
 plurimi et potentiam nostrā pertinescant, ac nobis tri-
 butū pendere soleant. Porro autem in pace longe melio-
 ribus illis uitimur, de nulla re turpi ac flagitiosa contendē-
 tibus, neq; ob inertiam ad mucuo inferendam iniuriam
 cōuertentibus, sed circa ista uersantibus, inq; his ipsis ex-
 ercitij occupatis exsistentibus. Et qd' cōmune bonū dixi,
 summamq; ciuitatis felicitatē, ea est quoties et ad pacis
 artes et belli scientiam quam optime atq; diligentissi-
 me iuuentus preparata fuerit, studijs ac rebus pulcherrimi-
 vis fruens sedulitate impendens operā. Ana. Proin
 de Solon hostibus uobis ingruentibus oleo peruncū et
 appleti puluere in bellū progredimini, nempe pugilatu
 instructi aduersus armatos. Et illi uidelicet pertinescē-
 nos ac fugient, metuentes, ne ipsis hiantibus arcuam

Q P V S C V L A

in os spargatis. Aut forte post tergum resilientes illorum
 crura apprehenditis, eosdēq; præfocatis inicto circa col-
 lum cubito. Ac per louem illi petent uos arcubus, et iacu-
 labuntur spiculis. At uos quemadmodum statuas, telorum
 acies non penetrabunt, quippe ad solis feruorem dema-
 gratos, ac multo sanguine abundantes. Neq; enim uos
 cōfis aut spicæ aut stipulae, ut quam primum plagiis suc-
 cumbatis, sed admodum sero, ac uix profundis confecti
 vulneribus modico sanguine commonstrato. Tala enim
 sunt que dixi, nisi exemplū à te adductū planè obaudie-
 rim. Aut fortasse Comicorū & Tragoedorū potius arma-
 turā assūmetis, et si iussu senatus in acīc uobis excundū
 fuerit, galeas illas hiantes caputi imponitis, ut hoc magis
 terrori suis aduersarijs, larvis ac terriculamētis anilibus
 eos exanumantes. Præterea calceos quoq; per altos illos
 pedibus accōmodatis, qui si fugiendum uobis effet leues
 sunt, rursus si alios insectati fueritis, hostibus erunt inef-
 fugibiles, tanta mole uobis aduersus illos irruētibus. At
 uide potius ne ista uestra arguta sedulitas, nūgæ sint &
 ludicra puerilia, & inertium uiuenium ignauiaeq; deditoriū
 exercitia. Si uero uobis in aio est prorsus esse liberis ex-
 per oia felicitibus, alijs uobis opus erit gymnasij, & uero
 in armis exercitio. Neq; cū aliquo alternis certaminibus
 iuuenes uobis cōponendi sunt, sed aduersus hostes depu-
 gnandū erit certo cū periculo uirtutē exercētibus. Qua-
 propter relatis puluere atq; alio, docete illos archē
 dere

dere & hasta uti : neq; illis leuia dabilitas iacula, que uen
tu flatu feruntur, sed si hasta grauis que cum turbine ac
que sibilo extorqueatur : præterea lapis pregrandis, et
gladius, & scutum sinistre insertum, & thorax &
galea. Nam sicut in præsens instructi es sis, Dei cui
iuspiam benignitate mihi seruati esse uidemini, quo mi-
nus nondum perijstis à perpaucis saltē leuis armatu-
re militibus trucentibus. Ecce enim si stricto saltē gla-
dio quo succinctus sum, solus in iuuenes uestrōs omnes
irruerem, actutum undā cū clamore gymnasium haud da-
biecaperem, illis paßim diffugientibus, ac nullo contra
ferrum aspicere audente. Verum post statuas aut co-
lumnas consistentes risum mihi exhiberent lacryman-
tes, atq; irrepidantes permulti. Tunc uero uideres illos
non amplius rubescentes corpore, cuiusmodi nunc sunt
in presentia, sed omnes illico expalescentes, translo-
ratos præ formidine. Adeo multa pax uos eneruatos ef-
ficiuinuit, ut non facile saltē cristam hostilis galea,
conspicatam sustineretis. So. At nequaquam talia de
nobis prædicauerunt, ò Anacharsi, Thraces, quotquot
Eumolpum secuti bello nos laceſuerunt, neque uestra
mulières que duce Hippolyta aduersum urbem expedi-
tionem instituerant. Neg; item alij quotquot in armis et
acie uires noſtras experti sunt. Ceterum uos, ò beate, nō
hoc consilio nuda iuuenam corpora exercemus, ut pra-
pterea eos in aciem aduersum pericula producamus. Sed

O P V S C V L A

ubi in hysce ludicris quā optimi atq; exercitatiſtini euer
 ferint, deinceps et armati exercentur, quibus longe
 promptius utuntur ad hunc modū ante iſtituti. Ana.
 Et ubi nam locorum illud uobis eft gymnasium, quod ar
 morum uſu exercendo destinatum eft? Neq; enim ego
 uſpiam in urbe cuiusmodi confexi, cum totum oppidum
 fufum ac deorsum diligenter perreptafsem. So. Sed
 certe nidebis o Anacharsi, multū nobis temporis conuer
 fatus, tum unicuiq; permulta eſſe arma, quibus necifi
 tate urgente uincitur, et criftas, et phaleras, et equos, et c
 quites ferme quartam partem ciuum. Siquidem ſemper
 armatum incedere, neq; non acimace ſuccinctum eſſe, fu
 peruacaneum in pace eſſe exiſtimamus. Preterea mul
 et a cautum eſt, ne quis in urbe cum nihil neceffe ſit fer
 rum geſtet, aut armatus procedat in publicum. Vobis
 uero, non iniuria ignoscendum eſt, perpetuo in armis
 uiuentibus. Viuere enim in loco aperto et incuſtodiuto,
 facile iſidijs obnoxium eſt, et boſtum ualde numeron
 sa eſt copia. Neque illud certum, quo tempore aſſtens
 quiſpiam dormientem e plauſtro pertractum iugulet.
 Ipsi quoque mutua iſſidelitas, et quod legibus nequa
 quam coerciti unam Rempub. incolitis, ferrum uobis
 ſemper facit neceſſarium, ut in propinquuo ſit ad pro
 pulsandam iniuriam, ſi quis uim alteri inferre adgreden
 tur. Ana. Adeq uero Solon ferrum geſtare nulla
 neceſſitate adigente ſuperuacaneum eſſe ceneſis, ut ex
 armis

armis percatis, ne in manibus frequenter habentes cor
rum panitur, sed deposita conservatis, ut necessitate uo
cante utamini. Sed enim alienum corpora nullo cogem
te periculo, uerberantes laboribus conficiis. Quine
tiam sudore absumentes, nulli rei magnopere necessari
e sint conducibili uires illorum expromitis, sed incensa
sum in coeno atque arena effunditis. So... Videris
o Anacharsi, talem de robore corporeo opinionem obti
nere, quasi uero aut aquae aut alij cuiquam rei humida
similitudine respondeat. Itaque metuis, ne quemadmo
dum ex uase Samio robur clanculum effluens in labori
bus, deinde nobis corpus mane & aridum discedendo
relinquat, cum a nemine intus repleatur. Atqui ad hunc
modum res se non habet, sed quanto quis impensus exca
haesrit, tanto copiosius influit, iuxta hydræ fabulam,
si qua unquam tibi inaudita est, cui pro uno capite pra
ciso, semper alia duo renascebantur. Ceterum, si ab ini
tio inexcusat o corpore fuerit parumq; firmo, neq; satis
habuerit subiectæ materie, tunc illico fatigatioe defessa
detrimento afficitur, atq; marcescit, ueluti in igne ac lya
chno usiuentre uidemus. Et enim eodem flatu ex igne
potes incedere, inq; breui maiorem facere, nimisq; infla
mans spiritu ac lychni lumë extingues, no[n] habens suffi
cientem materie suppeditatione, que aduerso flatui par
esse posse, neq; n. ab aliis acta radice productū fuerat.
AS. Nec equidē o Solō no[n] admodū intelligo, argutum n.

O P V S C V L A

Ita tibi dicta sunt, quām ut ego quācā intelligentia affe-
qui, exactam quandam curam & mentem acutē cernē
tem requirentia. Illud porro omnino mibi responde,
quā ob rem tandem nō etiam in Olympicis certami-
bus et Isthmiacis & Pythiacis, alijsq; quādo multi utrūq;
confuxerint iuvenes certantes spectaturi, in ipsis armis
certamen conficiendum proponuis, sed nudos in mede-
sum adductos, qui & calcurentur & uerberentur ostend-
atis, ac deinceps uictoribus mala aut oleaginam coro-
num præstatis. Hoc enim scitu dignum est, cuius rei gra-
tia facilitare soleatis. So. Quoniam optimam, o A-
nacharsi, hac ratione gymnasiorum desyderium in iunc-
tibus magis accendi, si eos qui optime sese gesserint, in
aliis honorari conspicerim, & in medio grecorum præ-
conis uoce magnifice proclaimari. Quapropter etiam
tanquam illi exutis uestimentis optimi corporis estimant
de habitudinis curam non negligunt, ne de nudati pudo-
re afficiantur, ac se quisque uictoria quām dignissimum
preparet. Quinetiam præmia, quemadmodum à me
predictum est, non mediocria sunt proposita, nempe bo-
norificum & laude plenum à spectatoribus testimonii,
& esse clarissimum, ac demonstrari pretereuntium di-
gito, inter eiques hunc usum esse etiam sua opinione
prestantissimum. Etenim non pauci ex spectatoribus,
quibus per etatē etiamnum exercitatio colenda est, ab-
sunt non mediocriter ex his uirtutis & laborum amore
inflammati.

inflammati. Itaq; o Anacharsis, si quis ē communis boni
 sum vita laudis & glorie amorem sublatum cūceret,
 quid nā amplius preclaræ rei nobis ille faceret reliquā,
 aut quis nam facinus aliquod magnum & memorabile
 concupisceret? Nam ex ijs haud difficulter conjecturam
 facere potes, quales in bello pro triuenda patria, defen-
 dendis liberis & uxoribus, & pro templis suscepto futu-
 ri sint arma habentes in manibus, qui oleagine corona
 aut pomis inducti, tanta cupiditate ad victoriam con-
 sequendam ferantur. Et quid nānī difluris esses, si apud
 nos & coturnices & gallos gallinacos compugnantes
 uideres, ac harum rerum spectandarum & adornanda-
 rum studium non mediocre. Rideres uidelicet, ac tunc
 maxime si rescisceres lege à maioribus lata illud nos face-
 re, omnibusq; iuuenibus ut interfint imperatum esse,
 ut spectent uolucres rostris inter se depugnantes usque
 ad extremam defctionem uitriū. Atque ne hoc quidem
 institutum risu dignum est. Irrexit enim sensim in ani-
 mos iuuenium impetus ad fortiter subeunda & contem-
 nenda pericula, ne gallis ingenerosiores, atq; ignauio-
 res esse appearant, nēc de se uulnera aut labores aut
 aliam difficultatem ferre recusent. Ceterum, ut in armis
 harum rerum periculum faciant, utque mutuis uulneri-
 bus semet conficientes spectamus, apage, feruum enim
 illud esset, & omnibus modis crudele, adhuc non mis-
 erans dannosam & iurile mortare iuuenes præstantissi-

OPUSCULA

mos', quorum opera ex iuribus longe melius aduersus
hostes uti queamus. Quia uero ait o Anacharsi, te rela-
quam quoq; Græciam uidendi gratia peragraturum, ut
de ut memoria teneas, si quando in Lacedæmonia uinc-
ris, ne ex illos irrideas, neq; putas eosdem in utilibus us-
care laboribus, quando aut de pilis in theatro impetu fa-
cto collapsi, mutuis vulneribus semet deformauerint, aut
in locum circum circa aqua obseptum ingressi, ac in co-
hortes distributi, hostili animo alter alterum inuaserit,
ex ipso nudi, donec pars alterutra diuersam e loco aquis
circundato eiecerit, nempe Lycurgi asecle, sectatorex
Herculis, aut rufus in aquam impulerint. Ab illa enim
pax insequitur, nec ullus amplius pulsatur. Maxime uo-
do, si uideris pueros ad aræ flagellis ac loris cædi, ac san-
guine defluentes, ex patre ex matre assistentibus, non
ut aliquem ex hoc facto dolorem capiant, sed minaciter
interminantibus, nisi uerbera perseveranter tulerint,
ac supplicantibus, quoq; ut quam diutissime laboritole
rando sufficient, neue uerberum difficultatibus cædenc-
tes succumbant. Itaque permulti plagi ipsiis immor-
untur, dedecorosum existimantes, si etiam dum uiuentes
in familiarium conspectu uerberibus superati deficeret,
aut corpore flagrorum ictibus cederent, quos etiam stan-
tius in memoriam illorum erectis publice à Spartanis ho-
nestatos uidebis. Quando ergo ista coram oculatus
arbitri inueteris, caue illos insanire temere suspicaris,
neque

L V C I A N I

neque dicas citra causam iustam ac necessariam talibus
eos difficultatibus conflictari, neque urgente alacrus sa-
ua tyrannide, neque hostibus imminentibus. Dixerit
enim haud dubie Lycurgus Laconicarum legum author
pro illis tuendis tibi rationi ualde consentanea, quibus
nam causis impulso, pueros ita uerberibus affligendos
statuerit, neque inimicus illis existens, neque inuidentia
adductus hoc faciens, neque ciuitatis iuuentutem ne-
quicquam absumentis, sed uolens, atque contendens
reddere quam fortissimos, ac omni difficultate superion-
res eos, qui patriam ab iniuria essent seruatur atque de-
fensi. Quanquam uero ipse Lycurgus nihil dixerit,
facile tamen animaduertis, ut talis quispiam quondam
in bello comprehensus, nullam uocem Spartanarum magni-
tudine indignā emiserit, inimicis cunctē diris tormentis
torquentibus. Sed illos false subsannas, flagellis cædeba-
tur, cū uerberante infracta animi tolerantia cōtendens,
nec nam citius uiribus deficeret.

ANACHARSIS
Num Lycurgus quoque Solon, in iuuentute loris cœdi
solitus est, aut an huius certaminis author existens, ci-
tra periculum talia iuuemiter commentus est? So-
lum iam proiecta etatis esset, ciuibus Spartanis leges
condidit, projectus ē Creta. Aliquandiu enim apud Cre-
tenses peregre egit, quoniam eisdem audiuerat optimis
legibus instructos uiuere, quibus Minos Iouis filius le-
gum scriptor exultat.

ANA. Quan obremigitur

Solon, et tu non imitatus es Lycurgum, ac iuuenes loris
 proscindis? Etenim per pulchra hec sunt instituta, et
 nobis non indigna. So. Quoniam nobis Anacharsis,
 sufficere uidetur ista gymnasia, quorum ipsi reperto-
 res exitimus, neque magnopere necessarium existima-
 vius peregrinorum emulatores esse. Ana. Nequa-
 quam, sed intelligis, ut opinor, quā res sit fruola flagris
 obuerberare nudi scapulas, palmas ulrasq; suppliciter
 extendentis, ex qua nulla proueniat utilitas, neque qui
 priuatim ad eum qui ceditur, neq; item ad Remp. comu-
 muniter. Itaq;, si quando Spartam peregre projectus ue-
 nero, quo tempore ista factitare solent, videor me statim
 lapidibus obrutum iri ab illis publice, singulos deriden-
 tem: si quando uidero pueros ueluti fures flagris onera-
 ri, aut ueluti peculatorum, aut alium facinorosum. Plan-
 ze uero illorū ciuitas mihi uidetur egere helleboro, que
 usque adeo ridicula à se ipsa pati consuet. So. Ne
 deseriam caussam ò generose, neque uoris absentibus te
 solum dicentem uincere inducas in animum. Neq; enim
 decrit quispiam etiā Lacedemone, qui barum rerum
 caussam tibi promptissime redditurus est. Verum enim
 uero quandoquidem ego tibi nostra ex ordine gymna-
 sia percensu, que tibi non admodum placuisse non oca-
 culte tulisti, videor mihi non iniqua postulaturus à te, ut
 Et tu uicissim die audiente percioras, qua ratione uos
 Scytha uestris iuuenes exerceant, tū quibus gymnasij
 educatos

educatos insuscitis, et quo nam pacto eosdem viros ⁴⁸
tuos efficitis. Ana. Acquisita sunt o Solon quae
postulas. Ac ego quidem Scybarum leges tibi comme-
morabo, fortasse non admodum admirandas illas, et que
non multum uestris sunt responsurae. Neq; enim uel in
maxillam alicui plagam illidere auderemus, sunt enim
perquam meticulosi. Sed tamen qualis unq; sunt, nostra
exercendorum iuenum instituta dicentur. Ceterum si
suidetur, ea de re colloquim in crastinum usq; differen-
tius, ut ea que ipse dixisti, magis quietius apud me recte
Etare possem, tum etiam ea que mihi dicenda sunt, memo-
ria percurrere. Itaq; quod nunc restat, in praesentia qui-
dem abeamus. Nam enim in ualscenibus umbris appen-
tit uespera.

CLARISSI=

MO VIRO, CHVONRADO
PEVTINGERO, IVRIS
consulto, Vincentius Ob=

sopœus S.

Cum omnis antiquitatis, potissimum uero historie
rum à diversis authoribus memorie proditarum
te cognouisse esse perstudiosum, ut clarissime, reber
metibi rem non ingratam facturum, si quid eius gene-
ris monumentorum à gracie scriptoribus editum ad te

O P V S C V L A

mitterem. Itaq; inter cetera que hoc temporis ex Lus-
ciano uertenda suscepi, duorum quoq; philosophorum
uitæ in manus mihi uenerunt, nempe Peregrini et De-
monactis, in quibus de pingendis non alio quam in Ale-
xandro Pseudomante usus est Lucianus artificio, hoc
est limato et exculto. Has ergo uitas, Cheronade pa-
tronc incomparabilis, à me romano sermone utcunq; in-
structas tibi mitto muneri, cum ob tuam in me per am-
cam benevolentiam, tum ob eam caussam quam dixi,
quod harum rerum admiratorem et mirificum et sin-
gularem iam olim te esse cognouerum. At enim Philoso-
phos hic planè diuersos uidebis, cum in altero perfe-
ctæ uirtutis exemplum, in altero similate tantum sa-
cientie imaginem Lucianus haud dubie ostendere uon-
luerit. Quid enim fuit Demonakte ciuilius aut popu-
larius, qui, tametsi philosophus esset, tamen à communis
hominum uita et sensu nulla uitatus insolentia aut phi-
losophica morositate corruptus abhorruit? Contra, quid
Peregrino insolentius, aut popularis admirationis (qua
unam omnes sua prodigiosa uiuendi ratione constat ue-
natos esse philosophos) cupientius? quem in tantum
glorie filii excæauerat, ut omnibus absumpsiis admira-
tionis captande prestigijs, quibus uulgi oculos devien-
tare solitus est, demum etiam femet flammis absumente
dum sacrarit, non ob aliam caussam, quam ut mortuum
quoque

L V C I A N I

49

quoque admirationi esset populo. Nec mihi dubium
est in hoc Peregrino Lucianum summe utrum pruden-
tiae inditum facere uoluisse, cuiusmodi res esset ambitio-
sa glorie cupiditas, quam inconsulta, quam præceps, &
quæ ferè semper temeritatem comitem secum habeat,
& Κλαυτίαν sociam. Nec uero usque adeo popu-
larum animis facebit negotium, quam excelsos animos
ferè omnes occupat, & quo altiori magnitudine men-
prædicta fuerit, hoc facilius hac fui caput, tantoq; im-
penitus glorie desiderio infestatur, ita ut præclare sci-
pserit Lucianus & Κλόδδεον μόγον Ἀφύκτον, &
τοῖς πάσιν θαυμασοῖσι Εἰν δόκουσι. Animi abiecti
& sordidi rebus capiuntur humilibus, at sublimes &
excelsi illam internam in aliorum animis repositam opí-
nionem affectant: & huius consequendæ gratia nihil
non faciunt, parum nonnunquam reputantes, quam pru-
derent cōfilio muidosam captent gloriā. Videmus nostro
seculo innumerabiles peregrinos, semet ut Proteus, in
omnia uertentes, tantum in hoc, ut sint aliquid, hoc est,
ut Hesiodus loquitur ρῆ τη Φαλίτε, ne desit mun-
do, quod de illis loquatur, ut habeant præclarū apud oēs
& cruditiōis & ingenij testimonīū, nō aiaduerentes in-
terim se quadam animi cecitate & precipititia, qua
illis imposuit Κλαυτία & ambilio, dū omnia miscent.

G 2

O P Y S C V L A

in summam ruere infamiam. Vsq; adeo misere nonnulli
suum et sedulo uenatur & a/skyor ex ei ro dñs acerov
ut pariantur cuius ueritati iniuriam fieri, quam illorum
periclitetur existimatio. Est quidem omnibus cōmune
laudis et glorie certamen propositum, sed ad hanc ut
non nisi per sudorem et laborem patet aditus, ita non
alia quam uirtutis, hoc est, legitima uia penetrandum
est. Iam quisq; peculiarem ad laudem consequendam,
uiam sternit et aperit, que an laudis appellatione die
gna sit, uiderint iij qui tantopere ad hanc et multo
rum exitio, et offendiculo aspirant. Sed nimium mul
ta philosophati sumus. Ceterum in Peregrino pre
ter cetera illud quoq; uidere est, quam nihil in rebus di
uinis sapiat humana ratio, etiam prudentia philosophi
ca excultissima. Quis enim negabit Lucianum summe
fuisse uirum ingenij, at quam nasute subsannat in Pere
grino Christianorum instituta, ut neq; à Christo ipso pro
criter impetendo suam petulantiam cohibuerit, adeo ut
hoc solo nomine non iniuria dictus sit à dñs. Præterea
longe alter de Peregrino sentire uidetur Gellius author
satis emens. Sed haec tu ordine censem, nec me moni
tore tibi opus est. Recte uale, ut clarissime, et hoc mu
nusculum quamlibet tenue et exiguum Obsopæi tui
longum testificar amorem. Ex Norinberga Mensa Fe
bruario. Anno. M. D. XXVIII.

LVCIE

LVCIANI.

LVCIANI PEREGRI

nius, Vincentio Obsopœo
interprete.

Lucianus Cronio Salutem.

Ns felix ille Peregrinus, aut quo nomine potissimum delectari uisus est seipse nominando, Proteus, illud ipsum Homerici Protei passus est. Nihil enim non glorie gratia fieri sustinuit, cumque infinitis mutationibus transformatus esset, postremum ignis quoque factus est. Usque adeo glorie cupiditate tenebatur. Et nunc optimus ille incarbones & fauillas redactus est post Empedoclem, nisi quod hic temerarium facinus celare conatus, elanculum in crateras se dedit precipuem. Porro generosus ille populissimo Græcorum conuentu obseruato, in genitissimam pyra constructa, tot ac tantis testibus consensiis insiluit, ac orationes nonnullas super hac re ad Græcos habuit aliquanto ante quam hoc ausus est. Videor itaque mibi uidere te numrum huius senis deridentem arrogantium, aut potius exclamantem, qualia par est te exclamare, O insipientem insipientiam, o crumulosam gloriam, aliaque de illis ferè dicere consuevimus. At tibi quidem hec eminus, & longe tutius dicta sunt, ego uero iuxta rogum ipsum, insuper ante quoque in copiosa audiitorum multitudine eadem dicere non reformi

OPUSCULA

dari, non nullis equidem graviter ferentibus, quaque
senis arrogans consilium admirationem incusserat.
Erant autem aliquot alij, qui et ipfi huius gratia ride-
bant. At ego propemodum a Cynicis discepimus esse,
uelut Aetœon a canibus, aut consobrinus eius Pentheus
a Bacchis. Ceterum totius rei apparatus talis erat,
etenim Poëtam haud dubie qualis fuerit, tum quantas
per omnem uitam tragœdias in lucem dederit, præter
Sophoclem et Aeschylum. Ego uero ubi primum in
Helen uenisssem, illorum certamine eò illectus aq; pera-
ductus, statim Cynicum quandam mauidui, magna et
aspera voce confusa illa, ac uirtutem ex triuio intonan-
tem, omnesq; indiscriminatum dicterijs et connicijs in-
uidentem, tandem uero in Proteo eius uociferatio desistit.
Hec quemadmodum dicebantur pro mea urili cuncta te-
bi ex ordine percensere conabor. Tu uero hec planè ita
se habere cognasces, quippe qui ipsis uociferantibus no
semel astutissi. Proteum, inquit, audet quispiam ambitio
sum dicere, o terra, o Sol et flumina et mare et pa-
tria Hercules Proteum, qui in Syria uincis colligatus
est, qui in patria quinq; milia talentorum ultrò reliquit,
qui ex urbe Roma electus est, quem sole longe illustrio-
rem esse constat, qui cum ipso Olympio cōmussus decer-
tere posat. At quia ignis admiratio è nūis se subdu-
cere statuit, hoc ambitioni cuius et uane glorie quidam
imputant

U V C I A N I

imputant. Nonne uero ad hunc modum e terris defecit
 et Hercules? nonne ita Aesculapius et Dionysus ful-
 mine? Nonne postremum et Empedocles ut in cratera
 ras semet immisit precipitem? Hec ubi dixisset Thea-
 genes, hoc enim nomine uociferator ille uocabatur, ro-
 gabam quemadmodum ex absentibus, quid hoc de igne
 aut Hercule, aut Empedocle ad Proteum attineret. At-
 qui, inquit ille, breui semet ipse flammis absumpturus
 est Proteus. Quomodo, inquam ego, aut cuius gratia?
 Deinde cum ille omnem rem mihi exponere insisteret,
 Cynicus in tantum uociferabatur, ut nullo pacto eius
 audiendi copia mihi relinqueretur. Audiebam uaque
 reliqua ipsum effudentem, ac laudibus mirificis Pro-
 tecum extollentem. Etenim Simepea aut precepio-
 rem eius Antisthenem, ne conferre quidem cum illo
 dignatus est, sed neque ipsum Socratem. Prouoca-
 bat autem et ipsum louem in certamen, deinde cum
 uisum esset illi similes quodam modo inter se ipsos, eius
 modi finem orationi imposuit. Duo hec, inquit, pre-
 flantissima opifica etas nostra uidit, naturum louem
 Olympium et Proteum, quorum quidem illius archi-
 tectus fuit Phidias, huius uero opifex natura. At
 nunc ex hominum conerto ad superos hec statua mi-
 gratiora est, ceterum per ignem abiens nos orpha-
 nos in terris defiluet. Hec ubi cum multo sudore diffe-

O P V S C V L A

ruitisset, lacrymatus est satis ridicule, capillosque uellem
 bat e capite, subparcens tamen, ne radicetus extraheret.
 Ad postremum abductus est a quibusdam Cynicis triste,
 & lachrymantem consolantibus. Hoc abducto aliud
 ulco concionaturus ascendit, non cunctatus donec mul-
 titudo dilaberetur, sed ardentibus abhuc sacris turbam
 continebat. Ac sub imum quidem effusissime ride-
 bat, uidebaturque illud ex intinis precordijs facere, de-
 inde ad hunc modum orationem suam exorsus est. Post
 eaquamaledictus Theagenes scelestissimis orationibus
 suis lachrymando finem imposuit, ego diuersa ratione à
 risu Democrati exordiar. Ac iterū sublatis cachinnis in-
 risum uberem solutus est, adeo ut nostrum plerosque ad co-
 munem risum pertraheret. Deinde sedatoris, conuer-
 tens seipsum, Et quid nam aliud, inquit, o ueni nobis per
 aque faciendū est, adeo ridiculas orationes audientibus,
 uidetibusque uiros etate decrepita uiliissime gloriole gra-
 tua tantum non saltantes in medio? Ut autē rectius intel-
 ligatis ciuiusmodi nam illa sit statua quae flammis abolebi-
 tur, audite me, qui ab initio eius mentem callide anta-
 maduerterim, omni eius uita diligenter obseruata. Non
 nulla uero à ciuibus quoque suis memorata percepit, qui
 bus non potuit non exactissime perspectus & cognitus.
 Etenim hoc naturae figura opificium Polycleti Ca-
 non ubi firmata iā etate in utrum adolescere incepisset,
 multis in Armenia uicias per adulcerum mulierculis,

non

52

non parum multa suscepit uerbera. Deniq; uero, per
rectum exiliens et clapsus, fuga salutem redemit, raphae
no oppletas nates auferens. Exin pueru quopiam for-
moso per uim constuprato, tribus nummorum milibus
a pueri parentibus, cum tenuis essent fortunæ, foeditatis
impunitatem mercatus est, ne ad præfectum Asiae duce-
retur. Hæc atq; eiusmodi missa mihi facienda esse uiden-
tur, etenim lutum adhuc informe erat, ac nondum per-
fecta statua nobis formata. Ceterum quibus iniurijs con-
fectum ætate parentem affecerit, admodū auditu dignū
esse opinor, et memoratu necessarium. Et sane omnibus
uobis compertum atque auditum esse reor, quomodo se-
nem præfocauerit, nequaquam sustinens cum ultra sexæ
ginta iam senescentem. Postea uero, quam tanti scele-
ris fama diuulgata est, arreptaq; fuga se ipse condem-
nasset, incertus uagans sedibus, oberrabat, terram terra
commutando. Quia in peregrinatione & mirificam il-
lam Christianorum sapientiam perdidicit, circa Palesti-
nam sacerdotibus & scribis illorum conuersans. Ac sa-
nè non mylio in tempore pueros omnes illos pre se esse
ostendit, Propheta ac sacrificiorum princeps & Synan-
gogæ socius, breuiter omnia solus existens. Præterea
librorum nonnullos exposuit, nonnulli uero & sua indu-
stria conscripsi sunt. Ac ueluti Deum hunc ipsum perhi-
bebant, nam eo & legum authore uerbabantur, & præ-
fectum illum declarabant. Itaque etiamnum magnum

O P V S C V L A

illum hominem reverenter colunt, nempe illum qui nō
palestina crucifixus est, quoniam primus novum illud
mysterium in hominum uitam inuixerat. Tunc uero
comprehensus etiam ob hoc ipsum Proetus in carcere
illapsus est. Quae quidem res ipsi non mediocrem digni-
tatem cum ad inseguentem uitam, tum ineptias & glo-
riam, quarum erat amantissimus, conciliauit. Itaq; post
qua in carcere connectus est, Christiani hanc rem graue-
ter & indigne ferentes, nullam non impendebant ope-
ram, & planè mouebant omnia, tentantes, si quo modo
illum furtem possint eripere. Deinde, animaduertentes
hunc conatum frustra esse, nihil tamen ex altero quo ca-
ptiuus egebat obsequio intermittebant, uerum omnia
cum magna fide & diligentia prestabant. Ac mane qui-
dem illico uidere erat iuxta carcerem prestolantes annis,
uiduas quaspiam & orbos puerulos. Illorum uero,
pars etiam una intus cum illo somnum capiebant, cor-
ruptis pecunia custodibus. Exim omnis generis coene in-
serebantur uarie, ac facri inter se se sermones diceban-
tur. At qui optimus ille Peregrinus, adhuc enim hoc no-
minis obtinebat, nouus quoq; Socrates ab illis nomina-
batur. Quintiam in Asia plerasq; urbes fuisse constat,
a quibus uenerunt quidam latiri auxilium, Christianis
mittentibus ex publico, neq; non collocuti, & uaram
consolaturi. Incredibile uero est, quantum studium &
celeritatem in hoc ostendant, siquid talc nulgo innotu-
rit. Illico

L V C I A N I

rū. Nico enim nulli rei parcunt. Proinde, Peregrino quo
que multæ tunc opes ab illis mittebantur, sub iunctio-
num pretextu, nec vulgarem rerum prouentum lucris
faciebat. Etenim haud dubitanter sibi persuaserunt in-
felices illi, se omnino immortalitate fructuros, perpe-
tuoque uicturos esse. Quan ob rem et mortem magno
contemnunt animo, ac non pauci sua sponte scmet osci-
dendos offerunt. Deinde, primus quoque illorum legis
lator coram persuasit animos, quemadmodum omnes in-
ter se fratres essent. Postea uero, quam semel à nobis de-
sciuerunt, grecorum Deos constanter abnegant, solum
crucifixum illum impostorem adorantes, secundum illas
leges uiuendi rationem instituunt. Proinde, apud illos o-
mnia ex equo habentur contemptui, existimanturque esse
cōmūnia, que citra fidem exacte exploratam in cōmūne
usum à quoquam deferente suscipiunt. Quod si quis pre-
stygiantur aut alioqui homo promptus et uersatus et rei
faciende adpositus eos accesserit, breui admodum opu-
lentus efficietur, quippe qui hominum idiotarum simplici-
tate callide queat abuti. Ceterum, Peregrinus tandem
liber dimissus est ab eo, qui id temporis præsidē agebat.
in Syria, uero non mediocriter Philosophie commercio
gaudente. Qui cum illius subolsecisset arrogantiam,
quod iam statuisse mortem oppetere, ut per hoc præcla-
re fama gloriam apud posteros relinquaret, dimisit
illum, ne dignum quidem ratus cūdem esse supplicio. Ille,

O P V S C U L A

etrockim domum regressus, comperit paternae cœdis viae
moriā uondu mūsse fopitam, sed multos superesse quid
mura periculatē accusationem aduersus illum adornā-
rent. Dissipatas itaq; maiorem possessionum suarum par-
tem in peregrinationem, ac tantum relictū erant agri
ferme quindecim talentorum. Nam tota substantia quam
pater reliquerat, triginta talentū summā nō excessit,
non ut omnibus modis ridiculus Theagenes illam tribus
millibus dignam falso confirmauit. Tanti enim neq; tota
Parianorum urbs, tamē si quimq; ciuitates sibi uicinas ad-
ungeret, uenderetur, una cum ipsis hominibus et u-
nientis, et reliqua supellestile. Vigebat itaq; eius ete-
andum flagitium, et accusatio in recenti hominum me-
moria. Nec uadiu habitauit in patria, sed statim aduer-
sus eum quispiam insurrexerat. Polisthnum uero, ipse
populus indignabatur, senem frugi, ut illi quibus usus
erat perhibent, familiariter lugentes, qui tam crudeli-
ter et impie fuerat occisus. Sed enim sapiens ille Pro-
teus, ad hec omnia non oscitanter intentus erat, qui nane
aliquid inuentum commisceretur, unde uim et pericu-
lum à se declinaret. Progressus ergo in medium Paria-
norū multitudinem, nutriebat uero iam comam, for-
dido amictus pallio, pera ex humeris suspensa, et bacu-
lum manu tenebat, erat autem omnino instructus more
tragoico. Talis itaq; cum ciubus suis apparuisset, uniuer-
sum, inquit, substantiam quam sibi beata memorie pa-
ter relin-

ter reliquisset, se uelle illis publicam dimittere: His audi-
tus, homines egeniey imopes, neq; non ad distributionē
quide inhiantes, protinus exclamauerunt illum unicum
esse Philosophum, unicum amantem patriæ, unum qui
uerē Diogenis & Cratetis esset emulus. Porro autem,
inimici necessario quiescebant. Etenim si quis conatus
esset mentionem paternæ cædis facere, ilico petebatur
lapidibus. Secunda itaq; suscep̄ta peregrinatione egressus
datur uagaturus, satis sibi uiatici in christianis reposiū
esse existimans, à quibus quaqua uersum intendebat sim-
patus, in omni agebat rerum abundantia. Atq; ad hunc
modum aliquantum temporis alebatur. Tandem admis-
so nescio quo aduersus illos flagitio, siquidem uisus erat
ut opinor, aliquid ex interdictis comedisse, non recipien-
tibus amplius illis, magna rerum difficultate perplexus,
per recantationem opinabatur, opes suas iterum à ciui-
tate repetendas esse, missisq; literis, uoluit iussū regis de
nuo cuncta auferre. Contra deinceps missa legatione eti-
am à ciuibus nihil actum est, sed iussus est stare rebus se-
mī ab ipso constitutis, preserthm à nemine ad hoc per-
uim compulsus. Post id tertiam in Aegyptum peregrina-
tionem in stiui ad Agatbolum iter faciens, ut admis-
tando studio scmet exerceret, tondens capitis dimidium,
ac uulcum limo oblitens. Postea in magna circumstantia
populi corona, tractans in manibus uirilia, hoc tan-
quam medium & indifferens esse demonstrabat. Exim.

O P V S C V L A

uerberabat, & uerberabatur ferula circa nates, multaque alia iuueniiora more mirifico ac prestygioso desfignabat. Ceterum, ad hunc modum instructus & exercitatus hinc soluit in Italiam, egressusque è naui statim oamnes homines insectatus est, lingue petulantia, cum primis uero regem, quem nouerat natura placidissimum et mansuetissimum, quare impulsus tuitori debacchabatur in omnes audacia. Etenim regi, ut par erat, parum curie erant conuicta ex blasphemie, neque ullum ex ipsis qui philosophie se tradiderant propter uerba supplicio afficerere dignabatur, cum primis uero eos qui rationem contutis impetendi alios artem sibi peculiarem fecissent. Porro autem, Peregrinus tanta dicendi licentia non mea docrem sibi gloriam comparabat. Itaque apud homines idiotas in magna erat admiratione ex reuerenzia propter arrogantiam, donec is qui Recipub. procurationem vobibat uir sapiens, electum cum ablegasset, cum praefermodum hac libertate nimisque petulanter abuteretur, dicens, urbi nubil opus esse tali philosopho. Quare hoc quoque de illo memorabile est, dum in ore erat omnibus philosophus, propter dicendi libertatem, ac immodecum lingue licentiam electus. At enim iam exactus oppido cum Musonio ac Dione ex Epicteto consuetudinem habuit, cumque alijs quotquot non dissimili infortunio multatos esse nouerat. Ad extremum ita regressus in Greciam, modo probrosis dictis Helenes impetrabat, modo

modo Græcos, ut aduersus Romanos arma fumerent solli-
citabat. Modo uirum industrium et multa dignitate pre-
ditum turpiter inuidebat, propriea quod ille præter
alia quibus de Græcis erat optime meritus, etiam hac
in re non uulgarem præstisset Græcie ex opem et ope-
ram, quod aquam in Olympiam deduxisset, ac primus
populum ad festivitatem confluere solitum sibi percun-
tem subleuasset. In bunc ergo Peregrinus lingue pro-
citate adductus, turpia uerba euomere non cessabat,
quasi Græcos hac mollitie effeminarer, oportet specia-
tores Olympiorum sitim fortiter tolerantes perdurare.
Ac per louem non pauci illorum mortem oppetebant,
exbementibus morbis impliciti, interea proprie loci sic-
titatem in magna ex promiscua multitudine emergenti-
bus. His ita dictis, de eadem aqua potare solebat, adeo
ut propemodum ab omnibus accurrentibus lapidibus fu-
isset obrutus, nisi tunc cōmodum ad lous simulachrū ar-
cepta fuga generosus ille se cōculisset, ac ita præsentis di-
scrimini uitata morte se subtraxisset. Cæterū in proxima
Olympiade, orationē per quadriennium, quod interfuxer-
at, multa cura meditata etq; compositam ad Græcos
habuit, laudes eius qui aquam deduxerat, ac fugae sua
eunc factæ defensionem complectentem. Iam uero ab o-
mnibus certatim contemptus negligebatur, nec erat ana-
plius perinde in precio ex admiratione. Siquidem
fruola ex eolecta erant que moliebant omnia, nec

quicquam poterat amplius nouiter commentum aut ex cogitatum producere, quod stuporem & admirationem incusisset accendentibus, & quo ille sibi dignitatem atque auctoritatem conciliasset, cuius sub initium amore non dicendo extreme ambitiosus flagrabit. Ad extreūm hoc temerarium & audax de pyra facinus commentus est, tāque de re in Gr̄ecorum multitudinem sermonem iam sparsit, quod statim à prioribus Olympijs, ueluti in diē posterum flammis semet ipse traditurus esset. Et nunc huc ipsa multis adornat præstygij, ut fama est cruentis fossa, lignisq; comportandis, ac miram & inusitatam tolerantiam promittendo. Erat uero illi, ut mea fuit sententia, omnino mors expectanda, nulloq; modo ē uita profugiendum. At si immobili proposito prorsus constat utrum habet mortem cum uita commutare, consentaneum mihi uidebatur, ne hoc igne fieret, neq; his que sunt in tragedijs ueteretur, sed alia aliqua mortis permutilatione, quum infinite sint, electa ē uuis discederet. Quod fitamen igne tanquam re quapiam herculea tantopere delectatur, cur non potius per silentium electio quopiam monte multis arboribus consilio, in eo se ipse cōcremantur solus, uno aliquo, curusmodi est Theagenes, Philoctete assumpto? Ille autem in Olympia præsente magna hominum frequentia, non in tabernaculus se solum uidebit, alioqui bāud indignus existens per Herculem, sicut par est homines parricidas ac impios malefactorum penas dare.

dare. Quintiam nimum cunctanter ac sero illud facere uidetur, quem iam dudu oportebat in Phalaridis thau-
rum illapsum dignum nefarijs factis exhausisse supplicium, nec tantum scel in flamma hiscentem subito expi-
rare. Etenim à multis hoc pro certo confirmari audio,
nullam mortem esse uelotiorem aut properatiorem, quā
ea que per ignem illata fuerit. Solum enim os aperiens
dum est, et statim efflatur anima. Atqui et ille, ut opti-
nor, eam quoq; spectaculi dignitatem secum uolutat in
animo, rem uidelicet grauem et preclaram esse, sacro
in loco comburi, ubi ne sepelire quidem alios morientes
religiosum ducitur. Audiuitis enim, nisi fallor, quemad-
modum iam olim quidam cupiens gloriosum et celebre
apud posteros nominis sui monumentum relinquere, cū
nullam aliam uideret sibi relictam esse innotescendi ra-
tionem, Ephesie Dianae templum absumpfit incendio.
Tale quippiam et hic secum molitur in animo, tanta
glorie cupiditate, tanum non miser ille contabescit.
Sed enim, aucti, illum haec ipsa hominum gratia facere,
ut eosdem mortis contemptum doceat, ac in rebus arduis
tolerantiam. Ego uero perlubenter interrogarem non
illum, sed uos, nunquid etiam maleficos et facinorosos
eius discipulos fieri cupiatis in eiusmodi tolerantia per-
discenda, ac morte contemnenda, tum afflictionibus et
ceteris terroribus fortiter perferendis? Atqui certe co-
pertum habeo, ista uos minime uelle ant cupere. Quo

Igitur pacto hoc Proteus discernit, ut bonis tantum bac-
im re sit profuturus, nec malis ex nefarijs hominibus ma-
iorem ad contemnenda pericula, & sceleratoria audēdi
animū additurus? Esto sāne ad hoc tantum concursuros
esse, qui in optimam partem hanc rem saltem spectaturi
sint, proinde ego uos iterum rogabo, Cupitis ne libe-
ros uestrros illius emulos fieri? Haud quaquam dicetis. At
qui hoc ipsum quærebā, nū quis ex discipulis eius eundē
imitaretur? Theagenē itaq; in hoc quispiam iure optimo
accusare posſit, quod cū in alijs per oia uiri emulus esse
studeat, bac in parte tamen p̄cedentē p̄ceptorē mi-
nus sequatur, iterq; cū eo faciat ad Herculem, ueluti per
bibent, abeunte, p̄fertim cū in breui posſit summe ac
omnibus numeris felix euadere, perpræcps saltem int-
ignem illi ipsus. Neq; enim in pera aut baculo, aut fordino
pallio circunferendo, emulationis summa sita est, sed
hac extra periculum posita sunt, & imitatu facilia, &
cuiusuis hominis. Ipsum finem ex caput emulari con-
uenit, ingenti uidelicet pyra ex truncis ficutis ex ma-
xime uiridibus congesta, fumo semet p̄focari. Si quidē
ignis non tantum Herculis & Aesculapij proprium esti-
mandum est, sed sacrilegorum quoque & parricida-
rum, quos iudicio condemnatos hoc ipso suppicio affi-
ci uidemus. Ita, ut longe p̄stabilius esse putem, uobis
fumo p̄focatis oppetere. Hoc enim uobis tandem ut-
peculiare et proprium adscribi potest. Alioqui, et si Her-
cules

enies tale quippiam ausus est, doloris & morbi impatiens
etia impulsus hoc fecit, dum à sanguine centaurico, uelut
te testis est tragœdia, infectus absumeretur. Ceterum
ille qua causa incitatus se ipsum in ignem ferens prece-
pit. Per louem scilicet ut animi tolerantiam hoc argu-
mento notam faciat, non secus atq; Brachmannes. Illis
enim Theagenes preceptorem suum assimilare conten-
dit. Quasi uero non etiam apud Indos inueniantur ho-
mines uæcordes & stolidi, uaneq; glorie extreme dedi-
ti. At tamē quando ita fert animus imitetur illos. At enim
illi ignem insiliendi morem non habent, ueluti Onesycritus
clavis Alexandrinae gubernator, cum Indum arden-
tem, sicut fama est, confexisset. Verum posteaquam
congesta atq; incensa pyra conuenerint, propè assisten-
tes immobiles lente assari fortiter sustinent. Deinde in-
gressi iuxta habitum ardent, ne tantillū quidē post accu-
bitum se auerentes. Ceterum ille quid adeo magni aut
præclari designat facinoris, si illapsus suffocatur, à
flammis subito & uolenter discriptus? Neque enim
eam, ut opinor, spem concepit in animo, ut semiustus
ab igne resiliat, nisi hoc quod à nonnullis audio infidio-
se struat, ut infra quoque in fossa pyra profunda sit. Sunt
præterea qui illum transformatum iri conseruent, eiq;
rei comprobant iam percensent somnia, tanquam ita-
piter concessurus non sit, ut sacer locus cæde contami-
netur. Atqui eam ob rem planè securus sit animi.

O P V S . C V L A

Ego enim iurare non dubito, multum profecto deorum
 grauiter & indigne laturum, si Peregrinus malo & in-
 felici fato pessime interierit. Sed enim neq; facile neq;
 promptum iam illi est à propositio regredi. Si quidem
 qui cum illo habent consuetudinem, miserum omnibus
 modis incitant, & ignem compellunt, non sinentes eun-
 dem timore consternari aut trepidare, quorum si duo=
 bus discrptis in ignem incideret, solum hoc preclare et
 cum multorum gratia faceret. Quinetiam hoc inaudi-
 ui, se amplius Proteum nominari nolle, sed Phoenicem,
 quod & Phoenix avis Indica iam summo confecta senio
 pyram dicatur inscendere. Sed enim uana cōminuscitur
 mendacia, oracula quædam uetera percensens, ac si De-
 um quempiam noctis custodem illum fieri oporteat. Ac
 iam non obscure aras quoq; desyderare uidetur, aureisq;
 donarijs se honoratum iri plane sperat. Et per Iouem
 haud quaquam absurdū factu estimandum est, si in tan-
 ta stultorum hominum multitudine inueniantur etiam
 qui prædicare non uereantur, quod per ipsum quartana
 sint liberati, quodq; noctu in demonem nocturnum inci-
 derint. Porro autem execrandi illius discipuli oraculum
 quoq; ut opinor, & adytum iuxta pyram machinabur-
 tur, propterea quod & Proteus ille Ioue natus, huius no-
 minis Propater, uaticinio celebris habitus est. Neq; te-
 stari dubito certo futuru cōfirmans, ut sacerdotes quoq;
 illi confluantur flagellarum, aut incendiorum, aut ali-
 culis

L V C I A N I.

cuius alterius rei monstrificæ. Aut per louem festivitas illi nocturna sacrificabitur, aut festum facibus uexta pyram celebrandum. Ceterum Theagenes nuper, ut quidam mihi ex familiaribus retulit, ait Sybillam quoq; ea de res ita prædictisse. Et cur non ipsos percensemus uersiculos

- | | |
|--|----|
| Ast ubi iam Proteus Cynicos longe optimus inter | 33 |
| Per loca sacra loui rutilum succenderit ignem | 33 |
| Tunc, omnes quotquot fructu uescuntur agrorum, | 33 |
| Noctiuagum, ut uibeo, placate heroa colentes | 33 |
| Concessa Alcide ac Vulcano sede propinquum. | 33 |
| Hec quidem Theagenes ex Sybilla se audisse falso predicit. | 33 |
| Ceterum ego illi Bacidis oraculum contra memorabo, Aut autem ad hunc modum Bacis numium uere uacuatus. | 33 |
| Postquam multiplici Cynicus cognomine Proteus. | 33 |
| Inflammam sc̄e per præceps iecerit acrem | 33 |
| A furijs uanum propter compulsus honorem | 33 |
| Protinus occisi, uiuum quicunq; sequuntur | 33 |
| Vulricanes alios imitari fata decebit. | 33 |
| At quicunq; metu trepidus uitauerit ignem | 33 |
| Quādprimum saxis populo lapidetur Achiuo | 33 |
| Ne dum friget mers nugas producat acutas | 33 |
| Vsuram exercens & plena ex diuite pera | 33 |
| In patria numerosus habens ter quinq; talenta. | 33 |
| Quid uobis uidetur uiri? nūquid Bacis deterior uifus | 33 |

est uates esse quam Sybilla? Sed iam tempus est admu-
randis illis discipulis Portet circumspiciendi, ubi potissi-
mum semetipsos purgent in aërem. Hoc enim ipsi com-
bustionem. Hec cū dixisset, certatim ab omnibus circu-
stantibus suclamatum est, comburantur iam ilico flam-
mis dignissimi. Ac ille quidem descendit ubertim ridens.
Porro Nestorem nempe Theagenem non latebat uocife-
ratio, uerum exaudito clamore uenit ilico. Cumq; dictu-
rus ascendisset, magna uoce exclamauit, innumera mala
de eo percensens qui descendederat. Minime uero com-
pertum habeo, quod nam illi optimo nomen fuerit. Ce-
terum ego relitto illo uociferatione se rumpente, abi-
bam uisurus athletas. Iam enim certaminum iudices ex-
arbitri in circo esse dicebant. Et haec quidē acta sunt in
Helide. Cum autem uenissimus in Olympiam, maior ibi
multitudo aderat Proteum accusantiū, quam eius ince-
ptum laudantiū, adeo ut nō paucē illorum correantes
ad manus deuenerint. Donec progressus ipse Proteus in-
finita hominum frequentia deduceretur, relitto à tergo
præconū certamime. Vbi orationes quassiam de se ipse
habuit, nimirū quibus exercitijs uitam suam transgifu-
set, quibusq; in periculis uersatus fuisset, tum quantas et
quam duras difficultates philosophie gratia per omnem
etatem pertulisset. Itaq; multa eius generis erant, que
ille differuerat. Ego uero saltē pauca quadam pre-
circumstantium multitudine audiebam. Deinde me-
tuens

L V C I A N I .

tuens, ne in tanta turba comprimerer, posteaquam mul-
 tots idem patientes cernerem, ab iis longum ualere ui-
 bens Sophistam semet perimentem, suiq; funeris epita-
 phium ante mortem recitantem. Sed enim tunc etiam
 hoc inaudircam. Dixerat enim aurea uite, auream quo
 que se uelle imponere coronidem. Consentaneum au-
 tem esse, ut qui Herculeam uitam exegisset, Herculeam
 quoque mortem oppetens è uiuis discederet, aériq; mi-
 scetur. Ac eam quidem utilitatem, inquit, statui p̄
 standam esse hominibus, ut commonstrem illis, qua ra-
 tione & mentis constantia mortis acerbitas respuen-
 da sit. Itaque oportet omnes homines mihi morienti
 Philoctetas p̄esto esse. Iam qui imprudentiores erant
 ex illis lachrymas profundeabant, exclamantes, seruante
 Græcie saluum atque superstitem. Cordatores uero
 uocifrabantur, perfice quæ facienda decreuisti. Ho-
 rum itaque diuerso studio senex non mediocriter per-
 turbatus est, sperans omnino se ab omnibus retentum
 ei, quo minus in ignem se muteret p̄cipitem, sed
 inuitum & nolentem illis resistentibus in uita se mana-
 surum. Ac sanè cum p̄ter spem atq; sententiam acci-
 disset, ut illi quæ arrogantia inductus facienda decreu-
 erat, ea quoq; opere comprobanda forent, maiorem
 in modum expalluit. Cumq; iam mortui cadaueris
 speciem uultu ac colore p̄ se ferret, per louem li-
 more impendio magis percussus subtrepidauit etiam-

O P V S C V L A

Ego uero, ut opinor, iam queris quantum riserim. Neq; enim commiseratione mihi dignus uidebatur, homo ua-
misere ambitiosus, ita anxie glorie cupidus supra omnes
quotquot unquam hoc uitio laborauerunt. Nihilosecus
tamen à multis stipatus deducebatur, ac gloriæ amenti
desyderio in p̄ceps rapiebatur, subinde oculos in mul-
titudinem admirantium reiiciens, ignarus miser, quod
eos quoq; , qui ad crucem ducerentur, aut in carnificali
manibus tenerentur iam occidendi, multo plures subse-
querentur. Finitis autem certaminibus olympicis, que
omnum pulcherrima fuisse cognoui, iam enim quater
præsens interfui, cum currus inopia laborarem, multis
discendentibus inuitus relinquebar. Ceterum Proteus
exitiosum sibi spectaculum subinde protrahens, noctem
deum postremum tempus ei rei destinauit, quando se
ipsum esset concrematus. Sub noctem itaq; medium
assumptus à quodam familiarium cum è strato surrexissem,
concesserecta in Apianam ubi pyra erat. Ad id loci ui-
ginti erant stadia ab Olympia per Hippodronum, ad au-
roram euntibus. Quād primum uero eo uentum est,
offendimus pyram alte congestam, in profundum uero
ad magni cubiti altitudinem egestam. Crebræ faces p̄
stò erant, aridis insuper farmentis & stipulis pyra
erat intexta, ut quād primum igne suscepso in flammā
crumperet. Postea uero quād luna exorta est, oportē-
bat enim & hanc huius pulcherrimi facinoris specta-
tricem

L V C I A N I

ericem adesse, prodijt ille eo quo semper more solebat ex
 ornatus, ac cum illo reliqua Cynicorum multitudo. Hic
 generosus quisq; ex patribus facem in manu tenens non
 segniter subministrabat. Insuper ipse quoq; Proteus face
 armatus incedebat. Mox aggressi alius aliunde admiris
 facibus maximum ignem succenderunt, nempe facibus
 & farmentis copioso igni suppeditantibus. Ille autem,
 nunc uero fac maxime attento sis animo, depositis pe-
 tra & pallio, ac baculo illo herculeo, in extreme sordi-
 do asluit amiculo. Deinde, postulato thure, ut in ignem
 spargeret, quidam illi porrexit, quo in ignem coniecto,
 & ueris ad meridiem oculis (etenim ipse quoq; meridi-
 es ad huius tragedie partem attinebat) sic exorsus est,
 O materni atq; paterni demones suscipite me propitijs.
 Quibus dictis actutum in ignem insiliit, nec amplius à
 quoquam uisus est, se à flamma que multa erat circum-
 fatus dispergit. Iterū te optime Cronie, fabulae catastro-
 phen ridentem video. Ego uero maternos demones in-
 clamantem per louem non admodum accusabam. At cū
 paternos quoq; inuocaret, recordatus eorum quae de pa-
 tris interfecti cæde dicta fuerant, risum continere non
 potui. Porro autem, Cynici rogum circumstantes, nullas
 quidem profundebant lachrymas, ceterum ipso silen-
 tio non uulgarem perturbati animi ægritudinem indica-
 bant ignem inspicientes. Donec una cum illis affectus
 grauolenia, abcamus inquam ò stolidi. Neque enī

O P V S C V L A

uoluptuosum, hoc est spectaculum, scenam assatum uide
re, praesertim cum ita malo odore omnium nares imple
antur. An expectatis dum pictor quispiam accedens nos
depingat, quemadmodum in carcere iuxta Soeratem so
cij depicti sunt? His auditis illi indignabantur, et me co
utijs proscindebant. A nonnullis quoq; illorum ad fu
stes concursum est. Deinde uero, cum esses illis comme
natus, me correptos per uim quospiam in ignem preci
pitatum ut preceptoris sequatur uestigia, a coepio desti
serunt et pacem egerunt. Ego autem a pyra regressus
equidem uario meo cum animo o amice uoluebam, iden
titem mecum reputans, cuiusmodi nam res esset glorie
suis et cupiditas, quippe qua sola quoq; magni alioqui
uiri et admirandi oes ex equo caperentur, nedum hic
Proteus, cuius omnis uita parum prudenter instituta et
tantum tendebat, ut alijs admirationi esset, et stupon
xi, prorsus flammis non indigni. Exinde multis occur
rebam, et ipsis spectaculum euntibus. Etenim existima
bant adhuc ipsum uiuum relictum iri. Siquidem et hoc
priori die fama sparserat, tanquam ad solem orientem
salutaturus, quemadmodum aiunt, factitare Brachman
nas, quando pyram sint inscensuri. Itaque multos illo
rum ab incepto uitare absterrui, dicens omnem rem iam
esse confitam, quibus ne hoc ipsum quidem dignum erat
diligentia, et si ipsum uidissent locum, ac nonnihil ab
igne reliquarum inuenissent. Hic mihi o amice, infinita
erant

L V C I A N I

erant negotia, dum omnibus percensēd querentibus, et
singula exalte indagantibus. Quoties ergo uideram
eminentis auctoratis et gratiae uirum, illi omnem rem
nude et simpliciter ut acta erat quemadmodum tibi com
memorabam. Ceterum erga homines bardos et stupi
dos, et ad audiendum suspenso animo inhiantes, ma
gnificis et tragicis uerbis efferebar, quod, posteaquam
pyra fuisse incensa, et semet Proteus inecisset, factio
sub iniurium ingenti motu, cum horrendo concussae ter
re mugitu, uultur è flamma subuolans, rectâ in cœlum
euisset, magna uoce humana dicens, Reliqui terram, in
Olympum commigro. Illi, his auditis obstupescabant
animis, ac adorabant perhorrescentes. Meq; interro
gebant, utrò nam ad auroram an ad occasum uersus sub
ductus esset uulnus? Ego uero, abiuit, respondebam illis.
Porro, ubi ad frequentem hominam celebritatem uenis
sem, in uitrum canum incidi, et per louem quantum ad
uultum et barbam, et reliquam gravitatem attinebat,
quantiuis precij, qui cum alia de Proteo circumstantibus
percenseret, etiam hoc adiecit, quod cum posteaquam
combustus esset, aliquanto ante in ueste candida uidis
set, ac nunc eundē bilarum in porticu Heptaphono, hoc
est, septem uocibus perstrepente, obambulantē reliqui
scit, oleaginis serlis coronatum. Ad extremū super omnia
addidit etiam uulturem, persante deierans, quod ipsi
ex pyra subuolans fuisse conspectus, quem ego paulo

O P V S C V L A

ante uolantem dimiseram, in hoc ut hominum stolidorum & stupidorum mentem dementaret atq; deluderet. Consydera uero reliqua, quæ propter ipsum ut uerisimile est breui euentura sint. Quales nam apes locum nō sunt frequentatæ? Quæ uero cicadas non accessuræ? Quæ cornices non aduolaturæ, quemadmodum ad sen-
pulchrum Hesiodi, & similia? Sed enim imagines quo
que ab ipsis Heliensibus, reliquisq; Græcis missas esse cō
firmabat, hoc profecto sat scio breui non paucas erectas
tri. Aliunt præterea omnibus fermè ciuitatibus celebri-
ribus ipsum scriptis opistolis misisse testamenta quedam
& exhortationes ac leges. Ac quospiam propter hec
ipsa legatos ex familiaribus elegisse, funeris sui nuncijs
& cursoribus declaratis. Hic finis uite fuit infelicitis illius
Protei, uiri, ut breui oratione cuncta perstringam, qui
ad ueritatem nunquam respexit, propter gloriam uero
& hominum laudem aucupandam, omnia semper ex de-
xerit & fecerit, adeo ut in ignem quoq; se per præceps
saltu miserit, quando laudum titillatione haud quaquam
amplius perfundurus erat, quippe quas mortuus senti-
re non poterat. Vnum adhuc si addidero uerborum fi-
nem faciam, ut abunde habeas quod rideas. Siquidem
illa iam olim nosti quippe quæ statim ut ex Syria domum
ueni ex me denarrante audisti, ut à Troade unà cum illo
navigarim, præter alias quas exercebat inter navigan-
dum delicias, etiam puerum formosum persuasi, ut Cy-
nica

nice sectæ se addiceret, uidelicet ut esset etiam illi Alcibiades. Et quemadmodum conterritus sit sub noctem in medio Aegeo, oborta caligine, magnisq; fluctibus insurgentibus, utq; cum mulieribus turpiter ciularit admirans ille, uisus sibi potior esse quam ut mortem oppetere debeat. At qui aliquanto antequam diem suum obiit, ante nouem fermè dies plusquam sat erat, ut opinor cum auariter deuorasset, sub noctem uomuit, ac febricula ualde uelamenti subito correptus est. Hæc mihi Alexander medicus denarravit, accessitus in hoc ut eum inspiceret. Ait ergo se illum scmet humi uoluentem deprehendisse, estuantem morbum perferre non ualentem, ac frigidam ualde desyderanter postulantem, se uero non dedisse. Diecebat quoq; ita ad illum dixisse se se, quod si prorsus mortis amore et cupiditate teneretur, ipsam ultrò breui ad ianuam esse uenturam, ita ut ignis sibi superuacaneus ad hanc maturandam esse uideretur. Ad quæ ita respondebat Proteus aiebat. At qui haud quaquam perinde celebris ex gloriofa oppetenda mortis futura est ratio, cum omnibus communis sit. Hæc quidem Alexander. Ceterum ego quoque illum non ita multos ante dies unctum confexi, quemadmodum pre pharmaci amarulentia flescerit. Vide ne ut non omnino Aeacus cæcutientes suscipiat. Non absimile si quis iamiam in crucem ascensurus digitus uulnusculo medeatur. Quid tibi facturus sisse uideatur Democritus, si horum spectator contigisset?

O P V S C V L A

Quanquid pro dignitate virum derisisset? Et unde tantus
misero risus suspetisset? Proinde, amice ride et tu ipse,
ac tum maxime et effusime, quoties alios eundem ad-
mirantes audieris.

LVCIANI DE
MONAX PHILOSOPHVS,
Vincentio Obsopaeo

Interprete.

Aequidem consentaneum erat et nostram etatent
non in totum expertem fore utrorum laude et me-
moria dignorum, sed ijs quoq; qui et eximijs corporis
virtutibus, et mente sapientiae studio excultissima pre-
celluerunt florere. Dico autem cum in Boëoticum Sostra-
tum ista referens, quem Græci Herculem uocare soluit
sunt, et esse existimabant, tum maxime in Demonactem
philosophum, quos ego et ipse uidi, et uisos magna ad-
miratione suspexi. Cum altero quoq; nempe Demonax
et aliquandi coniunctam conuersationem habui. Sed
enim uitam Sostrati in alio quopiam libello diligenter
perscriptam executus sum, declarata eius et animu-
magnitudine, et excellenti fortitudine. Insuper que eius
fuerit in monte Parnaso sub ipso dio uiuendi ratio, quod
stratum laboriosum, que alementa in montibus conqui-
sita, que opera à nominis celebritate non abhorrentia.

Adhuc

Adhæc quanta in tollendis ē medio latronibus, pericula
exhaustit, tum quanta per nimia faciendis itineribus,
aut per trajectū difficultia præbendo transitu pertulerit.
Iam uero eorum mihi uidetur de Demonache nōnibil in
lucem edere, duarum rerū gratia, ut ex illius memores
sint uiri nostræ etatis præstantissimi, et iuuenes quicq;
generosissimi animum ad philosophiam applicantes, nō
recesserūt habent ad uetera tantum exempla semetipſos
componere, sed ex nostra quoq; uita habent quem sibi
pro uiuendi regula imitandū proponant, facti illius emu
li, quem ego omnium optimum ex philosophis esse co
gnoui. Erat itaq; Demonax genere Cyprius, non ex ob
ſcuris ortus parentibus, quantum ad dignitatem et pos
ſſionē ciuilem attinebat. Cæterū his omnibus ille longe
erat excelsior atq; superior, et cū rebus pulcherrimis at
que præstantissimis ſe ipſe dignū iudicasset, ad philoſo
phie ſtudū ſemet cōtulit, non per louem ab Agathobulo
tantū et Demetrio, qui ante illū fuerant, neq; ab Epicteto
excitatus, ſed cū illis cōuerſabatur, præcipue uero cū Ti
mocrate Heraclio, uiro cū primis sapiente, neq; non e
loquentia, et industria plurimum ornato. At Demonax
nequaquam ab aliquo illorum, ut dixi, persuasus, ſed
peculiariter quo rapiebatur ad res preclaras impetu, et in
ſuo quodam ad philoſophiam amore ſtatim à puerō per
motus, omnia humana bona in uniuersum contempſit.
At ſe cum totū libertati tradiſſet dicēdīq; fidutie, in
ea conſtanter perficit, cum et ipſe rectam ac ſanam et

O P V S C V L A

incolpatam uitam uiueret, ac uidentibus ex audiētis
bus suam ipsius mentem exemplum exhiberet, ueritatem
que quam in philosophando perpetuam obtinebat. Ce-
terū nequaq; illotis, quod aiunt, pedibus, hoc est, à dicēt
di facultate alienus, ad philosophiae studia accessit, sed
in poëtarum lectionibus enutritus, multos tenebat me-
moria, dicendiq; artes non mediocri studio exercuerat.
Ea uero, que in philosophia tractari solent, haud modi-
ce, neq; ut est in proverbio, summo tantum digio attige-
rat, sed exacte comperta habebat. Corpus præterea ex-
ercuerat, ex ad tolerantia uarijs laboribus assueficerat.
Breuiter, in hoc summo studio ex cura elaborauit, ne ali
cuius alterius egens esset. Quare postquam sensit quo-
que se ipse sibi amplius non sufficere, uoluntaria morte
ē uita discessit, multo super hoc ipso Græcorum optima-
tibus sermone relatio. Philosophie uero, haud quaquam
unam tantum speciem ab alijs sciunctam colebat, sed
multis in idem commixtis, non admodum aperte fere-
bat, qua potissimū illarum oblectaretur. Adparebat qui
dem Socratis magis addixisse, tametsi habitu ex uite
frugalitate Diogenem emulari uideretur. Non tamen
ambitiose adulterabat ea quæ ad uictum pertinebant, ad
mirationis popularis emerende gratia, utq; ij quibus cū
conuersaretur in eum connectos haberent oculos. Verū
communi cum alijs uiuendi ratione utebatur, ne tantil-
lum quidem philosophico fastu infectus, ex cum alijs iū
Etiam

L V C I A N I

Item consuetudinem exercebat, & communibus Reip^a
legibus non graualm p^{re}cebat. Porro Socraticam ironi-
am nulla ex parte accedebat, gratia uero attica plena
semper disputationes sermonibus haud obscuris in me-
diuum adstrebatur, ita, ut eius discipuli abeentes neq;
con-
temnerent eum tanquam parum generosum, neq;
eius
inhumanam in obviando severitatem atq;
acerbitatem
fugientes peritescerent, sed omnimodi orationis amabi-
bili laetitia reddebat, ac subinde multo modestiores
de futuris percipiendis optimam concepabant animo.
Itaq;
nunquam uisus est uociferari aut mira pertuicitoria
te contendere, aut indignari, et si aliquis illi esset incre-
pandus. Ipsa quidem peccata reprehendebat, ceterum
peccantibus benigne ignoscet, exemplum illud à mede
eis petitum usurpans, qui morbos adhibitis Pharmacis
propulsare solent, tracundia uero erga agrotantes uitio-
sos minime. Existimabat enī hominis esse peccare, Dei
uero aut uiri Dijs proximi errata emendare. Ad hunc
ergo modum cum uitam instituisse sapientissime, nullum
us in rebus suis egebat auxilio, ipse uero amicis in ijs
que par erat persæpe fidelem nauabat operam. Ac non
nullos ex illis sicut secundiori fortuna uti uidebantur,
submonefacere solebat, quod bonis ad breue tempus da-
raturis ex planè caducis ac transitorijs efferti atq;
gen-
fure animo uiderentur. Nonnullos quoq;
intusum para-
petatis onus lugentes, aut exilium grauiter molesteq;

O P. V S C V L A

ferentes, aut senectutem aut morbum incusantes cum vi
su consolabatur, non uidentes breui futurum, ut omnia
que dolorem ex molestiam in presens illis adferrent,
cessarent. Bonorum uero ac malorum obliuio una cum
longa libertate omnes esset in exiguo temporis spatio
complexura. Adhuc cura illi erat, fratres quoq; in
ter dissidentes atq; discordes ad pristinam concordiam
reducere, ac mulieribus cum maritis reconciliatis illorum
animis pacem componere. Ac sane aliquando popu-
lum seditionibus exulceratum scite ex utiliter differen-
do compescuit, multosq; illorū persuasit, ut patriæ trans-
quille ex modeste subseruirent. Talem quempiam in pœ-
losophia exercenda morē obtinebat, mitem ex mansue-
tum ac hilarem. Solum uero amici, aut morbo, aut morte
discruciatabantur, ita, ut rem omnium maximam et prestant-
issimam in rebus humanis amicitiam et uoluntatum
coniunctionem esse existinaret. Quocirca amici erat
omnibus, nec fuit quisquam, quem non familiarem com-
pellasset, qui quidem homo erat. Maiorem uero aut
minorem animi alacritatem uultu præseferebat, con-
uersatione nonnullorum ex illis utens, eosq; coarguens,
quotquot illi uidebantur propter spem exhibiti obse-
quij delinqüere. Et haec omnia cum tanta gratia, eaq;
uerborum uenere faciebat dicebatq;, ut semper uicta
Comicum, suadetiam labijs suis infedisse credibile sit.
Itaque et Atheniensium uniuersus populus, et ij, qui
in de-

in dignitatibus erant constituti, summa cum reverentia
eum admirabantur, eaq; in sententia permanserunt, ut
unum ex optimis suscipientes. Ceterum, cum in
Reipub. procurationibus obeundis uersaretur, multorum
prauis et nefariis conatibus restituit, unde odium et iniuriam
non mediocrem multitudinis sibi conflavit, tum
propter dicendi interritam fiduciam, et monendi li-
bertatem. Vnde factum est, ut nonnulli quoq; aduersus il-
lum insurgerent Anyti et Meliti, ea ipsa in Demonatice
accusantes, que prius per illos in accusando Socrate in
crimen vocata fuerant, nempe quod nunquam uisus fit
sacrificans, quodq; solus omnium nunquam sit Eleusis-
inis initiatus. Ad que magna animo et corona redimi-
tus, et nitida ueste amictus, inq; contionem progressus,
partim scite et dexteriter, partim uero asperius quam
philosophica requirebat profectio, respondit. Etenim ad
hoc quod nunquam sacra fecisset Minervae. Nulla uos
capiat admiratio, inquit, urbi Athenienses, si prius illi nu-
quam sacrificauerim, nequaquam enim illam sacris per-
me oblatis egere existimabam. Ad secundam uero ac-
cusationis partem, nempe mysteriorum, ea dixit subesse
causam, quo minus cum illis festiuitatis particeps fu-
set haec tenus, quod si mysteria, inquit, prava et frivo-
la comperisset: apud nondum initiatos non tacuisse, sed
ipsos ab orgijs celebrandis auersos fecisset. Sim bona,
rufus humanitate adductus, omnibus expositus erat.

OPVS CVLX

ut Athenienses qui iam aduersus illum lapides suffulerant, acutum mitem erga eundem ex placidum animis induerunt, atque ex illo cum ceperunt habitis honoribus revereri quoq; ex colere, postremum uero admiratione etiam prosequi. Ille autem statim initio orationis ad illos habite, asperiore procario usus est. Viri enim inquit, Athenienses cum me seruis coronatum uideatis, quin me iam sacrificatis, etenim antehac nunquam lita-
 fisis. Quedam uero que ab illo acute pariter ex urbane-
 dicta animaduerti, uolo deinceps subiungere. Optimum
 autem factu uidetur, ut à Phauorino, ex ijs que ad illum
 dixit exordium faciam. Postquam enim Phauorinus quæ-
 dam audisset suas dissertationes à Demonate haberilux-
 dubrio, maxime uero membrorum in illis numium fractas
 delicias, ingenerosam ex muliebrem molliem, ac philo-
 sophie mimime congruentem, accessit Demonatem, in-
 terrogauitq; quis nā esset à quo subsannaretur. Homo,
 inquit, cui aures sunt deceptu difficiles. Occurrente uero
 quodam Sopista, atq; interrogante, quibus nam via-
 ticiis instructus ḵ Demonax à puero ad philosophiam ac-
 cessisti, respondit, testiculis. Alio tempore cum semel
 idem ille accessisset, quæsivit ex Demonate, quam philo-
 sophie sectam p̄e alijs studiosius amplecteretur. Quis
 uero, inquit, te certum fecit me philosophari? Et cū dicto
 abiens, risit apud se ualde suauiter. Illo uero interrogatè,
 quid esset quod rideret, Demonax perridiculū, inquit,
 hoc

hoc mihi uisum est, si tu à barba philosophantes iudicā-
dos esse existimas, ipse barbā non habens. Sidonius autē
rhetor cum Athenis celebris et clarus haberetur, ac ali-
quando de se eiusmodi publica oratione decantaret enco-
mū, quod totius philosophiae periuus esset, nec nimis di-
cendi facultate ea posuit exequi, que diceret. Etenim, in-
quit, si Aristoteles ad Lyceum nō uocari, sequar; si Plato
ad Academiam ueniam; si à Zenone ad poricū Variam
prouocabor, nihil cunctatus p̄festo ero: si Pythagoras
me accersuerit, silebo. Surgeus itaq; ē medio auditorum
Demonax, heus tu, inquit, uocat te Pythagoras. Ceterū
Pythone quodam corū, qui fuerant ē Macedonia splen-
dide et nūide culti, uiuene formoso subsannante illum, ac
questionem sophisticam proponente, iubente q; ut sylo-
gismi solutionem diceret, Vnum, inquit, fili noui quod
subigeris. Cum ergo ille stomachanti animo indigna-
retur, propter scommatis amphiboliam, illiq; commina-
retur, statim tibi utrum ostendam, ille in nullum risum
effusus, interrogavit adolescentem, ergo utrum habess
Quodam tempore cum quidam etiam athleta ab eo fu-
isset derisus, propterea quod cum uictor extuisset in o-
lympia, uestiu molli et florido amictus, conspicretur,
uulnus illi lapide in caput incusit, adeo ut sanguis efflu-
ret. Itaq; qui aderant indignantes factum grauiter et
moleste ferabant, quasi unus ex illis fuisse percussus,

B P V S C V E A

cunque exclamarent, ut ad proconsulem ieret: nequam
 quād, inquit, uiri ad proconsulem, quin multo magis ed
 mas ad medicū. Cum aliquando obambulans annulū aie
 tecum in itinere forte fortuna reperisset, proposita in fo
 ro schedula, uoluit cū, qui amissi annuli dominus exiliis
 set uenire, atq; si illius pondus et gemmā et typū recte
 indicasset, recipere. Venit ergo adolescens quidā formā
 honesta et amabili, qui se amississe perhibebat. Cæterā
 cum nihil sani diceret, abi, inquit, ò puer ac tuū ipſius
 annulum diligenter obserua, etenim hunc non amisisti.
 Quispiam uero e Romanis senatoribus cū Athenis illa fi
 lium suū iuuenem supra modū formosum cōmonstrasset,
 effeminateū uero et corruptū delutijs, dixissetq; salutat
 te Demonax hic meus filius: pulcher est, inquit, et te di
 gnus, et matri nō abſimilis. Porro Cynicum in pelle ursi
 philosophantē, non Onocratū, quod illi nomen erat, sed
 Arcesilaum uocare dignatus est. Cū quidam ex eo quæſis
 set, qui nā illa ſeſtitatis finis eſſe uideatur, reſpondit, ſo
 lū cum eſſe felicem qui liber eſſet. Illo aut̄ ſubijcīte, mul
 tos eſſe liberos. Atqui hunc ego ſolū, inquit, liberū eſſe
 exiſtimo, qui neq; ſperat aliquid, neq; pertimescit. Ille uē
 ro, et quomodo, inquit, hoc fieri potest? Oēs enim pluri
 mum his ſcruciētes ſubiecti ſumus. Atqui, inquit, ſi recto
 iudicio res humanas excuſſeris, haud dubie eadem repe
 ries, neq; ſpe, neq; mclu dignas, propterea quod et qua
 dolcant

dolcent & iucunda sint noctis finem capiant & evanescant. Peregrino autem, cuius & Proteo cognomen fuit, oblungante cum, quod pleraque omnia naso suspenderet, hominibusque illudceret, dicenteque Demonax non natus Cynicorum. Respondit, Peregrine non natus hominem. Physica cum quoque super Antipodibus differentem, surgens deduxit ad putum, illaque umbra in aqua monstrata, quiescunt, nunquid tales confirmas esse Antipodas? Propterea quopiam magum se esse proficiente, habereque carnaea efficacissima, quibus omnes homines impellere possunt ac persuadere, ut sibi quecunque uellet exhiberent. Nec hoc tibi mirum uideatur, inquit, eandem enim tecum artes exercito. Etsi placet ad pistricem me sequere, uidebisque me unica tantum incantatiuncula, ac modice ueneficio per susurrum ipsam, ut mihi panem det, sub obscure monte tam innuens, equaliter cum incantationibus vim obtinuerent. Cum uero Herodes grauerit & peracerbe Pollucis imatura morte sublati obitu lugeret, uelletque curram illi iungere, ac equos prestare tanquam ascensuro, et scena adornare, aggressus hunc Demonax, à Polluce, inquit, epistolam tibi adstro. Ceterum, cum ille gatibus esset, putaretque illum quoque alijs esse dolori, dixit, quid igitur o Demonax sibi uult Pollux? Accusat te, inquit, quod ad illum abire cuncteris. Idem quemdam alium filij sui mortem inconsolabiliter lugenter,

OPVS CVL

et tenebris semet occultantem acceſſit, ſeq; magnū pioſeffus eſt, ac filij ſimulachrum ab inferis poſſe reducere, ſi tres tantū homines illi nominauerit, quos munquam ulius obitum luxiſſe certō compertum haberet. Cum ergo diu multamq; ſecum beſitarer, nec unum quidem, ut opinor, talem poſſet producere, ait tandem Demonax, & ridicule, ante ſolum intoleranda mala perſerre exiſtuiſſe, cū luctuſ expertem uideas neminem! Atqui & illos ſalſe deridere ſolitus eſt, qui in ſermōibus nimū uetusſis & peregrinis uocabulis uti conſueuerant. Itaq; cū unum aliquādo ſuper oratione quadā interrogat, illeq; plus quam attice reſpondiſſet. Ego quidē, inquit, amice nunc te rogaui, tu uero mihi quaſi Agamemnon regnante reſpondiſti. Dicente quopā ex amicis, ab eamuis Demonax in ſanū Aesculapij pro filij ſalute oratur, uobementer, inquit ſurdum exaltimus Aesculapium, ſi nequeat nos niſi iſtic orantes exaudire. Cū aliquando uidiſſet diuſos philoſophos egregie rudes et indoctos, ſuper queſtione quepiā ſatis ridicule detracentes, ac alterū abuſuā querentem, alterū uero ad rem nihil ſancē reſpondentē, nōne uidetur uobis, inquit, o amici, alter illorū hincū mulgere, aliter autem illi cribrū ſupponere? Agathocles uero peri pateticus cum ſuperbe & iſſolenter ſe ferret, ex arrogāter iſtitaret, dialecticorum ſe ſolum ex primū eſſe. Atqui, inquit, o Agathocles, ſi primus nō ſolus, ſin uero ſolus nō primus. Porro aut̄ Cethego uiro coſulari dignitate

estate p̄adito, quo tempore per Greciam legatus abiret
in Asiam, patri suo multa turpia ex ridicula docente ex-
ficiente, possequam ex amicis quispiam eadem videntur,
et excesset. Cethegum magnum scelus esse, per louem, in-
quit, Demonax neq; magnum. Idem cum aliquando ea
specieisset Apollonii philosophum malum cum discipulis
discendentem, commodum uero abibat aceritus, quasi
disciplinarum nomine regi esset conuersarius: accedit,
inquit, Apollonius et eius Argonavis. Alio autem quoniam
idam ex eo querente, num anima illi immortalis esse uide-
tur, sane immortalis, inquit, sed ut omnia religio.

De Herode dicebat ueram docisse Platonem, affirmans
eum nobis hanc unam saltem esse animam. Neq; enī esse
eiusdem anima Regilium et Pollucem, ut tamq; nientes
epulio suscipiant, talizq; illi cure sint. Ausus est quoq; ali-
quando Arbenenses publice interrogare, auditu facio-
rum prefatione, quam ob causam excluderent barbaros,
preferunt cū eam mysterij festiuitatem constituisse illis
Eumolpus, quem T̄ bracem ex barbarum fuisse non igno-
rabit. Postea uero quam illi semel nauigandum erat ne
gotij grata existente lyceis, et iam nauem erat iusta-
surus, dixit amicorum quispiam, an non pertimescis De-
monax, ne nauis fracta atque subuersa à piscibus deuore-
ris? Aqui, inquit, per absurdum fore metuere à pisci-
bus depasci, cum tot ipse pisces ante deuorauerim. Cui
dum rhetori uitiosissime declamanti cōsuluit, ut frequen-

O P V S C V L I A

ti exercitio incumberet. Ceterum, cian ille distisset, non
quam non apud merpsum declamauit, ergo iure apud me
guit, tam in pte dicit, qui semper studio auditore uti so-
let. Augure quoq; semel publicius mercedis gratia na-
tum inante conspecto, non video, inquit, quam ab rem
mercede exigas. Etenim, si hoc nomine exigis quasi quicunq;
ea que à Parcis immobili cōsilio decreta sunt depellere,
modicum postulas; quantumcunq; tandem postulaueris.
Si omnia, quemadmodū Deo usum est, euentura sunt,
quid tua prestare potest unicinatio? Scie uero, quopī
am romano bene corpulento, armatam illi pugnam adu-
ersus ligneum palum suscepit et communisfrante, inter-
roganteq; quanto sit feruore. O Demontax pugnasse non
sunt sum: magno, inquit, siquidem hunc ligneum habui-
sti aduersarum. Atqui ad intricatas et captivas que-
stiones acutae instructus erat. Interrogante enim quo
piam ludibriū gratia, si mille minis ligna combussero De-
monax, quot mine fumo ceſſuræ sunt? Pondera, inquit,
einerem, et reliqua omnia sumus erunt. Polybio autem
bonime omnium sc̄ienc̄e literarum rudi, elati tamen ani-
mi arrogantius iactante, rex romanorum cūstute me do-
nauit, Utram, inquit, te magis grecum quam Romanū
fecisset. Rursum conspecto quopiam ex moliter et delici-
ate conuectus, propter purpure latitudinem superbiq;
te, insolentiusq; incedente, admoto ad illius aurem ca-
spit, apprehensaq; ueste et cōmonstrata: bene tu, inquit,
hoc ante

boc ante te ouis ferre solebat, & ouis fuit. Cum senet
in balneis lauans in aquam feruentem inscendere recusa-
ret, ac quispiam eundem meticulosum & parum audie-
cem accusaret, Dic mihi, inquit, num hoc ipsum pro
patria passurus eram? Querente ex eo quopiam, qualis
nam o Demonax in orco esse existimat? Praestolare, in-
quit, & inde lucris missis tibi rescribam. Admeto uero,
ciudam incepto poete, dicentis se scripsisse Epigrammata
monostichon, quod testamento quoq; sua statue inscri-
bendum mandarit, neque malum esse illud perhibenti.
Corpus humo tegitur, Admetus ad astra uolauit.

Solutus in cachinnos, inquit, adeo elegans est o Admete
Epigramma, ut magno emerim illud iam inscriptum
esse. Cum uidisset quispiam crura eius tarda & turgida,
qualis ferè scibis fieri consueverunt, quae siuit ex eo,
quid hoc sibi uult Demonax? Ille subridens, Charon mo-
momordit, inquit. Intuitus senel Lacedæmonium seruum
suam flagris cædenterem, Desine, inquit, seruo tuo simile
te ostendere. Pucilla quedam, cui nomen erat Danae, fratre
in iudicio lucre intendeante, fratre, inquit, in foro reu faci-
es, neq; eni es Danae Acrisij filia. Magno uero, atq; ipla-
cibili odio semper aduersus eos pugnabat, quos non tuxta
ueritatis ductum, sed ad ostentationem philosophari animad-
uerteret. Itaq; cu uidisset Cynicū, pallium quidē & perā
habentē, ceterū pro bâculo supra modū fastuose et arro-
ganter uociferantē, dicentemq; Antisibennis & Cratetis.

O P V S C V L A

ac Diogenis sum emulus. Cae impudenter mentiaris,
inquit, siquidem tu Hyperide discipulus existis. Cum
non paucos semel uideret athletas male et iuguliter pu-
gnantes, praeterque legem eisdem constitutam, pro ea quod
Pancratio decertandum fuerat, mordicus se proscinden-
tes, non inuria, inquit, nostri temporis athletas cōcomi-
tantes socij leones uocant. Neque illud diutum sale urbano
caret, ac mordacitatis expers est, quo erga proconsul-
jem usus esse fertur. Etenim unus ex his erat, qui exura
totumque corpus unguento solebant perungere. Porro
autem quidam Cynicus cum in lapidem ascendisset, hoc
ipsam in eo turpibus uerbis accusauit, et tanquam ob-
scenum et foede factum probrose calumniatus est, adeo
ut proconsul inflammatus iracundia, Cynicum captum
abripi suberet, quem aut fustibus contusurus, aut exilio
multstaturus erat. Verum, cum forte fortuna interuenis-
set Demonax, deprecatus est, proconsulem, ut illi delicta
gratiam concessa uenia faceret, cum hoc peculiari qua-
dam dicendi libertate Cynicorum ausus esset. Ad quem ille
ita respondit, in praesens quidem hunc tibi impune dimit-
tam. Ceterum, si post hac tale quippiam animi temerita
te ac lingue intemperantia inductus, designauerit, qua
poena afficiendus erit? Ad quem Demonax, sancitum
illum inungi seu Dropace uelli iubebis. Alteri cui rex et
castra et magnum exercitum una cum imperio credide-
re, querenti, qua ratione quippiam imperium quam op-
eris admittit?

littere administrare posse: si ita, inquit, uacauerit, et quā
minimum loquens plurima audierit. Sciscitanti cuidam
nam et ipse placentis uesperetur. An tu igitur, inquit,
apes existimas fatuis suos fauos concinnare? Apud por-
ticum multa pictura et arte uariam conspecta statua ma-
nibus mutila, Serotandē, inquit, Athenienses etea ima-
gine Cynigerum honestarunt. Atqui Rufinum quoque
Cyprium, claudum illum dico ex schola peripatetica, cū
multo tempore uidisset cōuersantem cum peripateticis,
Claudio peripatetico, inquit, nihil est turpis atq; impu-
denterius. Ceterum, cum Epictetus quoq; aliquando obuir-
gens ei consulseret, ut uxore domum adducta, liberis pro-
creandis daret operam, affirmans et hoc uero philoso-
pho non indecorum esse, alterum uidelicet sui loco na-
turae relinqueret: festiuſſime illi redarguto respondit,
Da mibi igitur o Epictete unam filiarum tuarum. Sed
ne hoc quidem indignum memoratu esse uidetur, quo
Hermianus Aristotelicum acerbe notauit. Etenim cum
non ignoraret illum extreme malum esse, innumeraq; fla-
gitie designantem, Aristotelem uero eiusq; decem cathe-
gorias, quas prædicamenta uocant Dialectici, nunquam
non in ore habentem. Sanè uero, inquit, Hermine de-
cem Categorijs te haud quaquam indignum esse opinor.
Atheniensibus quondam consultantibus quadam emulie-
tione erga Corinthios de singulari certamine congregati
enium cōstituendo spectaculo, accedens dixit, ne prius

Q. R. V. S. C. V. L. A

Bac Athenienses decernatis, quād misericordiæ arans
subuerterat. Cū in Olympiam semel profectus uenisset,
illiq; Helei aream statuam erigendam decreuissent, ne
quaquam hoc facietis, inquit, uiri Helei, ne maiores no-
bros probro afficeremus camini, cum neq; Socrati, neq;
Diogeni statuam ponicurarunt. Quid ipse prefens bac
illū ad lures peritū dicentem audire, periculū esse ne leges
oēs sint inutiles atque superuacuae, quodq; nec bonis nec
malis rogantur. Etenim illi non egent legibus, iij uero per
easdem nihil fuit meliores. Ex Homericis uersiculis.
unum exactissime calluit,

Vladi. 9 Strenuus ut segnis fato potiuuntur eodem

Laude prosequi solitus est Thersiten, ut Cynicū quendam
libere lingue concionatore. Interrogatus, quis illi potius
sum ex philosophis probaretur, inquit, Omnes equi
dem admiratione digni sunt. Ceterum, ego quidem Soc-
ratem colo, Diogenem admiror, Aristippum aut amare
complector. Vnde annos fermè centū, nullo unquam mor-
bo implicatus, nulla affectus animi ægritudine, neminem
unquam faceſſendis negocij moleſtauit, aut in ius prodi-
ctum accusauit. Amicis uilem se prebuit ac officiosum.
Qui imitatio in illum fuisset animo, nullum unquam ha-
buit, ipſe hostis nemini. Tanto uero amore cū ipſi Atheni-
enses tam uersa Græcia eundem prosequebatur, ut
præterenti honoris gratia, etiam iij qui magistratuſ offi-
cij fungebantur, affigerent, magnumq; illa presente
omnes

omnes agerent silentium. Postremum, ubi iam etate supra
modum ingrauecente, consenisset, imuocatus in quam-
cunq; domū fortuito incidisset, in eacibum suuebat, ac
dormiebat. Quo nomine carundē adiū familia plurimū
sibi gratulabatur. Demonakte uiso Deū sibi ostensum es-
se existimās, aut aliquē bonum geniū, seu demonē in do-
mū intrauisse. Pretereuntē uero, pistrices certam ad
sc̄e trabebat, unaquęq; cupiēs, ut à se panē acceptaret,
ac magnā felicitatem sibi datā esse interpretabatur illa, q̄
qua panem accepisset. Quintiā pueri poma illi offerre
solebant, patrem honorifice compellantes. Gliscente ali-
quando inter Atheniensēs discordia per seditionem disso-
ciatis ciuium animis, in concionem ingressus est, cunq;
tantum comparuisse factō silentio discordantes compe-
scuit. Verū, cum penitentia ductos eisdem resipuisse ani-
maduertit, nullo adiecto uerbo & ipse abiit. Ceterum
cum iam haud obscure persentiseret, se sibi amplius au-
xilio esse non posse, dicta ad præsentes qua in certamine
præcones uti solent clausula.

Iam finis est pulcherrimorum munerum

Cerlaminis, non esse differendum amplius

Tempus monet.

Ac discedēs ab oībus hilario uultu dīc suū obijt, quali sente
per obuiā ueniētibus cōspectus est. Aliquanto ante uero
quam moriebatur, interrogante quopiam, de sepulchro
sacerqd imperas? Ne uos hec cura remordeat, inquit,
felicitos, etenim factor me sc̄p̄eliet. Respondente autem

O P I V S I C A V L A

Ita, An non turpe foret et nefarium, si tanti viri corpora
volucibus et canibus dilaniandum obijceretur? Atque
nihil absurdum est, inquit, si mortuus quoq; non nullis
animalibus utilitatem aliquam allaturus sim. Ceterum
Athenienses magnifico funere elatum illū sepelierunt,
multoq; tempore eius obitū luxerunt, ac sedem illā lapi
deam, super qua si quando correpens laetitudine quiesce
re solebat, adorabant, scitis coronantes in honorem u
ri, existimantesq; sacrum esse lapidem in quo sedisset.
Circa funeralis uero efferrandi procurationem, nemo erat
qui non accurrisset, maxime uero ex philosophis. Illi
subiectis humeris pberetro, usq; ad sepulchrum effere
bant mortuum. Hæc nonum paucæ ex multis super De
monactis uita perevensere libuit, ex quibus haud difficul
ter coniecturam facere licet legentibus, cuiusmodi nam
ille vir fuerit.

ORNATISSI

MO VIRO, PHILIPPO GUNDE
lio Vincentius Obsopœa.

VNa res est, Philippe ornatisime, eminentissimorum
etiam authorum testimonio, que sui memoriam
spud nos non sinit interire, sed perpetuum obtinet, nem
pe patriæ, que, nefcio qua dulcedure cunctos dicit, et
immixta

annemores non sinit esse sui. Nec ferè illa terra est alio
rum opinione quamlibet barbara & inculta, quamlibet
immacena & horrida, que suo alumno non uideatur or-
nium esse cultissima & amoenissima. Hoc uerum esse
uel unus pro teste productus multorum instar habendus
est ut hucus, cuius cum sapientia minime esset dubia, illucq;
concessum foret alibi felicem uitam agere, immortalitate
fructuro, ac esset oriundus ex insula aspera, nec ita mule-
tum iucunda, pre omnibus tamen uoluptatibus, quas for-
mosissime de æ conuersando capere potuisset, subsilien-
tem funum optat de patrijs posse uidere focis, imamo-
nos & horridos Ithace scopulos immortalitati prefe-
rens, qua negat se quicquam uspiam gentium uidiisse dul-
ciss. Quibus uerbis quanquam satis indicat uir pru-
dentissimus, quantum tribuendum sit patrie, tamen
quid cordato de easentieram, mox tamen infra uberioris
suum sententiam confirmat, ut subiiciens.

οὐδὲν τάκιστης πατερίδος, οὐδὲ τάκιστος
εἰντεῖπε καὶ τις ἀπόποδι πίονας οἴκου
γείνεται ἀποθεπῆνται απένευθε τοκίστος.

Iam neminem usque adeo ferum natura existimo, quem
naturalis soli recordatio non aliqua dulcedine caperet atq;
demulceret, quiq; Vlyssis opinioni refragaretur, cum il-
lus naturæ nescio, quo ductu aut uitio omnibus insitum
esse uideamus, ut cuiq; sua plus aequo arrideant, adeo
ut cui sua forderet patria, adhuc nemo inuentus sit. De-

O P V S C V L A

me hoc profiteri ausim, statim ab incunabula honori
ficam de patria existimationem animo meo fuisse insi-
xam, cuius ferè semper sola recordatione & nomine nō
mediocriter recreor, nec mihi quicquam uidetur esse pa-
tria, aut antiquius, aut præstantius. Confirmavit banc
meam de patria opinionem Luciani Encomiū, quod de
laudibus patriæ scriptum reliquit, in quod cum nuper in-
cidisset, dici non potest, quanto ardenter affectu pa-
triæ complecti ceperim, ita, ut nunc primū eandem ama-
re mihi uidear, ut inquit Cicero, antea dilexisse. Nec ul-
lam causam video quam ob rem meæ me pīgeat. Vide
lute, in rebus ad uitam sustentandam necessariis, nulli
ex Germanie prouincijs secundæ, siue agrorum ferti-
litatem species, siue situs amoenitatem perpendas. Ha-
bet enim illa rus amoenum & fertile, nimurum omniige-
narum rerum ferax. tum incolarum frequentia, neque
non urbium pulchritudine cum primis admiranda est.
Neque enim temere uspiam tot preclara & munera im-
uenies oppida, tot arces illustres, tot sumptuosa edificia.
Est præterea fluminibus nauigabilibus & illis
multis irrigua, ac gelidissimis fontibus ex saluberrimis
uberrima. Adde his salinas duas, adde uina nostrata,
& omnis generis mediocri pretio exotica, tum peco-
ris & frumenti copiam felicissimam. Iam, quis de gen-
tis moribus attinet dicere, ubi cum apud alios ferè omnia
lux & delicijs uilitata comperias, apud nostrarē tamen
prīca

priscæ frugalitatis permulta cernere licet vestigia, nec
que unlgaria uetusæ uirtutis monumenta. Est mira
quoque eorundem simplicitas, non quæ cum stupiditate
aut stoliditate coniuncta sit, sed quæ doli fraudis &
imposturarum sit nescia, qua laude haud scio num illa
amplior aut cumulatior & illustrior de Bauaris dice
posse. Est præterea nostrorum popularium insignis
& officiosa hospitalitas, & penè ad scrupulem usque deci-
tionem promptum in omnibus rebus obsequium, &
mens ad misericordiam propensa admodum. Et quod
caput est, summa equitatis & iustitiae conseruandæ ra-
tio in rebus ciuilibus, nec ullus exercitèdo latrocimio locus
relictus est, quo nomine in plerisq; Ducalibus male audi-
unt Germani Principes, tanta est nostroru[m] principu[m] uigi-
lancia, tantu[m] equitatis tuende studium, ea propulsanda
rum iniuriarū fides & solertia. Sed ad Lucianum regre-
der, cuius Encomium in hæc parerga me diuertentem
paullisper abstraxit à proposito. Ille ergo quam cniq[ue]
preclara habenda sit sua patria, quam amanter co-
lenda, quam officiose prosequenda, paucis quidem illis,
sed admodum argutis uerbis indicauit, hoc encomio senten-
tiam suam declarando. Quod nostra opera latimū factū
tibi dicamus, Philippe ornatiss. cū ob communem patrī
am, tū ut amoris in te mei & studij certum aliquod han-
beres indicium & testimonium. Adiecius huic ex-
eodem Luciano tralatam per nos Phalaridis apologiæ,

O P V S E V L V A

ut munusculi exiguitas huius accessione effet commenda-
tor. Neq; uero abs re hoc fecimus, non enim alio no-
mine magis gratulandū opinor esse patrie, quād quodd
nullum Phalarisini signū in ea conspiciatur. Leges quo
que his omnibus adiectum Scytham hospitem, in quo et
nostrae gentis ob insignem erga peregrinos humanitatem
laudem et imaginem aspicies. Bene uale. Norimberga
Meuse Februario. Anno. M. D. XXVIII.

L V C I A N I P A T R I A B

Encomium, Vincentio Obsopœo.

interprete.

IAm olim uulgi sermone detritum est, nihil esse patria
dulcius, proinde neq; iucundius quicquam. Est uero
bac aliquid uenerabilius aut diuinus. Siquidem, quecūq;
diuina, quecūq; ueneratione digna homines esse existi-
mant, horum causa atque magistra est patria, que nos
genuit, aluit atq; instituit. Enim uero urbium magnitudi-
nem atq; splendorem, sumptuosos præterea uariorum
instrumentorum apparatus admirantur multi, patriam
uero pio amoris affectu prosequuntur omnes. Neq; quis
quam quamlibet potens ita deceptus est alienarū rerum
ameno et uoluptuoso spectaculo, ut propter immodi-
cam apud alios rerum cum uisendorum tum admiranda
rum excellentiam obliuiscatur patrie. Itaque, quicunque
felicis et splendide ciuitatis se ciuem esse uicat, igno-
rare

rare mihi uidetur , quam gloriam aut honorem patrie
tribuere oporteat . Neque occulte fert talis , se dolore af-
fectum iri , si mediocrem patriam sortitus esset . Mihi
uero iucundum est , ipsum nomen patrie reverenter at-
que religiose colere . Etenim ei qui ciuitates inter se
collaturus est , peropus esse video , singularum amplius
dimem accurate expendere , earundemq; elegantiam ob-
scruiare , neque non committeriorum ac rerum uenialium
copiam consyderare . Ceterum , ubi de urbium electione
agitur , nemo utiq; posthabita patria splendidiorem elec-
turus est , uerum in optatis habebit patriam quoque su-
am quam maxime conformem esse uribus copiosis &
felicibus , ipsam tamen qualiscunque tandem fuerit delen-
tiu habuo ceteris haud dubie prepositurus est . Istuc ue-
ro ipsum liberi quoque faciunt probi & legitimi , neq;
non patres , qui quidem fuerint non mali . Neque enim
spectate honestatis & probitatis adolescens alium pa-
tri suo honoribus prefret , neque pater neglecto filio di-
uum paterno affectu liuuenem complexurus est . At qui his
inferiores sunt patres , tantum tamen filijs ex se genitis
non gravatim tribuunt , ut sint & vita honestissimi , &
dignitate amplissimi , apparentq; omnibus sua opera
quam optimè educati atq; exornati . Porro , qui tali erga
filium suum non utitur iudicio , ille patris oculos habere
mihi uidetur minime . Proinde , nomen patrie primum
est & omnium familiarium . Etiam nubil est quod

OPUSCULA

patre nobis fit familiarius. Si quis uero iustum habebit
 honorem patri, quemadmodum ex lex ex natura impo-
 rat, ille patri quoq; conuenienter precipuum honorem
 habiturus est. Siquidem ipse etiam pater peculiaris est
 patrie posseßio, ac patris pater, cum omnes qui ex illis
 numeroſa retro ſerie generis domesti ci prognati ſunt.
 Et ad Deos uisque paternos patrium nomen protendi-
 tur. Gaudent uero ipſi quoque Diſolo natalio, ac
 uniuersares humanae, ut par est inuentur, suam po-
 fessionem eſſe existimantes totum terrarum orbem,
 atque omnem Oceanum. In qua tamen quisq; illorū ter-
 ra natus est, hanc omnibus ceteris urbis quanuic
 florentioribus honore anteponere non dubitat. Quid
 etiam ciuitates, que Deorum feruntur eſſe patrie, ce-
 teris ſunt uenerabiliores, ex iſule precipuo loci genio
 diuiniores, apud Deorum natuitates ex incunabula
 laudibus extolluntur. Itaq; ſacra quoq; illa ſuperis gra-
 ziora eſſe existimantur, que quiske ad domesticos dea-
 tuis locos offert atque ſacrificat. Iam, ſi patria nomen
 tanto in precio apud Deos habetur, cur non iure optin-
 mo longe maiori in exuſtatione foret apud homines?
 Siquidem quisq; nostrum in patria primum iucundum
 illud ſolis lumen inuenitus eſt, non ſecur atq; Deum, qui,
 tametq; omnibus gentibus communis eſt, unicuq; tamet
 patrius eſſe exuſtatur, propterea quod ſub uitæ ini-
 tiuim ab illo loco primum erit am illam ſolis lampadem
 confipit

conficerit. Accedit his quod et uocem quisque sua
am in patria aufficatus est, primum sue gentis uerna-
cula lingua amabili balbutie sonare perdiscens, De-
osq; cognouit. Porro, si quis talem sortitus est, que
ad res maiores perdescendas, alterius egeat administrac-
io, talium tamen disciplinarum gratiam acceptam feret
patrie. Neque enim urbis nomen cognouisset unquam,
nisi patrie beneficio et opera urbes esse cognouisset.
In ea uero opinione sum, ut putem, ab hominibus tan-
tum in hoc sibi parari omnium artium ac disciplina-
rum cognitionem, ne patrie indecores, sed scipios huic
utiliores informent. Insuper opes etiam possidentur
liberalitatis exercenda gratia, ut communibus impensis
patrie inopiam subleuemus. Consentaneū enim esse ope-
nor, ne, cū maximis beneficijs affecti simus, parum gra-
ti esse reperiamur. Sed si est, qui uni officio referat gra-
tias, quemadmodum equum est, posteaquam beneficia
non mediocria ab illo acceperit, multo magis conuenit
quam cumulatiſſime paria referre patrie. Etenim sua
per parentum erumnoſa afflictione in ciuitatibus leges
funt conditæ. Aequum uero est, communem omnium
matrem patriam esse existimare, huicq; pro nutricandi
officijs ipsarum legum decreto iubente quam amplissi-
mas gratias reponere. Ceterum usque adeo patrie ne-
gligens et immemor conspectus est nemo, ut in an-
tia Repub. statem degens, omnem curam colen-

O P V S C V L A

de patrie deposuisset. At etiam qui peregre multis ian-
tati difficultatibus calamitose agunt, crebro testan-
tur rerum optimarum omnium præstantissimam esse
patriam, tum etiam egregie felices, quanquam in certe-
nis omnibus per omnia bene & beate uitam exigant,
tamen in hoc elegantissimos se esse opinantur, quod pa-
triae fines non incolant, sed extores ex peregre agant,
quippe peregrinationis probrum non mediocriter eos
discutiat. Videmus quoque eos, qui per tempus quod
peregre agendo insumpserunt, nonnihil splendoris
& glorie sibi adunxerunt, aut paratis diuinarum pos-
sessionibus, aut dignitate & honoribus, aut celebri di-
sciplinarum atq; ingenij testimonio, aut laude virtutis, or-
mnes certam ad patriam terram properare, quasi ne
quaquam apud alios meliores sua ipsorum bona essent
cum aliqua laude ostensuri. Ac tanto quisque maiori
ri studio patriam comprehendere adproperat, quanto
rebus maioribus dignus apud exteris habitus est. Pro-
inde, iuuenibus quoque desiderabilis & amabilis iu-
xta est patria. Porro autem homines iam etate ac se-
niori confecti, quanto maiori quam iuuenes prudentia ex-
cediunt, tanto uelmentiori patriæ dulcedime ac de-
siderio trahuntur.. Quare unusquisque e senum nu-
mero ex festinat, & in uotis habet maxime in solo na-
salito uitam cum morte commutatam relinquere,
ita quo loci uitam auspiciatur est, eodem iterum & con-
pus

pueris altrici humandum reponat, ac patrie sepulta
 re partipem se fore cognoscat. Etenim graue et acer
 buna unicuique esse uidetur peregre agentem se deprehendi,
 ac demum post mortem in aliena terra reconditum
 cinescere. Ceterum, quanta erga patriam sit uere germanus
 ac genuinis ciuibus, non certius aut facilius quam ex
 indigenis perdiscitur. Siquidem Peregrini et adueni-
 ent secus atque nothi aut Spurijs parvo in discrimine pou-
 nunt exilia, quippe quibus patriae nomen prorsus igno-
 rum est, neque ullo animi beneuoli argumento profe-
 quuntur, existimantes nusquam non rerum necessaria-
 rum copiam sibi haud difficulter suppeditari, modum
 felicitatis in uentris ac gula foedis, et belumis uolupta-
 tibus situm habentes. Verumtamen, quibus mater est
 patria, terram illam singulari amore prosequuntur, in
 qua in lucem editi, in qua nutriti sunt, quamquam modi-
 cam habeant, quamquam asperam et sterilem, quamquam
 unde terre uitutem collaudent non habuerint, attamen
 quo patria encomio potissimum celebranda sit, nequam
 quam animo perplexi hæsitabunt. Verum, tametsi non
 ignorauerint alias suam iactasse patriam superbius ob-
 grorum fecunditatem, ac pratorum uiridantium plan-
 tas omnijugas, neque ipsi tamen patrij soli laudis obliuiscin-
 tur, quam equis alendis optam suspicentes, numerosa
 quoque ac robusta pube fecundam collaudant. Adhac ma-
 terat etiam redditum in patriam aliquis, qui insularis fu-

O P V S C V L A

erie, tametsi apud alios belle, & feliciter vivere posse,
oblatamque immortalitatem respuit, patrie sepulcrum
perpetuiat*pr&efrens*. Et uel patria sumus alieno igne
ipsfi luculentior esse videbitur. Vsque adeo uero in uniuersi-
tates omnes quamlibet praeiosos excellit patria, ut le-
gum quoque conditores pasim quisque videat maximis
puniendis sceleribus exilium p&oenam constituisse, tan-
quam grauissimam, & acerbissimum supplicium. Neque
uero solum Legislatorum consuetudo sic se habet, con-
rum uero qui cum imperio exercitibus presunt alter.
Neque enim maiore ac uebementiore exhortatione in-
pugnis militum perturbati accenduntur & inflamma-
tur animi, quam si protuenda patria se preliari cognos-
serint. Nec ferè ullus est, qui his auditis, ignauus esse su-
stineat. Etenim strenuum, & audacem ex meticuloso
quoque facit nomen patrie.

LVCIANI

PHALARIS PRIMVS,

Vincentio Obsopaco

Interprete.

Misit nos *huc legatos*, o Delphi princeps, voluer-
Phalaris, taurum hunc Apollini adducturos, ac
nobis pauca quedam audiū non inuidenca, cū superdi-
cc nostro

te nostro, tunc super oblatō munere uerba facturos. Ita
que quorum gratia huc profecti uenimus, hec sunt. Ce-
terum, hec uobis exponenda nobis in mandatis dedit.
Ego, inquit, o Delphi, talem de me apud omnes Gracos
esse existimationem qualis sum, at non qualem me odio
prosequentium aut inuidorum mendax fama apud igno-
tos traduxit, pre omnibus rebus permutatione facta
amplecti uelim. Maxime uero, omnium apud uos talem
de me opinionem esse optarim, qui et ceteros uite san-
ctimonia antecellitis, et Pythij assessores estis, ac tan-
tem non Dei familiares atq; domestici. Etenim persuasif-
sum habeo, si me uobis purgauero, atq; ostendero, frater
stra crudelitatis suspicionem de me incidisse, etiam alijs o-
mnibus me per uos purgatū fore. Porro autē, ipsum De-
sum eorum que dicturus sum testem inuoco, quem nullo
modo possum decipere, aut falso et ficto sermone circū-
ducere. Fortasse enim, hominibus imponere haud ope-
rosum est, at Deo uerba dare, maxime uero huic, id ue-
ro nullo modo fieri potest. Ceterum, ego inter Acragā-
timos non ex obscuris sum maioribus, uerum si quisquā
alius ex illustri loco natus, ac liberaliter educatus, tum
ingenuis disciplinis, et artibus imbutus, urbi memet
popularem exhibere non destitui, ijs uero qui mecum in-
cadem uersabantur Repub. equum et modestum me
præstui. Violentie autem, aut illatae iniuriae, aut contu-
spelie, aut præcipitati iudicij, nemo me unquam

O P V S C V L A

sub prioribus uite annis insimulauit. Verum, cum ar-
gumentis non dubijs perspicerem eos qui diuersant à me
in administranda Repub. rationem sequabantur, uite
mea moliri insidias, ac omnibus modis mei è medio tollen-
di occasionem captare ac querere (nostra uero ciuitas se-
ditionibus factiosis dissecta ferueret) unicum illud effi-
gium in tantis rerum difficultatibus securitatemq; repe-
ni, pariter ex ciuitati tuende salutem, si occupato per
uim principatu, illorum scrotiam refrenarem, eofq; à
struendarum infidiarum studio sedatos retraherem, ea-
demq; opera ciuitatem popularium factionibus flagran-
tent ad modestum ex tranquillum statum adigerem. Et
erant sanè nō parum multi hoc meum institutum collau-
dantes uiri ex modesti, ex amantes Reipub. quibus ex
mea sententia ex instituti iam conatus necessitas non fuit
obscura. Horum itaq; usus ex opera, ex consilio, haud
difficulter uoti compos reddebar. Ex illo itaq; illi quidē
non amplius rebus nouandis, aut turbis concitandis stu-
dentes inter se discordanter dissidebant, sed iussis obtine-
perabant. Ego uero imperium obtinebam, ipsa autem
ciuitas sua libertate carebat. Cæterū, cædes aut infecta-
tiones aut proscriptiones ne in eos quidem à quibus sepe
numero insidiose petitus eram, usurpauit aut exercui. At
qui opere preccium audere eiusmodi, in tuendo principa-
tus imperio potissimum. Etenim humanitatem, comitatem,
ex mansuetudine, præcerea ex honoris ex dignitatis
equalitate

L V C I A N I

equalitate nigrificam in spem ueniebam, fore, ut ad obediendum omnes pertraherentur. Statim igitur omnis summultate deposita, cum inimicis in pristinam ex gratiam et concordiam redij, ac illorum plurimis, et in dandis incundisq; consilijs, et conuersatione domestica uiebar familiariter. Porro, cum ipsam urbem animaduerterem magistratuū negligentia, atq; incuria corruptā, multa frequentiū, aut potius cōmunes ciuitatis opes rapientiū, et a qua ductus reparauit, et edificiorū sumptuosis extractiōnibus exornauit, ac muto circūducto firmauit, puentiūq; quotquot magistratuū curam cōmunes erant, accessione non modica cumulauit, iuuentutis recte educande imperio magnam curam habui, senes peculiari reuerētia pro sequebar. Populum uero, spectaculis ac largitionibus, praeterea solennitatibus, atq; epulis publicis mihi deinceps detinui. Virginum uero, consumeliosas corruptiōnes, aut epheborum supra abomināda, et nefaria, aut huius uiriosas satellitum inimissiones, aut comminationes tyranicas ita auersabar, ut ne audire quidem fas putarem. Iā uero, de dimittendo quoq; imperio, principatuq; deponendo mecum initio consilio deliberabam, si quo modo tranquille atq; secure à curarum fluctibus liberatus quietescerem. Etenim principem agere, ac res omnes ut rectificarent administrare, prouinitiam grauem, ac odiosam esse existimabam, et rem non sine iniuria laboriosam. Sed cāim ne post hac tali administratione egeret ciuitas,

O P V S C V T A

In ea cogitatione suscepta adhuc uersabar. Ac iam oīllo
ea animo cogitabundo querebam. Porro autem, ciues
mei concitata seditione iam aduersus me insurrexerant,
deq; struendarum insidiarum ratione, faciendaq; defecti
one deliberabant. Quinetiam claudestinis conspirationis
bus tam conuixerant, armaq; collegerant, pecunias
privatis impensis comportauerat, ciuitates finitimas ad
ferendum missis copijs auxilium accersuerant, iamq;
in Graciam ad Lacedemonios, atq; Athenienses legatos
petitum subsidium miserant. Quorum autem criminum
tum me factum essent, iam illis deliberatum erat, tum
quemadmodum ad mortem memetipsum mihi conscienciam
dam adacturi forent, atrociter cominabantur. Prete-
rea que supplicia excogitabant, his qui publice punien-
disforent, occulte non tulerunt. At enim quod nibil tau-
le, præter illorum spem atq; sententiam perperissus sim.
Dijs immortalibus acceptum refiero, quorum opera mibi
detectæ sunt infidie. Omnia uero maxime Pythio,
eius beneficio et insomnia mihi ostensa sunt, illijs missis
quorum iudicio singula cognoui, atq; sagaciter deprehē-
di. Ego uero, hoc loco uos, o Delphi, in hoc ipso metu,
quem nunc ipsa oratione quam acerbus fuerit facile sen-
titis, uolo super his que tunc acta sunt consitum mibi de-
cis, quo tempore nulla munitus custodia ferme captus,
rebus difficultissimis urgentibus salutē querebam. Proinde,
paulisper animo saltē suscepta Acragantem uersus pe-
regminatione

regratione ad me, uisitq; illorum apparatibus, ac mis-
tis auditis, dicite, quid nam faciendum sit? Humanitate
ne erga illos amplius utendum est, concessaq; impunita-
te perditorum ciuium malignitati & nefarijs conatibus.
parcendum, et disfumulanter ferendam scelus illorū est,
tametsi mihi actuum extrema perpetienda forent? Mag-
gis autem conueniebat, ut nudus à cruentis ciuibis mife-
ram cædem sustinerem, eosq; qui mihi fuerunt charissim-
mi corā crudeliter peremptos perire cernerem? An ue-
ro talia hominis fuisse nimium insensati, sed consenta-
nem erat generosiori uiroq; digniore cogitatioē animo
concepta, hominisq; prudentis & iniuria affecti iracū-
dia suscepta illos prosequi. Mihi uero ipse è presentibus
periculis emerso, in posterum securitatem prepararem.
Hec sat scio mihi facienda suassissetis. Quid ergo, ego
post hæc feci, qui accessuis reis atq; noxijs, ex concessa
illis fandi, atq; respondendi copia, & adductis argume-
tis, singulisp; diligenter & accurate exploratis atq; cō-
sultis, posteaquā nihil amplius inficiari poterant, meruū
de illis sumpsi suppliciū, uehementer excandescens, non
quod mihi pernicie machinari fuerant, sed qd' in illo pro-
posito me permanere nō fuissent, qd' ab iniuio prosequē-
dum nabi constituerā. Et iam ab illo tempore me ipse comi-
tatu satellitū stupatū custodire nō desino, atq; ex illis quo
quot ex occulto insidiose me petuerit, supplicio afficere
pergo. Deinde, hoīes crudelitatis me accusant, nō ualde

reputantes ab utro nostrum primum huius mali initium
 subintroductum sit, ea que in medio euenerit, & quam
 ob rem de ciubus nefarijs sumptum sit supplicum negli-
 genter complectentes, poenas tamen sceleratis ciubus
 drogatas in crimen vocant, easq; que sibi in illis exer-
 tiandis committi uise sunt crudelitates. Non disimile
 factum, si quis apud uos sacrilegum quendam precipito
 malitatum uidisset, ceterum que nefarie designasset, no
 reputaret, quemadmodum noctu in templum ingressus
 sublati sunt preiosissimis quibusque donarijs famum
 religiosissimum impie depeculatus esset, ac etiam statuis
 manus sceleratas admouisset, magne tandem crudelita-
 tes uos accusaret, quod cum & Græci & sancti esse per-
 bibeamini, suppicio affectissetis hominem grecum pro
 pe templum. Etenim non ita procul ab urbe fertur esse
 petra, huic destinata suppicio. At uos, ut opinor, eius
 modi hominis stoliditate risu prosequuntur essetis, si quis
 haec aduersus uos dicere auderet, alij autem omnes uen-
 stros adversos impios maleficos crudelitatem collauden-
 bant. In summa, populi non perpendentes, qualis nam
 ille sit, quibus rebus imperio praest, siue iustus, siue in-
 iustus, simpliciter ipsum nomen tyrannidis prosequan-
 tur odio, ipsiq; tyranno extreme insensissimt, tametsi
 Aeacus aut Minos, aut Rhadamanthus principatum ges-
 ferit, omnes tamen ex equo è medio tollere approparet,
 malos illorum ante oculos sibi proponentes, bonos uen-

TO COME

ro communi accusationi innocenter obnoxios eodem
edit complectentes. Ceterum, audio apud uos quoque
in Graecia multos fuisse tyrannos sapientes, sub hoc ui-
tioso, ut uidetur, nomine cōmodos & mansuetos oībus
se se uendos præbuuisse, è quoruī numero nonnullorū ora-
tiones quoq; breves & succinctae in delubro uestro una
cum statuis ac maneribus Pythio repositae continentur.
Respicite autem ad legum scriptores etiam irroganda-
rum poenarum rationi & consuetudini plurimum tria-
buentes, quasi ceterarum rerum nulla expectanda sit
utilitas, nisi metus malefactoribus esset propositus, ac
certa spes constituta luendi pro flagitijs supplicij. Ce-
terum nobis tyrannis in hoc longe maior imposita est
necessitas, qui ceteris necessario presumus, qui que com-
munem cum nobis odiose inuidentibus tum necem ma-
chinantibus consuetudinem agimus, ubi ne personam
quidem ullam securitatis utilitatem sentimus, sed omnis
nostra res perinde ut fabula, que de hydra fertur se ha-
bet. Quanto enim plures preciderimus, tanto plures
nobis punicendi occasiones suppululant. Est autem ope-
re pretium, ut ista feramus, ac capita subinde recrescen-
tia semper recidamus, & per iouem iuxta lata insti-
tutum igne quoque absumamus, si salui rerum potri-
cupimus. Etenim, cum qui necessitate coactus semel
in hac inciderit, & ipsum materie non dissimilem
esse necesse est, aut sceleratis ciubus parcentem, per-

O P V S C V L A

re funditus. In summa, quem putatis usque adeo mentis
 esse agrestis, effrataeque immanitatis hominem, cui uo-
 luptati sit alios flagellis cædere, aut cruciaturum audire
 gemutus, aut cædes et carnificimas spectare, nisi uehe-
 mentem infligendarum poenarum caussam haberet?
 Quoties igitur dum alijs flagris cederentur lachrymatus
 sum? Quoties autem meam ipsius fortunam lugere ac
 deplorare cogor, grauius ego supplitum et diuturnu-
 us sufferens? Etenim uero natura bono, necessitate au-
 tem seu et amarulento, multo durius est de alijs sume-
 re, quam de se sumi supplicium. Si uero libere quod
 sentio proferendum est, ego profecto, si mihi daretur
 optio, utrum uelim nonnullos innocenter punire, aut
 me ipsum potius mortem oppetere, plane persuasum ha-
 bete, quod nihil cunctatus mori potius eligerem, quam
 homines nihil mali præter equum commeritos suppli-
 cio afficere. Dixerit uero aliquis, præoptas potius
 Phalari, ipse iniuste interire, quam iustis ex causis poen-
 na affligere insidiatores, uelim profecto hoc. Rursus
 enim uos Delphos in consilium uoco, utrum prestabilius
 esse putatis iniusta morte oppetere, an iniuste serua-
 re eam qui exitium machinatus sit. Nemo, ut opinor,
 adeo uercors est et egens animi, qua non uiuere potius
 precligat, quam seruatis hostibus interire. Et quot nam
 ego ex ijs, q manus mihi admouere conati sunt, seruavi?
 Quorum de numero est Achanius ille cum Timocrate

et Leon

¶ Leogora, ueteris quæ mihi cum illis fuit consuetudinis & amicitiae recordatus. Ceterū, si ita uester fert animus, atq; adeo uobis cordie est meos mores nosse proprii, eos qui in Acraganta frequenter comineant hospites interrogate, cuiusmodi ego me erga illos gerere soleam aut ostendere, & num humanum & liberalem me prebeam accendentibus. Qui exploratores etiam in portis constitutos habeo, neq; non auditores, qui nam & unde nauigant, ut certior factus pro dignitate honorem habens dimittam illos. Nonnulli quoq; studiosi & sua sponte me uisunt, Gracorum quidem sapientissimi, neq; nostram cōversationē respnuunt aut subterfugiunt. Quē admodum nuper sapientis ille Pythagoras ad me uenit, cū longe alia de fama mea inaudisset. Postea uero quam omnia secū se habere comperit, discessit collaudans me inscius, ob crudelitatem uero necessario mihi exercendam mei misericors. Postremo putatis ne eum, qui erga peregrinos tam humano affectus est animo, aduersus domesticos tantam exercere iniustitiam, x; si preter modum iniuria afficeretur? Hec ferè sunt, quibus me nobis abunde purgatum esse opinor, uera profectio & iusta, ac multo magis laude, ut ego mihi persuadeo, quoniam odio digna. Sed enim de missō donārio, iam tempus est ut audiatis, unde nam & qua ratione tamen bunc possederim, statuarij opera non locata. Neque enim tam dementis sum animi, ut tales possessiones

O P V S C V L A

mibi defyderandas esse putem. Sed erat quidam Per-
 laus nostratis gentis homo, egregius quidem et ingenio
 suis artifex, ceterum natura malus et improbus. Ille tota
 via cum à sententia mea aberrasset, putauit se mihi rem
 admodum gratam facturū, si nouum quoddam supplicij
 genus excogitasset, quasi pre omnibus rebus praecipua
 in sumendis supplicijs uoluptatem cupientissime cape-
 rem. Iam uero boue fabricato, ad me uenit frens illum
 aspectu sanè pulcherrimum, atq; accuratissime ad uer-
 bouis imaginē expressum. Tantū illi motus et mugitus
 deerant, quo minus uiuus esse putaretur. Viso aut illo, sta-
 tim exclamabam, dignum munus Pythio, mittendus est
 hic taurus Apollini. Porro Perlaus assistens, quid si, in-
 quirat, sapientiam que in illo est perdisceres, ac usum cui
 præbendo seruatus es. Et cū ducto taurum per dorsum
 aperuit. Si que, inquit, cruciatibus torquere uolueris, co-
 iecto illo in machinam ac dorso iterū concluso, basce ti-
 bias naribus bouis admotas accōmoda, ignem aut succen-
 dere iubeas. Ac ille quidem inclusus plorabit, nociferabi-
 turq; inusitatibus et ineffugilibus detentus doloribus, ce-
 terum uociferatio per tibias, cantum tibi absolue nimirū
 stridulum, et lugubre quiddam modulabitur, quinetiam
 insuper mugitus ciebit tristissimos, ita, ut ille inter mon-
 dulandum tormentis crucietur, tu uero singulari uolu-
 ptate afficeris. Porro, ego his auditis crudelē machinā
 extreme auersatus sum, et inumanem illam instrumentum
 mido

indolem prorsus respui, conueniensq; et debitā illi supplicium imposui. Et age, inquam, o Perilaē, ne uana uideatur esse tua promissio, ipse nobis in taurū ingressus uera artis tuae industriae cōprobato, ac uociferates imitare, ut certo cognoscam, nū ea quæ iactas carmina pertibias cantata exaudiantur. Perilaus nihil cunctatus his dictis prompte obtemperat. Ego autem, postquam ingressus est, concluso taurō, ignem iussi succendere. Recipe dixi debutum arti tuae tam admirande prēmū, ut magister musicos ipse primas omnium canas. Ac ille enim uero iustissima passus est, sua ipsius excellenti fruens industria. Porro autem ego uiuentem, et adhuc semiuum sp̄irātem iussi eximere, ne si immoreretur, nece sua opus contaminatū impiaret, illū inhumatum per scopulos precepit imperavi. Taurum uero piaculis mundatū Deo dedicandum legavi, omnemq; de illo historiam iussi ascribere, dedicantis mei nomen, Perilaum artificem, illius immanem sententiam, meam in puniendis maleficiis equitatem, conueniens supplicium, primos artifices concentus et modulationes, præterea primam musicas experientiam. Vos autem Delphi iuste facietis, si pro me unā cum legatis sacra feceritis, taurumq;. Deo in eleganti delubro dedicaueritis, ut omnibus perspicuum fiat, quo ego aduersus criminosos sim animo, tum qua acerbitate ulcisci soleam superuacuas illorū ad perpetrādam multā cupiditates. Itaq; hoc ipso solo facto satis fu-

OPVS CVL

perq; quibus moribus præditus sim manifestatū est. Pctū
 Iao supplicij affecto, ac tairo dedicato, neq; amplius ad
 aliorum torquendorum musicam referuato, quem nubil
 aliud modularum esse pro certo affirmo, præter quam
 solos mugitus artificis. Quodq; in solo ipso artis per-
 culum fecerim, ac statim barbaram illam ex inhumani-
 tam musicam compescuerim. Atque hæc quidem in
 præsens Deo offerre libuit. Dedicabo uero illi et alia
 se penumero, ubi tantum illius munificentia consecutus
 fuero, ut amplius poenarum acerbitate erga noxios non
 egcam. Hæc equidem, o Delphi, quemadmodū à Phala-
 ride facta sunt, singula quam uerissime percensuimus.
 Iusti uero utiq; habendi sumus, si fidem uobis facientes
 ueritatis testimoniū illi præstiterimus, quippe qui he-
 rum rerum non imprudentes nullam nunc metuendi oc-
 casionem aut caussam habeamus. Quod si quoq; necel-
 le est, pro uero nos esse supplices, quem falso multi suspi-
 cantur esse improbum, quippe qui iniurias ex coactus
 in malos animaduertit, supplicamus uobis nos Acra-
 gantini, qui ex Greci sumus, ex antiquo Dores, com-
 plectamini humanitate uestra virum amicitiam uobe-
 scum iungere cupientem, ac eum qui multum ex publi-
 ce et priuatim unicuiq; uestrum benefacere ex prodeesse
 studeat. Assumite igitur uos ipsi tantum Deoq; dedica-
 tum offerte, ac pro Acragante ipsiusq; Phalaridis salu-
 te præcantes nota facile. Et nolite nos infecta legatio-
 ne dimit.

L V C I A N I

ne dimittere, ne & illum contumelia afficiatis, eademq;
opera Dcum elegantissimo iuxta ac iustissimo munere
priuatis.

L V C I A N I

P H A L A R I S S E C V N D V S,
V I N C E N T I O O B a

sopœo inter-

prete.

CVm antehac nulla mihi, o utri Delphi, neq; cum
Aragantinis ciuibus hospitalitas intercessisset,
neq; cum ipso Phalaride priuatim illa domesticæ familia
ritatis contracta esset societas, neq; alia haberem erga il
lum aut peculiarē caussam sociandæ benevolètiae, aut olim
iungendæ cū illo amicitie spem, tantū uero missos ab eo
legatos audierim equa & modesta perorantes, calledeq;
prospicerem, & quid pie à uobis fieri posuit, & quid
publicæ utilitati conducibile fore, cum primis uero quid
Delphis non indecorum factu futurum esset, surrexi in
medium oratione mea uos cohortatus, ne & uirū prim
cipem, & pie agentē contumelia temere afficeretis, neq;
munus ipsum, quod Deo iam destinatum est, à uobis alie
naretis. Presertim trium maximarum rerum perpetuo
monumentum futurum, artis præstantissime, cogitar
eiōis crudelissimæ, & iusti supplicij. Itaq; ego quod & in

OPVS CVL A

incerto habetis, quid hac de re statuendū sit, quodq; mē
gistratus deliberandum uobis proposuerint, num munus
suscipiendum, an iterū retro ablegandum sit, parum rela-
gio sum esse arbitror. Multo aut̄ potius impictati nullum
modum relinquatis, neq; enim aliud hec res erit, quam
nefarium sacrilegiū, quod turpitudine sua omnia longe
lateq; excedit flagitia. Nec minus impiū erit factu, Deo
donaria dedicare uolentibus, ne facultatem quidem offe-
rendorum munerum concedere, quam ea que Deus iam
oblata possidet depeculari. Precoꝝ autem uos, cum et
ego unus sim ē Delphorum numero, ac ex aequo publica
et glorie particeps, si consciuata fuerit, tum diuersa
opinioni obnoxius, siquid in præsens aduersus existi-
mationem nostram perperam admissum fuerit, ne tem-
plum obseruatis pijs et religiosis hominibus, neque cui
tatem nostram omnium mortalium contumelie atq; ca-
lumnijs traducendā obijciatis, quasi ea que Deo offeren-
da mittuntur sycophantijs illudenti, calculisq; et iuditio-
donaria dedicantes rectificantem. Siquidem nemo quis
quam posthac muneris offerre audebat, certior factus,
Deū nulla benevolentia suscepturn, quod prius Del-
phis non uisum sit probabile. Proinde Pythius iam an-
te non iniquam de misso donario tulit sententiam. Si
enim aut Phalarim odio haberet, aut eius munus con-
temptim auersaretur, facile ac promptum illi fuerat il-
lud unā cum nauī operaria, qua allatum est in me-
dijs

dijs Ionij maris fluctibus submergere. Iam uero, ille à no-
 stra sententia longe lateq; dissentit, cum ex sereno celo
 illis Ionum traijere prestitit (quemadmodum ipsi testi-
 ficantur) ac saluos in Cirram usque pertulit. Quo fa-
 cto satis manifestum est, monarchæ pietatem sibi non ha-
 probari. Oportet autem, ex uos diuina sententia adie-
 citis calculis, ex hunc taurum reliquis templi ornamen-
 tis adiungere. Quandoquidem haud dubie res foret o-
 mnium absurdissima, si quis adeo magnifico ex excellen-
 ti munere huc misso, uestris calculis ab ingressu templi
 arceretur, ac premium impietatis auferret, uidelicet
 indignus iudicatus qui donum offerret Apollini. Ce-
 terum, illius cuius diuersa est à me sententia, quemadmo-
 dum ex Agrigante huc delatus nauigio, cedes quaspi-
 am ex iniurias ex rapinas, ex depredationes à tyrano
 factas nimium tragica uociferatione extulit, dicens pro-
 pemodum omnia sibi coram uisa esse oculis, quem non
 ignoramus ne ad portum quidem usq; peregre profectū
 esse. Non autem dissentaneum est talia ne ijs quidem o-
 minino credere, qui ista se perpessos esse commemorant.
 Etenim nobis obscurum est, num uera prædicent, ne quo-
 modo eos, de quibus nihil certi nobis compertum est, in-
 iuste sceleris accusemus. Quid si tale quippiam in Sicili-
 a quoq; peractum est, quid hac de re Delphos sollicite
 curiosos esse attinet, nisi pro sacerdotum officio iudicium
 partes nobis præpostere uendicemus. Et iam nobis sa-

trificandum erat, atque ceteris omnibus Deus colen-
 dus, ac si quis misisset donaria, ea dedicare nostri fuerat
 officij. Nunc hic expendentes sedemus, si qui ex illis
 qui trans Ionium continentem incolunt legumine an sca-
 cus administrent imperia. Atq; aliorum quidem res pro-
 uti ipsi uoluerint se habeant. Porro, nobis per necessariū
 esse opinor, ne nostra ipsorum nobis ignota sint, tum qui
 olim rerum nostrarū status fuerit, et quomodo nunc in
 præsens eadē se habent, et quid magis ex usu nostro sit
 facere. Nam quod in præcipitijs et arduis cætibus ha-
 bitemus, ac steriles petras colere soleamus, Homerus mo-
 nitor nobis nā est expectandus, qui nobis hæc palam fa-
 ciat, sed ista coram ipsi oculis intuemur, tum quantū sem
 per in terra uersemur cui portus sit profundus haud ob-
 scure animaduertimus, Ceterū, templum ipsum et Py-
 tium et oraculū, tum sacrificantes et pietatis operibus
 feruientes, iij sunt Delphorum campi, iij prouentus, inde
 abundatissimū, inde cōmeatus nobis abunde et effatim offun-
 ditur. Par enim est, ut apud uos quod uerū mihi uidetur
 tacitū non habeam aut dissimulanter preterea, et quod
 à poëtis dicitur, citra sementē citraq; orationē nobis oīa
 prouenuit, dei agricole opera. Qui nō solū ea que apud
 dios bona nascuntur nobis ampluer, et cumulate exhibet,
 sed siquid preciosi aut rari apud Phryges est, aut Lydos,
 aut Persas, aut Assyrios, aut Phœnices, aut Italos, aut
 apud ipsos deniq; Hyperboreos, oīa certiū ad Delphos
 perferuntur.

perferuntur. Ac nos secundo loco post Deū ab omnibus
mistrifice colimur, parataq; rerū copia affluentēs felicē uis
tam agimus. Sed hec iam olim uobis ignota non sunt.
Quod autem ad presentē deliberationē attinet, danda
est nobis opera, ut in hoc uite semel institutę tuēdo pro
posito constanter perseveremus. Nullus, ut mea fere opē
tuo, memoria tenet ullo tempore de quoq; donario apud
nos latam esse sententiam, neq; quenquam à sacrifican-
do aut donario dedicando siuisse exclusum ait prohibiū.
Namq; ob cūssam opinor delubrū Apollinis tantopere
auctum esse, in tantū, ut iam supra modum abundet mu-
neribus. Oportet itaq;, neq; in præsens quicquāt me
re innouare, neq; aliquid præter morem patriū consiliu-
ere. Sed nec amoris respectu indicanda sunt nobis dona-
ria, nec generis ratione ea que mutuntur estimanda, un-
de nam aut à quo aut cūusmodi sint que hic legantur.
Suscepta autem munera nulla curiositate delubro san-
cranda sunt, ac ambabus manibus per nos inferuen-
dum est, cum Deo tum pietatis gratia hic uenientibus.
Videmini uero mihi, o utri Delpbi, super rebus quas in
presentia deliberationi expendendas subiecisti consul-
tissime facturi, si primum omnion eam cogitationem
suscepimus, de qualibus nam ac quantis rebus consilium
ineatis. Principio enim super Deo ipso ac iēplo, tum sa-
crificijs atq; donarijs, super ritibus ac moribus antiquis
sumul atq; legibus uetus, ac gloria uaticinij. Exinde su-

O P V S C V L A

per universitate, ac rebus priuatim et publice oibat
Delphis conuentibus. Preter hac omnia cōsultantes
non contemnendum in discrimen uictis apud omnes
homines aut fruenda gloria, aut toleranda infamie.
His profectio nihil malus (siquidem rationis compotes
estis) aut perinde necessarium esse existimabitis. De qui
bus igitur in praesens consultamus hec sunt. Non equè
dem solum Phalaris, neq; taurus ille, neq; est tantum,
sed omnes reges ac principes, quotquot nunc templi uitū
tur opera. Preterea aurum, argentum, et quaecunq;
alia preciosa, multa ac sepenumero Deo dedicanda ue
niunt. Primum enim, iuxta Dei consilium expendere
conuenit. Cuius ergo rei gratia non ut semper nobis mo
ris fuit, neq; ut iam olim consuevimus de dedicandis mu
neribus faciemus? Aut quid in antiquis constitutionibus
censoria nota reprehendentes, rebus nouis studemus?
Et quod nunquam ex quo hanc urbem incolamus, ac Py
thius interrogatus reddidit oracula, et tripos loquitur,
et ipsa sacerdos diuino afflatur numine, fecimus, nunc
faciendum constituemus, iudicantes uidelicet ac expen
dentes eos, qui huc missant munera. Quin potius illud
apud animum uestrum cogitatis ex prisco illo more, et
instituto, quo munerum offerendorum facultas inter
clusa fuit nemini, quantis bonis templum auctum et cu
mulatum fiet, omnibus offerentibus, ac quibusvis pro
substantie sua modulo donarijs Deum cumulantibus.

Quod si

Quod si nobis ipsi iudicium et censorum protinciam sumemus missorum huc munerum, uero, ne cito coram qui nobis probandi aut expendendi sunt, penuria laborem, nomine scilicet suffrente semetipsam reum obiciare iudicio, et in hoc ipsum impensas et sumptus facientem, ut iudicetur, deq; omnibus in periculum uentis sit. Aut cui humaniter patiendum existimat, si donatorum dedicandorum libertate indignus esse iudicabitur.

L V C I A N I S C Y T H A, V E L

Hospes, Vincentio Obsopao

interprete.

Non fuit primus Anacharsis, qui ex Scythia Athenas usque peregre profectus est, grecanice discipuli perdiscende desiderio, sed ante illum ex Toxaris vir ex multis sapientie et elegantiae ac rerum optimarum studiosus admodum. Sed qui domi non erat de fama quin regio, neq; ex ijs qui tyaras gestare solent, uerum unus est uulgo Scytharum et populuum, cuiusmodi sunt, qui apud illos uocantur Octipedes, quo significant aliquem duorum boum et unius planstri esse dominum. Hic ergo Toxaris haud iterum postulatio ad Scythas recessus est, sed Athenis manens diem suum obiit, ac non multo post etiam heros esse uisus est, atq; hunc peregrini non medicum Athenienses non secus, atque uiam comit ex herorum numero. Hoc enim nomen cum heros.

O P V S C V L A

esse declaretur, possidere coepit. Sed cum causam con-
giominis, & quam ob rem in herorum catalogum rela-
tus sit, unusq; ex Aesculapianis iussus sit, non alienum
fortasse est percensere ut cognoscatis. Non Scythis tan-
tum moris est immortalitate donare homines: & ad Za-
molxim ablegare mortuos, sed Atheniensibus quoq; li-
cium est in Gracia Scythes Deos facere. Quo tempore
re siue pestilentia populus Atheniensis infestabatur, tibi-
dere uisa est Architelis uiri Ariopagitici uxor sibi Scya-
tham astitisse, duxisseq; fore, ut Athenenses a pestifero
contagio liberarentur, si angiportus uino conspergeret.
Hoc cum sepius fieret, neq; enim Athenenses mulieru-
le uerba audita dederunt neglectui, factum est, ut non
amplius pestis in eos grassaretur, siue uaporibus quibus-
dam noxijs uini odore extinctis, siue aliud quoddam me-
ioris efficacie norit heros Toxaris, quippe medicus exi-
stens ista Atheniensibus facienda suaserit. Itaq; curatio
nis merces etiam nunc illi persoluitur, nam niuci coloris
equus ad eius monimentum quotannis immolatur. Quo
loco monstrauit Dmene te illum accedente ea que de ni-
no spargendo diximus imperasse. Et inuentus est eo loco
Toxaris esse sepultus, ipsa inscriptione cognitus, tametsi
non integra appareat. In primis uero quod super colum-
nam uir ornatus scythico sculptus fuerat, leua arcu inten-
sum, dextra uero, ut iussus est librum tenens. Etenim ad
hunc plus quam dimidio corpore conspicitur, & arcus ro-
eus und

tus unā cum codice. Reliquas uero partes statuae unā cū fronte temporis longinquitas iam deuastauit. Est autem non procul ab ædibus Dipylī, à leua in Academiam ingredientibus tumulus non magnus, & statua buoni sita, uerum subinde recentibus fertis redimita. At unicū non nullos febre laborantes iam ab illo sublenatos esse, & per iouem à uero non abhorret, quippe qui totam ciuitatem quondam peste grauata liberauerit. Sed regrediamur ad id cuius gratia illius mentionem fecimus. Ad huc quidem, in cuius erat Toxaris, Anacharsis autem cū nuper soluissest è patria, ex Pyreō in urbem uenit, uenuti hospes & barbarus, non mediocriter animo perturbato, omnia ignorans, ad multa meticulosus et trepidus, pendens animi quid ageret. Siquidem non obscure intellegebat à uidentibus se haberi ludibrio propter habitus peregrini insolentiam, et eandem linguam sonare callem inueniebat neminem. In summa, iam illum suscepit & profectionis poenitebat, constitutum habens in animo nūfis tantum Athenis actutum retro abire in patriam, consensoq; nauigio iterum soluere in Bosporum, unde non mulcet uineris illi confiendum restabat in Scythiam. Ad hunc modum hæc secū reputati, Anacharsi dement quispiam bonus illi fit obuiam, ut reuera credendum est uenire Toxaris in Ceramico. Ad quod primum illū per traxit habitus, quem uidebat sibi esse patrum. Deinde hanc difficulter cognitus erat, & ipsum Anacharsi,

O P V S C V L A

in se ex illustri ortum genere, quiq; inter Scytharum
primates non infimum locum obtineret. Porro autem,
Anacharsis unde cognoscere posset populariem sibi
esse Toxarim, more grecorum exornatum, mentum ha-
bentem detonsum, incinctum, nullo ferro munitione, iam
multa facundia facetum, & lepidum, atq; ex ipsis Atti
cis unum indigenam? Adeo iam transformatus erat lon-
ginquitate temporis. Verum Toxaris Scythica lingua
affatus illum, nonne tu, inquit, Anacharsis ille es Date-
ceto patre prognatus? Lachrymatus est pre gaudio Ana-
charsis, propterea quod eiusdem lingue hominem inue-
nisset, planeq; callentem quis esset, aut quem apud Scya-
thas dignitatis locum obtineret, & interrogauit, Tu ne
yo unde me nosti o hospes? Cui ille, inde ego sum, inquit,
euobis oriundus ex Scythia, nomen mihi est Toxari, no
ex claris illis ducenti generis originem, ut per hoc tibi
notus esse queam. Num, inquit, ille tu es Toxaris, de
quo ego inaudii, Toxarim quendam amore uisende
Gracie, relictis domi uxore, & infantibus filijs, Athe-
nas esse profectum, & nunc ibi uersari, inq; magno es-
se precio apud optimates? Ego, inquit, ille ipse sum, si
qua etiam nunc apud uos de me fama superstes est. Pro-
inde, inquit Anacharsis, scias me tuum factum esse di-
scipulum, ac amoris tui emulum, quo hic perductus es
scilicet ut uiderem Graciam. Itaq; huius negotiationis
gratia peregre profectus, uenio infinitis malis perfun-
ctus apud

84

Etus apud gentes in medio sitas. Et nisi tu mihi factus
 fuisse obuiam, iam decretum erat priusquam sol occidis-
 set, me retro ad nauem uoluisse referre gressum, usque-
 adeo consternatus eram animo, peregrina et incognita
 omnia conspiciens. Sed age per Actinacem et Zamol-
 xim deos nobis penates, tume assumptim o Toxari ut
 bospiē circumducito, ac mihi pulcherrima quæq; que
 Athenis sunt cōmonstrato. Deinde, si qua etiam paſsim
 in reliqua sunt Græcia admiranda et uisenda, cum leges
 optime constitutas, tum uros quosq; integrerimus. Ad
 hec mores et ludos publicos, et uitam illorum, et Rem
 pub. Quorum indagandorum gratia prior tu, exin ego
 post te tantum itineris exhaustimus. Et ne permittas ut
 bis omnibus nondum uisit mihi retro pes mouendus
 fu. Hoc eisdem, inquit, Toxaris minime amanter de-
 xisti, uix tactis pede liminibus mox te redditurum postuli-
 mimo. Atqui bonum habe anum, neq; enim, ut tu tecum
 cogitas, abibis, neq; te facile domusura est ciuitas.
 Neque uero adeo modica habet erga retinendos hospia-
 tes demulcimenta aut illectamenta, uerum multo magis
 te suscepit ita tractabit, ut neq; uxor amplius, neq;
 liberorum, si quos interea nobis absente suscepisti, admo-
 dum memor futurus sis. Ceterū, ut quam celestine uni-
 uersam Athenensium urbem uisam cognoscas, aut potius
 in omnem Græciā, et ea quæ apud Grecos maxime
 uisenda sunt, ego tibi effectuā reddam. Agū hic uerum

te ex admirande sapientie, et quidem indigena, sed
 qui diu multumque susceptis peregrinationibus, et in
 Asiam et in Aegyptum profectus sit, ac cum optimis
 quibusque mortalibus uite consuetudinem habuit. Ce-
 tera homo non admodum diues, uerum infime penè for-
 tune mendicus. Videbis senem adeo populariter exorna-
 tum. Veruntamen cum propter sapientie excellenti-
 am, tum aliarum uirtutum, quibus preeditus est prestatu-
 tiam ab omnibus certatim colitur, adeo ut etiam pro le-
 gum autbore eo utantur in constituenda Repub. neq; in
 ita eius præcepta uiuere dedianter. Hunc si amicitia
 ubi iunctū possederis, ac plane cuiusmodi utr sit, perdi-
 cieris, uniuersam Græciam in te habiturum haud dubi-
 tanter existuma. Et quod caput est nosse, sic habe, ex on-
 minibus bonis hic repositis non maiori me tibi gratifica-
 ri posse, aut officio aut obsequio, quam si huic te quam
 commendatisimum reddidero. Ne igitur cunctemur, d.
 Toxari, inquit Anacharsis, sed me assumens quantotius
 ad illum ducito. Sed enim illud uereor, ne difficilis acces-
 su sit, tuumque erga me studium tanquam superuacan-
 sum respuat. Bona uerba, inquit ille, uideor enim me ul-
 lerem omnium gratissimam facturum, benevolentie era-
 ga hospitem ostendare occasionem sibi offerens. Tan-
 tum uero me sequere, statimque qua sit erga hospites re-
 uerentia, tum quam à comitate non auersus, tum que
 alia eius bonitas et ingenij amoenissimi suauitas, cognos-
 sas

Fecit. Quin potius bona fortuna duce ille ipse nos accedit, nempe illi, qui cogitabundus secum loquitur. Et cum dicto Solonem alloquutus, uenio, inquit, maximum tibi munus adducens, utrum peregrinum, egentem amicitie. Est autem genere et natione Scytha, unus apud nostrates ex nobilibus et summo loco natis. Omnibus uero in patria relictis, hic uenit nobiscum conuersatus, eaq; que per Graciam sunt præstantissima uisus. Porro ego eius rei compendium illi inuentum curaui, quo patto facilime simul et expeditissime uersa perdisceret, et optimis quibusq; innotesceret. Aliam uero ad hec consequenda uiam compendiosior rem non tenebam, quam si hunc tibi adductum familiarem fecisset. Itaque, si Solonem ego planè pernoui, sic facies, ac illum in bonorum notitiam et studium produces, et germanum ciuem Gracie esse ostendes. Et quod tibi paulo ante duxi Anacharsi, omnia iam usq; Solone conspexit. Hoc sunt Athene, hoc est ipsa Graecia. Neque amplius hospitem te esse pura, omnes te uocerant, omnes certam amore te prosequuntur. Tantum tibi in hoc sene bonorum reposuum esse ne dubitas. Omnia in Scythia relictorum te capiet obliuio, iuncta cum illo conuersatione. Habes peregrinationis tue præmia, ac amoris finem tantopere desideratum. Hic tibi greca est regula, neque non Attica philosophia index certissimum. Quare hoc tibi persuade,

O P V S C V L A

eam esse multo felicissimum, quicunq; cum Solone uer-
sus fuerit, eoq; amico uitetur, per longum esset referre,
quantum cum Solon sit delectatus munere, tum quibus
uerbis responderit, ita ut in reliquum tempus dulcissime
simul & coniunctissime conuixerint, alter quidem illo-
rum nempe Solon, docens & instituens rebus pulchri-
mis, & amicum Anacharsin in omnium familiaritatem
aggregans, Graecorumq; optimatibus adducens, tū per
omnia diligentissime curam agens, quo pacto quam in-
cundissime in Græcia in pretio habitus præcelleret. Al-
ter autem admirandam illius sapientiam attonito animo
admiratus, ne altero quidem pede uolens à scenis latere di-
scedebat. Itaq; quemadmodum illi pollicitus fuerat Toxa-
ris, ex unico Solone in punto temporis uniuersa cognou-
it, ac omnibus innotuit, & illius gratia à cunctis fami-
liariter colebatur. Neq; enī mediocri laude Anacharsis
uirtutes solebat extollere Solon, uerū hominibus & hoc
moris erat, ut quemadmodum Soloni legislatori libenter
dicto audientes erant, amore quoq; & benevolentia pro-
sequebantur, quo scunq; ille aliquo pretio dignos esse ex-
stimabat, ac prorsus eosdem in reliquum uiros optimos
esse credebant. Solus uero ex Barbaris Anacharsis initia-
tus est, ac ciuitate donatus, si Theoxeno fides habenda
est, qui præter cætera & hoc de illo literis ac memorie
prodidit. Sed neq; ut opinor retro ad Scythas Anachar-
sis abiit, nisi Solone mortuo. Vulnus igitur fabula finem

iam imponam, ne sine capite obambulet? proinde iam tempus est cognoscendi ciues, cuius rei gratia mihi Anna charsis ex Scythia, & Toxaris in presentia uenerunt in Macedoniam, ad quos Solonem quoq; adulter etatis hominem ab Athenis adduxi. Siquidem ait, & me non dis simile quiddam cum Anacharside passum esse. Ac per Gratias uos obsecro, ne indignabundo animo mihi uitio uertatis similitudinem, si utro regio memetipse compa rauero. Barbarus enim ille fuit. Ceterum nos Syros ulla in re Scythis deteriores non facile dixeris. At qui neque res meas cum regia magnificentia componere annitor similitudine, nisi quantum ad ea quae diximus. Nam cum primum in uestram urbem hospes immigrasse, statim animo obstupefactus sum, uisa & eius amplitudine & pulchritudine, ac incolarum multitudine, aliaq; poter ita & splendore omni cognito. Itaq; multo tempore animo herebam attonitus ad haec, nec poteram cuncta ab unde satis admiratione prosequi. Cuiusmodi quiddam & insularis ille iuuenis conspectis Menelai & dibus passus est. Neq; uero aliud ego obirebam animum intuitus urbem tanto uigore uigentem, ac iuxta poëtam illum oī bus bonis florentem, quibus ciuitas felix & beata solet affluere. Hoc iam affectus animo, deinceps de ijs que agenda forent mecum deliberabam. Iam enim olim constitutum habebam, oratione uos & laudibus illustrare. Quibus enim alijs ostendi, silentio tam preclarum cū

O P V S C V L A

uitatē preteriens? Quippe quærebam, neq; enim ueritā
 tem prudens celabo, si qui essent, qui reliquos dignitate
 anteirēt, & quos aggressus aliquis ac historia de illis me
 morie prodita, adiutoribus uteretur ad oīa. Ibi uero mi
 hi nō unius, quemadmodū Anacharsidi, & ille quidē bar
 barus Toxaris, sed plures, aut potius oēs eadem tantum
 non iisdem syllabis respondebant. Multi quidem & alij
 præclari & industrij uiri o hospes in hac urbe habitant,
 nec temere alibi eiusmodi uitios imuenies perinde bonos.
 Duo tamen cū primis sunt longe optimi & præstantissi
 simi, generis splendore & dignitate oībus longe superio
 res. Ceterū disciplinarum cognitione ac dicendi facul
 tate atticæ Musæ eos nō absurde comparaueris. Populi
 mirus erga illos fauor & studiū singulare existit. Et hoc
 quoq; quod in ciuitate optimū & præstantissimum esse
 constat, illorū bonitatem & obuiam erga hospites huma
 nitatem, nullamq; in tanta magnitudine inuidentiam, ac
 reverentiam coniunctam cum benevolentia, tum animi
 mansuetudinem & morum facilitatem quibusuis accen
 dentibus expositam, ipse haud dubie alijs uerbis celebra
 bis, parlo post harum rerum facto periculo. Atq; ut
 mireris impensis ex una eademq; familia sunt pater &
 filius. Alter quidem non aliis, quam si Solonem aut Per
 clem, aut Aristidem animo conceperis. Alter uero filius,
 te saltem conspectum actuum domum abducturus est.
 Adeo præstanti corpore uiscendus est, & mascula quadā
 forma

forma decors & amabilis. Quod si modo ore in uocem
 soluto loqui inceperit, ducet te reuinctū ab auribus,
 tantam dicendi uenerem & uerborū suavitatem iuuenis
 in lingua sitam posidet. Quim etiam uniuersa ciuitas ad
 audiendum inhibet, quoties ad populum uerba facturus
 progrederitur. Cuiusmodi aiunt Atheniensibus quondam
 accidisse in Clima filio adamando, præter quam quod
 non multo post eos amoris summe paenituerit, quo Alcē
 biadem complexi fuerant. Porro hunc non ciuitas solia
 arctissime diligit, uerum etiam reverenter habere nō de-
 dignatur. In summa, unicum hoc nobis populare bonum
 est hic uir, & ingens commoditas omnibus. Hic, si te &
 eius pater suscepérint, & tecum amicitiam ex societate
 fecerint, totam ciuitatem deuinctam habebis. Tantè
 autem ad illum manus extendenda est, nec amplius res-
 tua erunt in ambiguo. Hæc per louem ab omnibus dice-
 bantur, et si ureuando oratio mea mihi confirmanda
 sit. Ac mihi iam earum rerum facienti periculum, ne mi-
 nimam quidem partem dicendo assequutus esse uidcor.
 Itaq; neq; desidie, neq; more indulgende locus est, ut illi
 Poëta Ceius, uerum oēs rudentes pariter monendi sunt,
 preterea nihil non dicendum & faciendū, quo in amici-
 tiam illorum te insinues. Quod quidem si ex sententia
 consecutus fueris, tranquilla sunt omnia, & nauigatio
 non improspera, ac mare placidum & portus in propria
 quo constitutus.

O P V S C V L A

VINCENTI

V S O B S O P O E V S , C A N
D I D O L E C T O -

ri Salutem.

Cogor in hisce medijs Luciani opusculis et dialogis à me in latinum sermonem conuersis, candide lector, nonnullorum occurrere argutijs, siqui fortasse erunt, qui ista lecturi sint, non eo quo à me scripta sunt animo, meq; aut ambitionis damnabunt, aut inscitie, quod in hoc tam cruduro seculo, in quo tantus est felicissimum ingeniorum prouentus, ego rufis et semipaganus, non uerear meas nugas doctissimorum hominum theatro spectandas et legendas obtrudere, ac non potius in obscuro delitescens, honeste tacere preopte, quam barbare scribendo omnium risu me turpiter subsannandum exponam. Deinde, quod pleraq; parum scite et ab surde transtulerim, prorsus à me non intellecta, quorum alterum extreme ambitionis, alterum audacis inscitie argumentum esse praedicabunt. His tam malignis utilitatoribus, tamq; ingeniosis alienarum vigiliarum censoribus, et si uno uerbo respondere possem, ut, cū tam oculis sint in alienis censendis et notandis operibus, aut tam arrogantes in respuendis, aut tam delicati in fastidientibus omnibus ijs, que ab illis profecta non sunt, suas non

bis

his lucubrationes exhiberent, omnibus punctis & numeris absolutas, eaq; industria elaboratas, eo ingenio meditatas, ut in his nihil posset desiderari, aut ut leuiter expensum, & parum scite possum, & somniculose irreptum reprehendi. Quod cum ad græcas (quod aiunt) Kalendas fortasse facturi sint, quid in me semipagano & Bauaro, quod barbarum interpretari solent, illud tam clementer in crimen uocant, damnantes meam inscitam, à quo ne se ipsos quidem Romanos & Atticos immunes & alienos esse deprehendunt. His inquam uerbis cum potuisse quam compendiosissime illorum obliquis cauillationibus respondere, ac ridentes uicissim subsannare, qui tam plenisunt eruditione, ut bac inflati tantum non rumpantur, agam tamen in illorum gratiam hoc in loco uerbosius, meiq; studij, & exercitiij rationem redam uberiori, ut mihi & in praesens & in reliquum (si Deus concesserit) aliquid scripturo, equior sit illorum iniqüitas, & benignior illorum malignitas. Quod de exercendo stylo in Oratore suo precipit Cicero, & post hunc Quintilianus, illud nulla ratione perinde mihi uideor posse consequi, quam uertendis græcis authoribus, maxime ijs qui aliqua copia & orationis elegantia precellunt, cuiusmodi Lucianus est, dum & latimam & græcam linguam uno quasi compendio eademq; opera peradisco. Nam, cum hoc unum spectem, u & lingue insaniam emendem, et styli duriciem climem aq; expoliem,

O P V S C V L A

quis sane mentis hoc meum institutum in reprehensione positus est? At inquit argutuli, ut stylum sedulo exerceas nemo prohibet, aut tibi uertit uitio, sed istam editionis immaturae precipitantiam damnamus. Vides enim quam nos te tuicq; simulibus multo eruditiores nibil scribamus, et longe rectius quam tu sapimus, impetratam nostram stylum infantia traducere nolentes, quamquam hoc munus multo etiam belius quam tu admittit fratre queamus. Ergo uos doctissimi Platones, et Socrates, et Xenophontes et Pythagore, in hoc tantum taceatis, ut alios loquentes habeatis ludibrio, bella profecto causa uobis indixit silentum, que studioso mastigas ferre omnes in promendis proprijs continet ranis scriphijs taciturniores; Ceterum in calumniandis alienis laboribus Aristophanicis longe reddit loquatores. Quod si nemini quicquam in lucem edendum est, nisi absolute docto, male faciunt iam multi, qui ne intra mediocritatem quidem eruditionis consistentes mundum inceptis et pestiferis libellis obruunt. Quod si nemini quicquam inuulgandum est, nisi summe docto, permuli in hac felicissima optimorum ingeniorum fertilitate perperam faciunt libellos edentes, qui nondum summum illud eruditonis fastigium attigerunt. Nondum enim uspiam video summum illum oratorem, quem aut querit et instituit Cicero, aut Quintilianus fingit et imaginatur.

Et quis

L V C I A N I

Et quisquam audax erit etiam ex doctissimis, qui se summo
me doctum esse confirmare audebit, ac se scribendo nusquam
quam hallucinatum esse deierare audeat. Ut hoc etatis
summa est eruditionis, et cultissimorum ingeniorum
copia, ita non alia fuit maiori foede errantium num-
ero foecundior. Vide uero quot errorum labyrinthis
implicati sunt summis etiam ingenis Theologi. Quia in
errorum salebra hærent alij uiri, et doctissimi, et elo-
quentissimi, nec editis libellis sua errata peritaciter
propugnare uerentur. Neque uero tantum deliramus
nos iuuenes, sed senes quoque multi, et illi doctissimi
iam decurso etatis spacio multis inceptis et erroribus
suam canitatem primam contaminant. Dixerit aliquis,
ergo tu errata tua aliorum erroribus adducendis sublen-
uabis, et tueberis? Nequaquam, preclare hoc postu-
lo, in tanta tamen foede hallucinantium turba, ne leui
me forte errantem prorsus condemnandum atque reij-
ciendum esse putas, precor. Errant alij, et preclaris
uiri multorum exitio et offendiculo, ego hisce græcis
opusculis transferèdis permulti studiosis iuuenibus pro-
delle possum, quibus mea qualiscunque translatio in per-
discendo Luciano aliquanti adiumento esse potest. Quam
libet enim mediocris tralatio in græco auctore intelligen-
do, nonnulli adseri studiosis subsistunt. Hoc meū est de alijs

O P V S C V L A

idem conantibus iudicium, quod syncerementis argumē-
tum est certissimum. Quod autem idem alij de nobis
aut mei simulibus non sentiunt, aut iudicant, hoc huic
seculi prorsus depravati & male morati Fatis imputan-
dum est. Est enim, ut recte inquit Cicero, huius seculū
labes quedam et macula inuidere uirtutē. Eruditā hec
etas est, sed ita quoq; in iudicando peruersa, ita in dama-
nandis alijs procax, & propensa, ut ne apud integros
quidem amplius quicquam sit integrum, apud cruditos
nihil eruditum, apud synceros nihil syncerum, apud
amicos, nihil amicum & fidum, apud graues nihil gra-
uitate dignum, sed omnia quodam infelici & calamito-
so huic temporis Fato ævo uj kā tw feruntur. Ergo
cum ea sit iam rerum humanarum conditio, ut omnia ca-
lumnijs & obrectationibus & conuitijs flagellanda pa-
teant, nec sit iam in terris quispiam qui occultos sycophā-
tarum morsus & obliqua iudicia posse effugere, quis sa-
nè mentis cum tot optimis ac doctissimis uris communē
fortunam recusare uelit. Proinde, in praesens ego desin-
nam, hoc ientaculo uirulentum Sycophantam dimissu-
rus, honore prius honestis auribus habito.

Si tibi quod clamas Sycophanta maligne uidemur.

Scribere non culto barbara uerbo stylo.

Quæ tu sacrilega nisi stercora turpia lingua

Aiq; uocas cassa pntidiota nunc.

Cur iuuat ista tuo proscindere stercora mortuus?
 Cur proprio merdas perdere dente iuuat?
 Propterea ne tuo grauis balitus exit ab ore
 Stercora quod soleas scropha uorare mea?
 Hec nisi caussa subest, ignoro cur tua semper
 Sic oleant foedis guttis ora modis.
 Quem tu sueristi cunctos afflare, perinde
 Ut nares hominum spuma cloaca solet.
 Si mea quod clamas sunt turpia stercora scripta
 Hoc epulum comedere, si satur esse cupis.
 Non dubiam licuit nunc hosti apponere coenam,
 Sit sati illius tanta merenda gula.
 Si non contentus perrexerit esse molestus
 Igne culimarem sollicitabo focum,
 Prandia cocturus querulis sat digna palatis,
 Que sint ambrosijs equiparanda cibis.
 Attu cui uideor fari minus ore pudico
 Parce precor nostris culta iuuenta iocis.
 Non sumus infrenes in honestis uocibus osci:
 Exornat niueus pectora nostra pudor.
 Sed quid tentaculum sibi uult de stercore? talis
 Coniuic tali mensa paranda fuit.
 Si decet in cunctis rebus scruare decorum,
 Et res effanda est nomine quaq; suo
 Et mihi cum immundis turpi fuit ore loquendum
 Cum puris pure nouimus ore loqui.

CLARISSI

MO VIRO, DOMINO MICHAELI MA
STALLER, LEGVM DOCTO
ri Cyc. Vincentius Obsopaeus
Salutem.

Hactenus inuidiae respondimus, qua iam multo-
rum flagrant animi, ut antidoto quodam quamli-
bet leuiter premuniti, futuros Sycophantarum mor-
sus patientius sufferre queamus. Neq; enim decrunt qui
ista proboscē & violenter in reprehensionem sint raptu-
ri, quorum malignitatem, ubi semel in apertam offensi-
onem eruperit (ut non semper se celare potest inuidiosi
pectoris irrequieta improbitas) iusta iracundia coērcen-
dimus, ac planè uitii propulsabimus. Nec quenquam
horremus, nec diuīum pericimus illi. Supereft ut à nigris
& impuris uitiligatoribus ad homines candidos & sym-
ceros nostra conuertatur oratio, inter quos tu Michael
uir clariss. facile primas tenes. Neque enim obscuris ar-
gumentis animi tui candor nubi perspectus est, sed cer-
tis & infallibilibus. Ita enim animatus es, ut nullus la-
borem aut conatum reprehendere soleas, quamcumque
tandem rem quispiam aggrediatur, modo honestam &
laude non abhorrentem. Neque uero solum quantum
conatu

conatu successus responderit, animaduertendum existi-
mas, aut ubi ingenij imbecillitas rerum difficultate uicta
defecerit, sed ipsum conatum in laude ponendum cōtem-
dis, neque non studium, & diligentiam rei ardue exerci-
tio impensam, & adhibitam. Hanc uirtutem ego can-
dorem interpretor, quae te cum primis humanissime &
pulcherrime una cum alijs omnibus uirtutibus exornatū
esse animaduerti. Mitto rerum usum, quam prudentiam
uocant, ac pulcherrimarum disciplinarum cognitionē.
Ulad tuum peccus planè niueum, & candidum unice ex-
oscular. Atque haud scio, an illa sit uirtus extra hanc
alia, que perinde hominem reddat amabilem, & que
perinde hominem ciualem deceat, unde uere humani
appellationem meremur. Quid enim aliud dici po-
test humanitas, quam animi candor & sinceritas,
qua humaniter quorum uis laborem in aliquam lau-
dis partem admittimus, nihil non quod sano & re-
glo studio inchoatum est boni, consulentes, atq; errata
etiam in alio optimam in partem interpretantes. Hac
qui non preeditus est, morosa sua malitia nihil non in cri-
men rapit, quiduis reprobendit, contemnit omnia, ac
illi prorsus nibil recte fit, nisi quod ipse fecerit. Ad-
haec tam perdite elatis ingenij aliorum industria num
quam satisfit, nec arident aliena talibus, sed centum
sua probant usque adeo, ut pedorem quoque proprium

O P V S C V L A

suauius quam aliorum preciosa unguenta olere contenta
 dant, et deierare non dubitent. In tantum eiusmodi Syco-
 phagis imposuit illa animi execatrix philautia. Quora-
 sum ista: ut intelligas Doctor clariss. quanto magis isto
 rum hominum impuritatem detestamur, tanto impensi-
 us bonorum sinceritatem amplectimur. Quorum in nu-
 mero et tu mihi iure suspiciendus, et uenerandus es,
 propter eam quam dixi uirtutem, nempe candorem. Ut
 que hoc certa aliqua significatioe proprius cognosceres,
 non ueritus sum humanitati tue inter alias Luciani lucu-
 bratiunculas, quas per hanc hyemem in latinum sermo-
 nem conuersti, et haec sequentia opuscula offerre mune-
 ri, nihil dubitans, te non tam doni precium, quam dona-
 tis inspecturum animum. Atq; hoc libentius illud a me
 factum est, quod ex Harmonide magistro Timotheo di-
 cicerim, quorum utrorum iudicio nobis standum sit, et
 placendum. Negat enim ille hoc cuiquam conandum
 esse, ut probetur et placeat omnibus, quod ne Ioui qui
 dem Deorum omnium αὐτοκράτερι a Parcis conce-
 sum esse uidemus, sed summis placuisse uiris solidam lan-
 dem esse testatur. Ita mihi quoq; studio est, ut eruditis,
 et ingenii quantilibet paucis (quos ego magnos et sum-
 mos uiros uoco) hoc est, tui similibus meum probetur
 exercitium, et plane, ut ille inquit, Raris me iuuat au-
 ribus placere. Ceterum, quod nonnullis butius temporis
 Τεχνολόγις σερβιτος ή κακολόγιστη παποιοῖς
 difficco,

displiceo; non magnificiendum est, cum et ipsi non nisi sine sa-
rine hominibus, hoc est gloriofis militibus probentur. Quae
bus mos est ueluti mulis subinde mutuum scabere. Horum qui-
cunq; non fuerint approbat calculo, nihil sapient, nihil nove-
runt, sed pro male ferialis habendi sunt, ac planè quod Homo-
rus aut omnes à iugis. Bene uale, ut ornatissime, et nos
ama.

A D E V N D E M D. M I C H A E
lem Mastallerum, Vincentij Obsorci
Epigramma.

Ἐφασὶν ἐμετέρων τιμήν τε οὐ συνομασίωρ
εὐειδῆς Μιχαὴλ εὐρυκλέος κομικῶρ.
εἰδόν μὲν τίνακας γράφεσσιν κλύτα ἔργα παλαιῶν
καὶ ποσὺν ἀροδτῷ πέμπασιν αὐτοῖς.
εἴδότας τοι πάσις μείλιχον ἄρμονίδην.
τοῖς ἐπέθικα κάλισ μὲν ἐντίκρυ βαλάνεος
οἰκοδομὴν τὸν τέκτονι λαοδέλεω.
ὑσάπον μὲν σεάρχος ἐπεται βρομίσιος γελοῖσις
οὐγε τερ οὐσιν ἴνδιον ὑγατε κιασοκόμης.
ταῦτα δὲ ἀυταμάτως ἐπιμείλια σοὶ νῦν ἐπεμψας
τῶν πέμψας οἶστι οὐδὲν απειρότερον.
ταῦτα γένη αὐθερώπων πάντων φέσιν δινάσκει
εἰκόνες, αὐλαῖται, σκηνῆρα, λοεῖρα, σεάπται.

O.P.V.S.C.V.L.A

Απόλλων πάνταν ἦν μὴ τῶις ἐννέα μεσοῖς
δικηδονίῳ φοίαν πάνσοφθ̄ ἱρόδορος.
ὕτινα λ' οἵδε τότεώς τερέμι θύμεγδοσογεν; ἀλλ
οσσαι σκηπτοῦ χρσ, καὶ τε μίσθι: ὁσράχις. (τας
καὶ τὸν αὐλαῖον θρόνον τέρπωσιν ἀκήστα θύμορ
τικόνας, ἀνλυτάς, θερμὰ λοεζά, Βίβλοις.

S E L V C I A N I H E R O D O T V S
vel Action, Vincenzo Obsopœ
interprete.

Vitam uero et alias Herodoti uirtutes mihi imitari con-
cessum fuisset, non omnes dico, quibus ille præditus pre-
celluit, maior enim uoto hæc res fuerat, uerum unam ex omni-
bus, nidelicet aut orationum elegantiſimaru mundiciem, aut il-
larum numerosam concinnitatem, aut propriam et naturalem
lingue Ionicæ dictionem, aut sententiarum grauitatem et pra-
fiantiam, aut quecunq; alia, que et infinita sunt et elegantia
ille uno quasi fasciculo comprehensa posidet, omnem imitationis
speciem excedentia. Ceterum, quæ cum libris à se elucubratis
fecerit, tum quemadmodum paſsim in breui temporis ſpatio
apud Græcos in notitiam uenerit mihi et tibi et alteri cuiuscunq;
tandem imitatu haud quaquam fuerit difficile. Cum enīm reſu-
cta patria ſoluiffet ex Caria, recto cursu in Græciā delatus eſt,
ubi de ſe ipſo et cogitationem fuſcepit, quo pacto quam ce-
lerrime et minimo cum negotio inclaresceret, ac famigerabi-
lis fletet, cum ipſe, tum eius quoq; elucubrat et uigilat. At enim
obama

obambulanten nunc quidem Athenienibus, nunc autem Corinthiis recitare historiarum monumenta a se condita, mox Argivis aut Lacedemoniis, partim laboriosum esse existimabat et longum: partim cunctationem et moram non mediocrem in illo fore prospiciebat. Voluit ergo ne gotionem omne in compendium contrahere, neque ita particulariter innotescere, notitiam modice et pedetentum congregans et colligens. Callide uero obseruabat, si uspiam locorum Graecos una congregatos oculis deprehenderet. Comodum itaque instabant magna olympia, Herodus autem, hanc solam sibi uenisse occasionem arbitratus, cultus maxime erat cupidus, frequentissimis ludis obseruitis, iamque ex oibus locis collectis graecorum optimatibus progressus in Opisthodomum, non spectatorem sed certatorem se ipse exhibebat, cantillans historias memoria a se proditas, ac presentium aures orationis suavitate deuulcens, donec ex Musarum nominibus eius libri nobilitari et uocari cepti sint, et illis nouem existentibus. Primumde, iam omnes illum nouerant multo profecto magis quam Olympicorum certaminum uictores. Nec quisquam erat, cui Herodoti nomen inauditum fuerat, quem nonnulli ipsi audierant in Olympia, alij uero ex iis, qui ex ludis regresi fuerant audit a et ipsi percepérunt. Tum uero ubiunque in publico saltem apparuerit, certamen monstrabatur digitis. Hic ille est Herodotus, qui pugnas Persicas lingua Ionica condidit

O P V S C V L A

atq; conscripsit, qui uictorias nostras uenustissime concelebravit. Talem ipse laudem historiarum nomine consecutus est, in uno cōuentu ab omni populo totius Graecie commune nactus suffragium, non ab uno per lōrem precone ebuccinatus est, sed in omnibus quaqua uersum ciuitatibus, unde quisq; erat eorum, qui ad ludos publicos confluxerant. Hoc cum animaduertissent postea ad parandam cognitionem uiam esse compendiosissimam et Hippias illius gentis Sophista, et Prodicus Cuis, et Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, alijq; complures, orationes semper habuerunt, et illi in ludis publicis, unde in breui noctium sibi parauerunt. Quorsum uero tibi priscos illos percenseo, et scriptores, cum et hoc inter uetera cōmode locum habere possint. Etenim peribene Actionem quoq; pictorem Roxane et Alexandri depictas in tabula nuptias, in Olympiam pertulisse, ac imaginem spectrandam ostentasse, adeo ut Proxenides, quem tunc certaminum iudicem Greci constituerant, artis præstantia delectatus, Actionem generum si bi asceruerit. Sed queret aliquis, quod nam tantum adserit pictura miraculum, per quod adductus Proxenides, Actioni peregrino filiam suam nuptrum tradidicerit. Et equidem imago in Italia, quam egomet uidi, adeo ut tibi quoq; de ea compertam ueritatem dicere possim. Thalemus est supra modum elegans, et lectus nuptrialis usq; mentis instratus. Hunc uoxa locata est Roxane virgo corpo

corpore & facie venustissima, terram modeſtice intuens.
 Alexандri affiſtentis praesentiam honorifice reverens.
 Ceterum Cupidines quidā ridentes, alter quidem à ter-
 go ſtans digiti redimiculum auferit à capite, ac Roxan-
 en sponſo commonſtrat. Alter nimium feruiler à plan-
 tis auferit ſandalum, ut iam decumberet. Alius Alexan-
 dri chlamyde inuolulus, illum ad Roxanen pertrabit,
 ualde uiolenter annexus. Sed enim ipſe rex coronam
 quandam puerilę porrigit. Adeſt præterea & Parochus
 ſponsæ duxor Hephaſtion, ardentem faciem tenens in
 manibus, formoso admodum adolescenti annexus, hunc
 ego hymeneum eſſe opinor, neque enim uomen adſcri-
 ptum fucrat. Ex alia autem parte tabule, alij Cupidines
 in armis Alexандri colludebant, duo quidem bastans
 illius ferentes, eos mitabantur, qui ferendis oneribus
 grauari uidentur. Alij duo unum aliquem iacentem ſu-
 per clypeum, penè & ipſum, ut regem trahunt, ſcu-
 loris inuoluti. Porro unus in thoracem ſupine iacen-
 tem ingressus, inſidias tendenti ſimilis eſſe uidetur, ut
 illos ex improposito perterrefaciat, ubi trahendo ad ſe
 perueniſſent. Neque uero haec ludrica ſunt aut puer-
 ilia, & in quibus exprimendis temere elaborasset Aca-
 tion, ſed quibus Alexандri ad res bellicas amorem ad-
 umbrare uoluit, & quod eadem opera & Roxanes aq-
 more flagravit, & armorum curam per obliuionem
 non abiecerit. Quanquam uero et aliás ipſa imagine

O P V S C V L A

nuptiale quiddam reuera ostensum est, nempe Proxeniam
de natam ante Actioni fuisse desponsam, illaq; in matre
monium ducta abiit, lusis successiva opera Alexandri nup-
tias, sub rege sponsa ductore, pro nuptijs colore et pe-
nicillo exptesis ueras nuptias premium reportans. Pro-
inde Herodotus, regredior enim ad illam, satis superq;
sufficere Olympiorum ludos existimauit, ad faciendam
fidem Graecis cum scriptorem esse admiratione non indi-
gnum, qui grecorum gesta illis recitaret, quemadmodum
ipse fabritare solitus est. Ego uero, ac per louem Phili-
um uos precor, ne insanire me suspicemini, neque mea
me cum illius conferre uelle. Proprium fit mihi utr ille. Ve-
rum hoc mihi cum illo non disimile accidisse arbitror.
Etenim quo tempore primum in Macedoniam suscepit
peregre profectio ueni, apud meipse cogitabam, stren-
nue mihi aduigilandum esse, eaq; iam tenebar cupiditate
omnibus innescendi, ac quam plurimis Macedonum
uigilas meas ostendendi. Porro autem singulas adeun-
tem ciuitates, interea ingrauescente etate consenserere,
hanc quaquam facile factu apparebat. Sed enim, si con-
uentu nostro obseruato, dcinde progressus in medium
orationem propalam habuisset, sperabam omnibus ex-
tententia succedentibus uoti me compotem futurum.
Vos itaque conuenistis, ex singulis equidem ciuitatibus
quicq; praestantisimi, neq; non ipsa summa uniuersorum
Macedonum delectissima. Excepit uero uestrum con-

sententiam

L V C I A N I

mentum ciuitatis omnium optima, quia cum nulla experie-
te Pisa conferenda est, neque ea, que illic est loci angua-
stia, neque tabernacula aut tuguria ex suffocatio. Iam
neque conuentum celebrantes vulgaris sex aut turba
est, magis cupida spectandi Athletas, nempe ut quis Her-
odoti negligens, sed profecto cum rhetorum tum scri-
ptorum atque Sophistarum omnium celeberrimi, adeo
ut parum mihi deesse videatur, quo minus et mea actio
perinde ut Olympiorum celebris habenda sit. Ceterum
si me cum Polydamante, aut Glauco, aut Nilone
compositum contemplamini, ualde audax homo uobis
esse uidebor. Si uero ab illis memoria longe lateque auo-
cata, in hoc solum intenti fueritis, fortasse non admira-
dem uobis flagellandus esse uidebor, ita ut in tanto fia-
dio et hoc mihi sufficiat.

L V C I A N I

Z E V X I S, V E L A N T I O
C H V S, V I N C E N

tio Obsopco in-
terprete.

Habita nuper in confessu ueftro oratione, dormum
me conferebam. Per multi autem ex ijs, qui orati
essi interfuerant me accesserunt. Nibil enim probibere

N 4.

O P V S C V L A

opinor, quin et ista uobis meis iam familiaribus exposuam. Itaque accedentes porrecta dextra me consalutabant, et admiratione prosequentibus similes esse apparebant. Multo autem iuvere comitatu suo me deducentes, aliis aliisque exclamabant, laudabantque, donec pudore quoque me suffunderent uerentem, ne longe lateque dignitate lassum, quas in me congerebant relinquenter. Caput autem et summa laudationum hac illis fuit. Et omnes uno ore unam eandemque sententiam pre se serebant, confirmantes orationum mearum compositionem et sententiam per egrinam esse, ac multum in se se complecti nouitatis. Multo uero satus esse eam loquendi rationem sectari, que esset uulgator, et qua ipsi loquendo uerentur. O nouitatem. O Hercules dictio nem inauditam. Homo promptius et agilis. Certe nemo dixerit quicquam orationum tuarum cogitatione perinde esse nouum. Evidem illi id genus uerba permulta faciebant, prout quisque inter audiendum oratione mea affectus aut commotus fuerat. Aut quam alioqui talia mentiendi et assentandi aduersus me causam habuissent, hominem peregrinum, quem alias contemptui habentes, non magnificiebant. Verumtamen ego, neque enim tacitum disimulabo, non mediocriter illorum laude discutiabar. Tandem uero illis abuentibus, cum ad me redisset, mente atque animo sic mecum agitauit. Ergo tantum hac grata et uena fata scripta mea condita sunt, quod ad confuetam die cendi

LYCIANI

100

generationem formata non sint, nec iuxta communem
loquenduiam fluant, uerborum uero elegantum uibit
in illis admixtum est, ad veterem sermonis regulam et
canonem positorum, nulla preterea sententia argute de-
bta exornata sunt, nulla industria, nulla attice linguae no-
nere perpolita, aut compositionis harmonia, aut arte
ad amissim elaborata, sed ab his omnibus longe lateque
discrepant. Neque enim hec ipsa a presentibus laudata
sunt, sed uerborum nouitac illorum iudicio peregrina et
aliena uisa est. Ego uero stolidus hoc ipso eos, si unquam
ad me collaudandum subsilirent, potissimum adductum
impulsum. Verissimum enim illud Homeris esse persua-
sum habebam, nouam quaque cantilenam audientibus esse
gratissimam. Non tamen tantum laudis neque adeo sum-
mam, nouitati concedi uolebam. Verum hanc non aliter
et que cumuli loco adjici, et non nihil sancte ornatus ad
gloriam afferre. Sed ita, ut quae uera laude et auditorum
applausu digna haberentur illa essent. Itaque non mode-
ce cōmoucbar, penè eò adductus, ut illis fidem haberem
unum atque adeo solum inter grecos esse confirmantibus.
Atque id genus alia. Thesaurus autem iuxta prouerbiū
nobis carbones erant. Ac propemodum ut prestygiator
quispiam ab illis laudor. Volo itaque uobis pictoris institu-
tum denarrare. Zeuxis ille omnium pictorum prestat
uissimus, popularia et communia illa nequaquam pingit
resolutus est, aut admodum pauca, nempe heroas aut

Odyse.
lib. x.

O P Y S C V L A

Deos aut bella, semper autem noui aliquid comminfectum
de illi consuetudo fuit. Ceterum inter alia audacie sue e
gregia facimora et Hippocentaurum foeminae ipse Zen
xis adumbravit, aleutem abhuc uberibus pueros Hippo
centauros geminos nimium infantes. Illius pictura exca
plum nunc Athenis reposita conservatur, ad ueram ima
ginem accuratissime expressum. Ipsius porro archety-
pum Sylla Romanorum imperator una cum alijs rebue
aliquot praetiosis in Italiam missis cerebatter. Deinde in
xte Malcam Laconie promontorium, ut opinor, fracte
nauis oneraria atq; submersa perisse omnia, atq; ipsam
etiam pictaram. At enim uerae imaginis imago mihi uisa
est. Ac ipse, quoad eius fieri poterit, candem oratione no
bis adumbrabo, non per louem, quod pingendi ualde pe
ritus sim, sed quod abhuc in recenti nubi bereat memo
ria, quippe quam nuper admodum Athenis in pectoris
cuinsdam edibus uiderim. Ipsa quoq; admiratio, qua tunc
artem diligenter contemplando prosequabar, non parum
nunc mihi adseret adminiculi ad cuncta manifestus accla
randus. In cespite nimium florescente et uridi Centaurus
ipsa facta est, ea parte qua equam refert, tota humi pa
rita, pedes posteriores retro extendit. Qua uero parte
mulieris gerit imago, ea sensim subsurgit, usq; ad cu
biti longitudinem. Pedes anteriores ne illi quidem porre
stunt extensis sunt, ueluti iacentis in latere, uerum alter
quidem geniculatum inflexo simulis est, ungula retro tra
cta incisa

L V C I A N I

et laetus existens . Alter autem contra exigit ,
folium attingit , quemadmodum ferè sunt equi , subfilii
re molentes . Alterum infantes , alterum quidem an-
te se habet in ulnis complexum , quem humano more
nutrit , muliebrem mammam in os illi inserens . Alterum
nero ex equino lactat ubere , quemadmodum pul-
li à matribus lactari solent . In superiori parte tabu-
la ueluti è scopula Hippocentaurus quispiam , uidelicet
mulieris illius infantes uirinque nutricantis , mar-
tis prominenti capite ridens prospicit , haud quaquam
toto adparens corpore , utrum media parte equi , le-
onis catulum in dextra retinens , quem sustollu in hoc
ut pueros re ludicra cum risu perirefaceret . At re-
lique picturae partes , propter quas non ubique accu-
rata artis præstantia nobis idiotis cōparere solebat , nibi
losecus tamen summa industria erant elaboratae , uidelicet
linearum ductibus atque extencionibus rectissimis ,
colorum commixtionibus scientissimis , neque non tem-
pestuarum adiectionum circunductionibus . Insuper
decentibus imumbrationibus , neque neglecta magnia
studinis ratione , et mensurarum totius operis aequalita-
te atque harmonia , que omnia admirari solent pictio-
res , quibus studium est , ea omnia cognoscendi . Ego
nero eam in Zeuxide uirtutem et industriam præca-
pua laude extollebam , quod in uno eodemque argua-
mento habita diversitatis ratione , artis discrimen egregia

indicari. Verum quidem per omnia adornauit horridum atq; terribilem, ac ucheinenter agrestem, borrentem ca
pillio, cuto hirtum et hispidum, non per equinam tan
tum partem illius, sed per alteram quoq; qua humanam
refert speciem. Plurimam autem sublimibus illum fecit
humoris, uultum ridentis pre se ferentem, prorsus tamē
feruum ex montanum ac immansuetum. Tali quidem
imaginis horum expressum extulit. Porro, foeminae ad
equae pulcherrime imaginem adumbravit, quales cum
primis sunt ille Thessale indomita, necdum secessoris pa
tientes. Dimidiam uero mulieris partem, summa forma
ut elegancia, extra ambas auriculas, eas solas informes
reliquit, ex horridas. Porro autem corporum iunctiu
ra atque comixtio, quatenus muliebris pars cum equina
coit atq; coniungitur, sensim ex non dense subsurgens,
atq; ex lento accessu derivata, spectantium fallit oculos
ex altero in alterum perducta. Alter autem ex infantin
ibus, non secus atque pater agrestis est, ex iam in etate
tenera aspectu seu atq; terribilis. Neq; hoc, ut mihi
perpendenti uisum est, admiratione singulari carbat,
tum quod admodum pueriliter ad leoninum catulum re
spiccrent, interea uterq; dependens ab ubere, colore
matrem referentes. Hac ergo cum singulari artificio
Zeuxis expressisset, ipse quidem in eam uenebat cogita
tionem, ut putaret ob artis eximiam præstantiam atq;
excellentiam omnes in stuporem et admirationem spe
ctantes

stantes se duxerunt. Illi autem actum exclamatione
Aut quid aliud ficerent, pulcherrimo incidentes specta-
culo? Enimvero laudibus certam extollebat omnes,
quemadmodum & super me illi, nempe inuentum pere-
grinum, neque non nouum picturæ consilium ignotum
prioribus. Ut uero Zeuxis animoducitur, quod argumen-
ti nouitatem tantum illorum detinerentur anima, eoque
ipsa ab arte perpendenda abduceret, ita, ut negligens de-
rent exactam rerum expressarum diligentiam, effatus
discipulum, Age, inquit, o Niccion, inuolutam picturā
atq; sublatam domum auferite, etenim illi nos tantum ob-
iugicem artis materiam collaudant, eorum uero quoru-
elegancia exornata est, queque arte magistra absoluta
sunt, nullum illi dignantur habere respectum. Sed uia
est operis diligentiam argumenti nouitas. Ad hunc qui-
dem modum Zeuxis, & fortasse quor par egit commo-
tus. Ceterum Antiocho, cui cognomen erat Soteri, &
illa non dissonile quoddam accidisse fama est, in ea pugna
quam ipse aduersus Galatas habuisse dicitur. Si uultis,
et hinc uobis historiam ordine, ut gesta est, percensebo.
Cum non ignoraret & corporis uiribus & audacia Ga-
latas esse præditos, inusitatamq; illorum multitudinem
uideret, tum phalangem fortiter coniunctam, attero-
uero ensis thoracibus induitos bellantes, preterea in
profundam semper armatos uiginti quatuor ordinatos,
in utrumq; alicui cornu equitatum, qui uiginti milibus

O P V S C V L A

equitum constabat despertatum esse, potrō ē medio octo
ginea curus falcatos erupturos, ac cum illis bigas bis
sociens, Hec inquam cum uideret, spem ualde malignā
animo concipiebat potuisse uictorie, tanquā illis inni
stis existentibus. Siquidem ipse modice instruuo exer
ciu, neq; amplius neque pro belli dignitate et adpara
tu aut magnitudine sanè perquam paucos ducens aduen
uerat, ac illos quidem ut plurimum scutatos et nudos.
Sed enim ex ijs qui nudi erant, plures quam domidia pars
exercitus numerabantur. Itaq; iam de petendo foedere,
ferendisq; pacis conditionibus, et bello conuictientibus
me componendo secum agitabat. Atqui Theodatas Rho
dus, vir excelsi et generosi animi, instruende acie non
imperatus, cum praeceps esset, regem perturbato animo
esse non sinebat. Eterant Antiocho unde cū in exca
stu elephanti. Hos Theodatas uisit interea, quad ei
us fieri posuit, habere quam occultissime, ne ex acie quo
parentes conspicui fierent hostibus. Vbi uero tuba fa
gnum datum esset, ac iam infestis signis concurrendum,
et manus conserende forent, ac hostium equitatus im
pressionem faceret, et Galate aperta phalange carnis
immitterent, tunc unā cum quatuor elephantis ultimis
equitibus esse occurrendum docebat. Octo autem relin
quos aurigis et curribus esse immittendos. Hoc enim
facto, inquit, illorum equi perterrebuntur, ac retro fu
gientes ipsos Galatas illapsi impetum facient. Nec
opinio

opinonem eius rei predictae euentus frustratus est. Cum enim antea nullum elephanquam uidissent oculi ipsi Galatæ tum equi illorum, adeo novis & inopinatis elephâtorum spectaculo animis consternati sunt, ut longe abducâ belua constituti, posteaquam solum rugientes uidentur, dentesque candore relucentes uidissent, ueluti ex toto nigro corpore, tum etiam proboscides ad predam & direptionem faciendam sublatas, prius quam ab arcubus tela extorissent, ueris retro habenis nullaque seruato ordine auferunt. Sed enim pedites alter quantisper alterna cede semet hastis confodentes, calcabantur ab equitibus in illorum ordinem illapsis. Curris autem subuerfi, & illi deinceps denuo in suos non circa sanguinem serebantur, ac plane uexta illud homoni, subuerficiorius passim iacuere supini. At aero equi posteaquam semel à recta via auersi declinassent, elephantorum impetu non sustinentes, sessores dorso excutiebant. Curris strepabant proscindentes per locum atque dissecantes acutis falcibus, quoscumque ex amicis comprehendissent. Non pauci uero ut in tali tumultu cieci prosternebantur. Hos elephanti insequebatur, pedibus proterentes atque cōculantes, simul atque in altum proijcentes Proboscidibus unaq; rapientes ac detubus correptos transuerberates. Ad extremam illius summa ope annuitates Antiochæ uictoriâ pepererunt. Ceteri Galatæ, alij quidē dimicando occiderunt ingeti clade editi.

alijs autem viui capti in uictoris potestate peruenierūt, exceptis perquam paucis, quotquot praeuenientes fuga in montes fecerunt abdiderant. Porro autem Macedones quicunque cum Antiocho in prælum descenderat Pænus equebant, ac altus aliunde occurrentes regem coro nabant uictorem ex clamantes. At ille profusis, ut feratur, lacrymis: pudore afficitur, inquit, o milites, qui ibus fabis in hisce undecim stetit beluis; adeo, ut nisi specacula nouit as hostium animos perculisset, quid nos erga illos fuissimus? in tropicum nihil aliud quam elephatum iussit sculpere. Itaque iam hora est considerandi mea perinde censeantur, ut Antiochi adparatus bellicus. Etenim omnia alia pugna digna estimanda non sunt. Quidam autem elephantes ex peregrina territudine spectantibus metum et trepidationem incutent, ac plena prestygij, ea ab omnibus laude extolluntur. Porro, quibus ego confidebam, ea non admodum in illorum sunt sermone. Sed quia mulier centaurum depicta est, hoc solum est quod mentis stuporem, et admiratio nem inducit spectantibus, et quemadmodum est novum et monstrosum illis esse uidetur. Cetera vero ne quicquam a Zephyre facta sunt. At non frustra, etenim nos cum fingendi et pingendi artificij rudes non esitis, singula arte magistra spectantes, expendite, num solum ista digna sint, ut theatro spectanda monstrentur.

Luciam

LVCIANI.

LVCIANI

HARMONIDES, VINA
CENTIO OBSO.

poco interprete.

HArmonides tibicen quodam tempore Timotheum magistrum suum interrogavit, Dic mihi, inquit, o Timothee, quomodo mea arte possum evadere clarus et nobilis? Aut quid faciendum mihi existimas, ex quo in uniuersitate Grecie cognitionem uenturus sim? Nam alia quidem omnime studio et bene uolentia iam edocuisti, nempe exquisitum tibiae et accommodum usum. Mox lingulam tenui et modulanti spiritu insufflare, infra autem digitos apte adhibitos crebro sustollere ac deprimere. Deinde ad numeros ingredi, et modos facere concinno, choroque congruos. Postremo, conseruare singulorum concentuum proprietates. Quiddam in Phrygio attonitum, in Lydio turbulentum, grauitatem in Dorico, in Ionico sua uitatem. Hec, inquam, omnia te magistro didici. At cum que maxima sunt, et quorum gratia tibiae cognoscenda desiderio laboravi, nondum video, quo modo ab illa mihi paranda sit gloria, et apud multos celebris opinio, utque in multitudine cum existimacione aliqua clarus et conspicuus obambulem, ac pre-

O

O P V S C V L A

tercuntium digito commonestrer. Tum sic ubi propositam
lare apparuero, statim omnium oculi in me conuer-
tantur, ac me nominatim colleudantes dicant, *Hic
ille est Harmonides tibicen omniū præstantissimus.*
Quemadmodum quo tempore & tu, o Timothee,
primum ab ædibus patrijs e Boetia proscitus, tibi-
cinem agens Pandionidi, uictoriam in Aiacē furen-
te reportabas, ac melodiam tuo cognomine nobilita-
ras, nemo fuit, qui nomen tuum ignorasset, ac Theba-
num illum Timotheum. Sed & nunc ubique sal-
tem in publico apparueris, certatim ab omnibus ad
te curritur, ueluti ad Noctuam reliqua auxilie stur-
natur & graculatim conuolitant. Et hec sunt,
quorum nomine aulodus fieri optauerim, tum quo-
rum gratia tantum laborem strenue exhaucrum.
Quandoquidem tibia canere per se circa fame &
existimationis accessionem, haud ualde concupisce-
rem, si in obscuro mihi delitescendum foret, tametsi
bac arte ad amissum exornato, non si Marphe aut
Olympos similis cuasurus esset delitescens. Si que-
dem incelebris & occultæ, quod aiunt, musices nul-
lus est respectus aut utilitas. At qui tu, inquit, &
ista me doce, quomodo mihi me ipso recte utendum
sit, tum etiam arte. Ac tibi duplice nomine habe-
bo gratiam, cū propter tibiæ peritiam, qua me exco-
luesti, tum, quod maximū est, propter gloriam, quam
ex illa

ex illa consecuturus sum. Adhac autem illi ita respondebit Timotheus, Atqui o Harmonide, rei, inquit, non vulgaris aut mediocris amore & cupiditate ardes, id quod scire potes, nempe laudis & glorie, utq; fama celebris sis ac uulgo notus. Hanc autem quam tibi ad hunc modum in medium multitudinis progressio, artem ostentando, consequi in animo est, multi ac longi laboris opus aggredieris, tamen ne sic quidem amiuersit cognoscant. Etenim ubi gentium, aut theatrum, aut stadium ita magnum inueniri potest, in quo omnes Graeci tibia canentem te audiunt? Ut autem aliquo pasto illis immotescas, ac cui uoti desiderio tandem potiaris, & hoc ego tibi subiiciam. Vt re tu quidem arte tua, et in theatris nonunquam, parum tamen tibi curae sit promiscua uulgi multitudo. Porro compendiaria & facilima ad parandam gloriam via hec est. Si collectis Graecie optimatibus, et paucis illorum, quicunque dignitate & autoritate precellunt ceteros, atque indubitanter viri magni sunt, & admirandi, & aliorum omnium antesignant, quorum fides in utraque fortuna spectata sit, ijs, inquam, si artis tuae egregium specimen exhibueris, illiique laudis sue testimonio te cohorestauerint, omnibus græcis in puncto temporis te lange, lateque innotuisse putato, & passim inclaruisse. Et ubi

OPVS CVL A

de in quod compendium tantam rem tibi contra-
xerim. Nam siij, qui omnibus noti sunt, & quos
nemo non admiratur, tibicinem præclarum & ce-
lebrem te esse cognoscent, quorsum tibi uulgi iudi-
cio aut opinione opus est, tantum eos sequentis, qui
meliores sunt rerum expensores & iudices? Siqui-
dem popularis ista multitudo, sc̄rē semper que opti-
ma sunt ignorat, cum maior illius pars manuarij sint
opifices. Ceterum, quemcunq; illi laudibus illustra-
uerint, qui relatos uitæ splendore & dignitate an-
tecurrunt, eundem nequaquam temere laudari planè
persuasum habent. Itaque magnorum uirorum in-
ducti præconio laudant & illi. Quippe in ipsis quo-
que certaminibus multi spectatores athletis nonnun-
quam clare solent applaudere, non raro etiam sibi-
lis illudere, penes tamen se p̄tem, aut quinque, aut
quocunque tandem fuerint iudicandi, potestas repo-
sita est. His magistri sui consilijs parum obsecu-
tus est Harmonides. Etenim inter tibias, ut fertur,
cum primum in musices certamen descendisset, ma-
gna contentione insufflans, in ipsam tibiam inspiran-
do exhalauit animam, & incoronatus atque exani-
mis eadem ratione prima & ultima uice tibia canen-
di usus in scena corruit, celebratè populo Dionysia.
At sanè Timothei tam prudens oratio, non tibicini-

bus, neque solum Harmonide mihi dicta esse iude-
 tur, acrum omnibus quicunq; appetentes sunt glo-
 riæ, ingenij aut artis suæ specimen publice exhiben-
 tes, ac multitudinis laudem suppliciter ambientes.
 Quare, quo tempore & ipse non dissimilia de rebus
 meis agitabam animo, quereremq; quo pacto quâme
 oxyphime apud omnes inclarescerem, prudentissimū
 Timothei consilium secutus, considerabam, qui name
 in Repub. omnium foret prestantissimus, cuiq; plu-
 rimum fidei apud alios foret repositum, tum qui pre-
 omnibus alijs esset acceptissimus. Proinde, talis eu-
 nobis apparere debebas iusto omnium sermone, ue-
 luti uniuersæ virtutis caput & summa, ac talium ren-
 rum gnomon & recta regula. Porro, si mea tibi spe-
 ttanda et excutienda offerrem, tuq; ea prosecutus
 essem laudibus, essent haud dubie ita apparitura.
 Egoq; iam uotis tantopere speratis potitus essem in
 uno calculo omnes asscutus. Aut quem tibi in eli-
 gendo preferens, non iure optimo deliquisse in ba-
 bendo detectu existimarer. Itaq; iuxta proverbiū
 in uno uiro iconius aleam. Sed me hercle non aliter
 factum est, atque si omnibus ubiq; hominibus meam
 in dicendo facultatem ostendisse. Quippe in con-
 fesso est, quod & separatim singulos & collectim
 uniuersos ipse solus morum bonitate atque ingenij

O P V S C V L A

gloria exuperaris. Lacedemoniorū reges alijs omnī
bus unicum tantū calculum ferentibus, ipsi soli pre-
ceteris duos ferre solui sunt. Tu uero & Epboros
præterea & senes, in summa, uniuersos calculorum
multitudine in disciplinis excedis. Quin etiā in prē-
mis tu candidū & saluti ferè semper suffragantem
calculū addere consueisti, quod non mediocrem in
presentia mibi addit anīmū, alioqui propter audacis
facti magnitudinē iure optimo metuenti. Sed et illud
per locum non uulgariter me consolatur, quod mea
non prorsus à te sint aliena, qui et ex ea urbe sum ori-
undus, quam tu per sepe primum quadem priuatis
officijs tandem etiam publicis uiuisti perbenigne &
liberaliter. Itaq; sicubi & nunc in peiore multi par-
tem calculi uergerint in oratione, ac paucior erit me-
liorum & candidorum numerus, tu adiecio Mē-
nerua suffragio, ex te ipse defectum suppleto, tñq;
Familiaris censorem & correctorem te egisse puta-
to. Atqui ne hoc quidem contentus ero, si antebae
multi me admirati sint, si iam per ora utrum clarus
ego & celebris uolitem, si orationes meæ audientiū
laudibus respondeant. Omnia illa uentosa & cuan-
da, ut est in proverbio, sunt somnia, & uerborū um-
bra. Ceterum ipsa ueritas in præsens certissimis ar-
gumentis declarabitur. Ille exactus erit mecum be-
cubra

L V C I A N I

cubrationum finis & terminus, nec amplius ambiguitati locus relinquitur, ne tantū quidem, quod uel nullus mentem aliquo dubio distrahat, sed aut optimū iuxta disciplinas estimandum est, quod tibi adportet gloriam, aut omnium. Sed meliora prostrenda & magis omnia iora ad tantum certamen eunt. Videas nunc uero, o superi, hominū opinione et existimatio ne non indigni, ac eam que nobis ab alijs euentura est laudem confirmate, ut in posterum fidenti animo ad ampliorem perueniamus. Quippe omne stadium minus reformidandum est ei, qui magna Olympia deuicerit.

L V C I A N I

HIPPIAS, VEL BAL-

NEVM, VINCEN-

tio Obsopœo in-
terprete.

Eos ego uiros sapientes cum primis laude celebrandos esse existimo, quicunq; nō orationes salutem magna industria elaboratas, ac singulis de rebus memorie proditas posteris reliquerunt, sed operibus quoq; nō dissimilibus ea que orationibus amplius ex magnifice polliciti sunt, cōfirmarunt. Quippe

O P V S C V L A

egrotus, cui quidem pectus sapit, non eos accerfit
medicos, qui super arte multa luculente & excellen-
ter disputare nouerunt, sed qui usu medendi illam
diu multumq; exercuerunt. Potior autem et maio-
ris precij habendus est, ut mea fert opinio, musicus,
qui psallendi & pulsandi cithare peritia exornatus
est, quamvis, qui tantum rhythmos & concentuum
harmoniam indicare nouerit. Quorsum enim attra-
uet bellorum atque exercitus duces tibi enumerare
non iniuria optimos, & prestantissimos hominum
opinione iudicatos, quod eorum uirtus nedum in in-
struenda acie & militum animis tempestiuia oratione
accendendis & inflammmandis eluxerit, sed quod in
prelijs quoque fortissime dumicando optime se gesse-
rint, ac manu no secus, quam lingua prompti memo-
rabilia facinora ediderint. Cuiusmodi ex uetus illis
Agamemnonem & Achille, ex paulo aut recentiori
bus Alexandru et Pyrrhu fuisse cognouimus. Quor-
sum uero ista percensur? Nō quod alia ratione bistori-
am edere statuens, harū rerum mentionē fecerim, sed
quod ex mechanicis quoq; eos laude & admiratiōe
non indignos putem, quicunq; uisendis operibus ali-
quam ingenij famam sibi parauerunt, eademq; ope-
ra artis sue egregia monumenta post se relique-
runt. Quandoquidem illi, qui solis semet orationia-
bus exercuerunt, multo insius Sophistarum quam sa-
pientium

plentium appellationem meruerunt. Talem multorum relatu percepimus fuisse Archimedem, ac Sonstratum illum Cnidum, quorum alter de Ptolemaeo subiugato uictoriam reportauit, ac Memphis, sine obsidione fluminis intercepti auerſione occupauit. Alter singulari artificio hostium triremes abſumpſit. incendio. Tales quoq; Milesius ante illos Croſo Lydorum regi pollicitus, exercitum ſicco pede ſe traiceturum, ſua induſtria in unius noctis ſpatio Alyſ fluij alucum à tergo exercitus deriuatum circumduxit, tametsi è moechanicorum numero non fuerit, uerum alioqui magna intelligentia & singulari ingenij acumine preeditus. Etenim, quod de Epeo ſcritur com-
mentum peruetus eſt, qui non tantum Achiuis equi macbinam fabricasse, ſed una cum græcorum opti-
matibus in eam conſendiffe perhibetur. Inter hos
et Hippie huius, quem noſtra memoria uitiffere con-
ſtat, meminiffe equum puto, utri dicendi facultate
et studio ita exercitati, ut cum quouis ex priſcis illis
et ueteribus optime conſerre poſſit, præterea qui in
genij acrimonia atq; intelligentia mulium precellue-
rit, quique interpretando multa perspicuitate uſus
ſit. Caeterum, opera ipſis orationibus longe preſtan-
tiora exhibebat, et que arte ſua pollicium fuerat re
ipſa abſoluta reddidit: neq; uero in talibus ſaltē pro-
missionibus, in quibus illi qui etate cum precesserūt

O P V S C V L A

feliciter floruerunt, sed iuxta geometricam quoque rationem proposita (quod auunt) linea triangulana recte potuit describere. At qui aliorum quisque unū quiddam ab arte deceptum & singulare opus exercuit, in quo parata sibi hominē opinioē aliquis esse yisim est. Porro ille primā rebus mechanicis perpolitus, ne dimensionum quidem geometricarum ruditis fuit, nec ab harmonicis & Musicis alienus apparuit. Ac unumquodq; ex illis una eademq; opera ita perfecte cognitum demonstravit, quasi in eo solo cognoscendo elaborasset. Multi uero temporis res esset eius laudare industriam circa radiorum, & repercussionum ac speculorum expressionē. Præterea quanta in astronomia cognitione excelluerit, in qua oēs eos qui annis cū anteiuerunt pueros esse ostendit. Sed enim quenuper ipse uidi opera illius industria elaborata, que que mihi spectanti stuporem & admirationem inservunt, ea nūc in præsens referre non grauabor. Est enim argumentū commune, & in nostra memoria admodū frequens, balnei substructio, solertia autem et in cōmuni illo argomento singularis admirationis spectatur industria. Locus erat prorsu inæquali deformatus planutio, declivis et arduis, quem ille occupans ex utraq; parte magnopere būndē, utrimq; soli altitudine equauit, firmamentū munūficiū omni futuro operi subiiciens, fundamentorū positione sub struendū

L V C I A N I

119

Bruendi edificij certitudinem cōfirmauit, fastigis uero magnopere prēruptis ex præcisis, et ad firmiorē cōuincitionem cōplicatis totū opus cosolidauit. Ceterum, que substructa sunt loci magnitudinem mēsuræ quantitate non excesserunt, sed edificij proportionibus cōuenientissime atq; decentissime respondērunt, lucis ubiq; infuse rationem constanter custodiētia. Portarum altitudo latos ingressus retinens, supra magis quām erecta ad ingredientiū cōuenientiā informata fuit, ingredientē uero statim domus cōmnis excipit, sufficientem exhibens pedissequis et iuistris conuersandi amplitudinē. Porro, ad leuamcamerā sunt ad delicias exercēdas substructae. Proinde et ista in balneo decentissime sunt obseruata, amoenū luce multa illustrati recessus. Deinde, domus illorum quam quidem longe præstantiorem quām ut lauacro conueniat dixeris, per necessariam tamen ad melioris nota homines et opulentiores suscipiendos. Post hanc utrinq; sufficientes exuentibus ad reponēdum uestitum habitationes. Ac media domus et fastigio excelsissima, et iucundo lumine amoenissima, tres aquæ frigidæ piscinas in se complectitur, laceno lapide exornata. Sunt etiam in illa statua geminae ex albo lapide antiqui operis et artificij, altera quidem sanitatis, altera uero Aesculapij. Ingressos autem extipie domus sensim ac gradatim tepescens, calo-

O P V S C V L A

re non insuavi occurrente, que in longum porretta,
ac circum circa orbiculatum extorta est. Post hanc
ad dextram habitatio est magnopere amoenā et ele-
gans, copiam delicatis et uoluptuosis uentionibus
exhibens, ex utraque parte habens aditus et ingres-
sus lapide Phrygio ornatiſtine decoratos, à pale-
stra ingredientes fūſcipiens. Que deinde hanc con-
ſequitur habitatio, omnes reliquas pulchritudine ex-
cedit et elegantia, et ad ſtandum ſedendumq; accō-
modatissima, et ad diutius immorandum minime
noxie, tū ad uolutandū utiliflma, et ipsa lapide Phry-
gio ad ſumnum uisque fastigium expolita relucens.
Deinceps uero locus thermis dicatus, lauentes exci-
pit, nomade lapide extuctus. Porro, interior habi-
tatio omni amoenitate referta et elegantia, plurima
luce conficiua eft, ac instar purpure floribus et ue-
nustate renitet. Adhuc tria labra thermarum ex-
hibet. Porro autem tibi iam loto non integrum eft
per easdem habitationes regredi, ſed ea que ad fri-
gidam tendit uia per uaporarium lento te pore calc-
ſeens regredendum eft. Et hec omnia copioso lumi-
ne illuſtrata, et multo diei intus lucentis ſplendore
exornata ſunt. Adhuc ipsa fastigia ab aedificio non
discrepanlia, tum latitudines longitudinibus apicē
coherent: in ſumma, multa ubique reluet ſiamma
cum elegantia et uenustas, et gratia. Elenim iuxta
elegantissi

L V C I A N I

elegantissimi Pindari preceptum, opus exordientibus facie eleganti et splendida exornandum est. Hoc certe cum primis in huic domi subtractione cum ipso lumine tum fenestris obseruatum est. Etenim sapientia ut reuera fuerat Hippias habitationem frigido lauacro destinatam ad boream tendentem instituit, nec aeris meridiani expertem. Reliquas autem multum fruoris et caliditatis requirentes Norbo et Euro ac Zephyri flatibus subiectas opposuit. Quid ad hec tibi palestrae memorem, et uestes asseruantium communis habitatiunculas, compendiosam circa ambages uiam que ad lauacrum ducit habentes singularis utilitatis capienda et incommodi uitandi gratia. Ne que uero quis me suspicetur opus modicum proponere tem orationis lenocinijs atque uerborum ampullis extulisse. Siquidem in rebus communibus et publicis noua elegantiae signa atque inditiae excogitare, non mediocris aut contemnenda sapientiae argumentum ego esse opinor. Quo in numero et hoc opus admirandi illius Hippie opera ad unguem elaboratum merito babendum est, quodque nobis ab illo ostensum est, omnes balnei uirtutes complectens, utilitatem, opportunitatem, perspicuitatem, mensuram et quantitatem in omnibus apte obseruaram, nec loci neglectam commoditatem, tum tutum lauandi usum exhibens. Praeterea omnibus alijs industrie atque solertia officijs ab

O P V S C V L A

solatum, biuiorum & ambituum duplicibus secessibus, multarumq; ianuarum patens egressibus. Quis etiam horarum geminis indicis idem balneum exornauit, uno per aquam & sonitum, altero per solem. His inquam usis nec debitam & conuenientem tam illustri operi reddere gratiam non insipientis solam, sed etiā ingrati, aut potius inuidi mibi usum est. Itaq; ego pro uirili, cum opus ipsum tum architectum & artificem orationis meae laudibus euexi & persolui. Ceterum, si Deus aliquando concederit & laundi copiam, non dubium est, & alios permultos in laudum mearum partem mecum uenturos.

LVCIANI

ALLOCVTIO, VEL BACCHVS.

Vincentio Obsopœo

interprete.

Quo tempore Bacchus aduersus Indos ducere exercitum instituit (nihil enim prohibet ut mea fert opinio fabulam uobis Bacchicam percensere) ferunt usque adeo eum initio ab Indie in colis fuisse contempnui habitū, ut accendentem etiam subsannarent. Magis autem temerariam illius aedatiam miseratione prosequendam esse opinabantur, tanquam actuum ab elephantis proculcandi, si acie instructa

infracta illis occurrisset. Siquidem inaudiuerant,
ut ego existimo, ab exploratoribus absurdā et mon-
strofa de illius exercitu renūciantibus, quemadmodū
eius phalanx et cohortes ex mulieribus insanis et fu-
rentibus collectae forent, thyrso redimitis, pelles cer-
uinas induitis, et hastas quaspiam paruas gerentibus
nulla acie ferri acumimatas, et illas ex thyrso conse-
ctas: tum scuta quæpiā leuia et resonantia si quis sal-
tem uel leuiter attigisset. Quippe clypeis assimilabāt
et tympana, esse præterea in exercitu iuuenes quo spī-
am agrestes et nudos, qui saltarent chordaca, caudas
babentes et cornua, qualia frē bœdis receter natis
solent succrescere. Ipsum autem ducem illorum in
curru uehi iunctis pardalibus, imberbem admodum,
ac ne tantillum quidem per genas herbescente barbi-
tio pubescentem, cornigerum, racemis coronatum,
nitra purpurea comam inuoluū, ac aureos cothur-
nos indutum. Cæterum, secundas ductandi exerci-
tus partes obire duos alios, unum quidem breuis sta-
tue senunculum, corpore perobeso et uentricoso,
fimijs naribus deformē, auribus magnis et arrectis,
tremulum, scipioni innitentem, pandum asellum
ut plurimum equitantem, amictum crocoto, et būc
siebementer fidū illius in ordināda acie socium. Alte-
rum uero hominē monstruosum, inferioribus corporis
partibus bacum referentem, crura crinitū et cor-

O P V S C V L A

nigerum, profunda insuper barba insignem, iracu-
dum, & animo ad furorem propenso præditum, alte-
ra manu ferentem fistulam, dextra uero incurvam
baculam, semet attollentem, ac tota castra circum-
saltantem, quæ mulierculæ exterrere solent, comasq;
mento diffusas concutere, quoties accesserit, neque
non uociferare euobis. Quo nomine, ut mibi cõfus-
ram facienti, nisum est dominum suum compellunt.
Itaq; greges à mulieribus iã discriptos esse, & ones
ad huc uidentes dilaniatas, quippe illas crudioras
esse plane uidebant. Hæc cum Indi & rex illorum
speculatoribus annunciantibus cognouissent, subla-
uis, ut par erat, cachinnis, ridebant, iamq; nequaquam
contra exercitum educere, aut instructis ordinibus
obuiam procedere illis deliberatum erat. Sed repu-
tabant, si cominus mulierculæ in eos impressionem
& impetum essent facturæ, illis & uincere turpe es-
se, & mulieres insipientes nec dare una cum du-
ce effeminate, ac scæ modico & uino, aduentio
etiam alio semiuiro milite, nudisq; saltatoribus per
omnia ridiculis facinus esse parum memorabile. Po-
stra uero, quam Bacchus regionem incendijs deuasta-
re, & urbis deuictis ciuitates igne absumere, ac sylvas
incendere annunciatiss est, iamq; in brevi temporis
spacio tota Indorum regio flammis conflagraret (etc
nim ignis Baccho iam usq; à fulmine paterna sunt ar-
ma) ibi

ma) ibtiam ritra moram armis induit, coactis ele-
phantibus et infrenatis, et turribus desuper positis
aduersus illos mouerunt aciem, etiamdum hostiles
exercitum extreme contemnentes, et iracundo ani-
mo ferocientes, neq; non elephantis cōminuere atq;
proterere properantes ipsis cum castris imberbem
illum imperatorem. Postquam uero propinquiores
facti sunt, et utraq; acies utriq; esset spectaculo, in
dilocatis ante exercitum elephantis Phalangem ade-
gerunt. Ceterum, Bacchus ipse in medio strenui im-
peratoris fungebatur officio, cuius dextrum cornu Se-
lenus, sinistrum Pan regebat. Porro autem Satyri
manipulares cōstituti ordinibus instruendis erant int-
enti. Signum omnibus erat Eusohe. Statim uero per-
cussa tympana instrepuerunt, ipsaq; cymbala clasti-
cina cecinerunt. Ac ē satyris quispiam correpto cor-
nu carmen quod Orthium dicitur occiniebat. Tum Si-
leni asellus bianti atq; diducto rictu martiū quiddam
atque terrible derudiit. Ipse uero Ménades cum ulu-
lato facto in eos impetu incurserunt, succinctæ dra-
conibus, atque ex summis thyrsis ferrum denudan-
tes. Indi autem et elephantes illorum ilico declinā-
tes nullo scruto ordine in fugam se dederunt, neque
intrateli iactum consistere sustinuerunt. Ad postre-
num autem omni ui capti atq; subacti sunt, et capti
ab abducte ab ijs quos paulo ante contempti

O P V S C V L A

fabfannauerant, re ipsa experti quād non aportarē
 rit prima statim fama adductos, peregrinum exerdi
 tum contemnere. Sed quid ad Bacchum ille Bap
 chus dixerit aliquis? Quia permuli mūlē uidean
 tur (ac per Gratias nos oro, ne me insantre aut pro
 sus temulentum esse suspicemini, si me a cum Dīs
 immortalibus concubero) idem erga orationum noui
 tates cum Indis perpeti, quemadmodum & erga
 meas. Existimantes enim, satyrica & ridicula qua
 dam, nimiumq; comica apud nos audiri, talib⁹ si
 dem habuere, atque haud scio quam illi de me op
 nionem induerunt. Alij ne exordium quidem affe
 quuntur, quasi parum necesse sit uinosis & lascivis
 mulierculis, & saltationibus satyricis ad elephanta
 tes descendentes. Alij uero, tanquam alii uis rei
 gratia uenissent, thyrſi loco inuento ferro, neque
 sic laudare audent inaudita rei nouitate perterrati.
 At ego fidenti animo illis annuncio, quod si in præ
 sentia quoque ut antea facere consuerunt festina
 tem spectare ſepe uoluerint, ac ueteres compoto
 res recordati fuerint conuiuium bacchanalium tunc
 temporis celebratorum, neque Satyros, aut Silenos
 contempserint, sed equo largius ad sanctatēm usq;
 ex craterē illo hanſerint, & illos bacchico numine
 afflatos indeoore insanuuros, neque non per ſepe
 nobiscum Enoche dicturos. Itaque illi, liberum enim
 eſt audire

est audire, quicquid animo suo gratum fuerit, faciant. At ego posteaquam adhuc in India peregre uerantur, statim & aliud quiddam eorum rerum que illuc aguntur, quod non ualde à Baccho abhorrebit, neq; à praesenti instituto alienum erit, percensere. Inter Indos quos Macbleos vocant, qui leuum Indi fluminis litus, si ad fluxum illius respexeris, incolunt atq; depascunt usque ad oceanum porrecti. Apud hos lucus est in loco sepibus obturatio & angusto, circumiecto tamen. Quippe thyrorum & uillium ubertas ibi prouenientiam locum opacitate sua pulcherrime inumbrat. Eo ipso in luco tres fontes sunt aquæ elegantiissime et lympidiissime. Quorum unus Satyris, secundus Panu, tertius Sileno sacer est. Ingriduntur uero, in lucum Indi quotannis semel diei solennitate Deum celebrantes, bibuntque de fontibus, non tamen indiscriminatim omnes de omnibus, sed iuxta etatem. Nam iuuenes ex eo qui Satyris sacer est, uiri ex Panico, porro ex Sileni fonte ij qui in mea etate constitueri sunt. Itaq; que pueris de fonte bibetibus accidit, aut qualia designet uiri iā numine Panos afflati, perlongū esset enumerare. Ceterū qualia senes factūt ubi iā aqua pota imebriati fuerint, nō alienū esse opinor narrare. Senex simulatq; haustam de fonte aquā biberit, ac eūdē iam Silenus ipse inuaserit, illicet

O P V S C V L A

iliad.

γ

ad prodigiū usq; obmutescit, hominem cui grauesit
 caput aut ebrium per omnia referens. Post id ex impro-
 uiso uoce clara & loquela graui tum spiritu dulciorū
 pū silentium, ac subito è mutissimo fit loquacissimus.
 Sed nec obturato ore illum compescueris, quo manus
 non continuis uerbis diffluat, longasq; orationes con-
 texat. Et profecto quecunq; dixerit, prudenter &
 ornate dicta sunt, ac iuxta Homericum illum rhetor-
 rem hybernis niuibus consimilia differit. Neq; uero,
 sufficienter eos cycnis secundū etatem conferre pos-
 sis, sed uocum densitate cicadas imitantur ac refe-
 runt, ac rotundum quiddam componunt in profun-
 dam usq; uesteram. Inde iam discussa ab illis ebrieta-
 te conticescunt, & ad antiquum morem redeunt. Ce-
 terum, quod inter haec maxime omnium admirandum
 est, nondum exposui. Quod si senex imperfectam,
 quam inchoauit orationem reliquerit, neq; solis oc-
 casu interueniente & temporis angustia exclusus cā-
 dem ad finem deduxerit, degustata iterum in annum
 subsequentem aqua, deinceps cetera percurrens ora-
 tioni inchoatae adiungit, que superiori anno dicen-
 tem non in tempore destituerat ebrietas. Istis ego mihi
 ipse sc̄omatibus Momi instar ludere uolui. Et per lo-
 uem nequaquam amplius affabulationem adducam.
 Iam enim haud dubie uidetis me fabule esse persimi-
 lem. Quare, si quibus in rebus delinquentes ballati
 nati sumus

multis sumus, in cassa fuit ebrietas. Si prudenter &
cordate dicta sunt quae produximus, constat Silenus
nobis fuisse placatum & propitium.

PRUDENTIS

SIMO ATQUE ORNATISS. VI

RO, DOMINO MARTINO

Viciss, Cui Augustano, Vis

centius Oforoauis.

Salutem.

Mirabilis et Cætæ & Adamanti ineffe creditur
et fertur, vir prudentiss. huic in attrahendo
ad se ferro, illi in uocandis a se nubibus. At his lon-
ge maiorem & efficacitatem uim ineffe uirtutiuide-
mus, qua nedum eorum animos qui in propinquuo
sibi sunt, ad se attrahit, sed remotorum etiam & igno-
torum mentes in sui amorem pellicit. Etenim pro-
pter uirtutis testimonium & commendationem saepe
numero etiam eos quos nunquam uidimus, amamus.
Nil enim, ut recte scripsit Cicero, uirtute est ama-
bilis, nihil quod magis alliciat homines ad diligen-
dum. Hoc uerum esse certis experimentis in te depre-
bendi, quem et si coram oculis nunquam uiderem me-
is, tamen propter honorificam multorum eruditon-

O P V S C V L A

riorum predicationem, qua, et ipse non vulgariter le-
 teris imbutus, omnium studiosorum et eruditorum
 amator atq; Patronus honestissime, atq; amplissime
 concelebraris, non possum non uehementer amare,
 ac tuam illam raram et omni preconio dignam utr-
 entem laudibus in caelum uehere. Ut enim, literarum
 excellentia reliquas res quamlibet preciosas facile ex-
 uperat, ita pauci nunc sunt, qui carundem precium
 intelligunt. Quo impensis illi laudandi et amandi
 sunt, apud quos literarum existimatio preclara est,
 nec sequuntur uulgi iudicium, literas unà cum suis
 cultoribus hoc tempore extreme fastidientis, neque
 non rectiora studia omnibus modis auersantis. Qua
 propter istam animi tui uirtutem et altitudinem me-
 rito magnificiendam atq; laudandam existimo, quod
 in tanta turba hominum humaniores Musas illibera-
 liter contemnentium ipse cum paucis alijs sano iudi-
 cio uentibus, et literas ames, carundemq; sectatores
 quoquis modo prouerbere non de dignaris. Macte ani-
 mo, uir ornatiss. sic iter ad alta sydera. Enthuero qd
 ad me attinet, nunquam desinam banc mentis tuae sub
 limitatem plane heroicam plenis (quod atune) buc
 cis et tibijs de predicare. Atq; ut eius rei initium ali
 quod sumam bonis auribus, libuit sequentia haec Lu-
 ciani opuscula de electro seu cycnis, et Dipsadibus,
 item de Halcyone seu transformatione, et Luciani cu

Hesiodo

L V C I A N I

Hesiodo dissertationem, sub nominis tui auspicijs edita inuulgare, nibil dubitans quim hæc studij in te mei pignora quilibet tenuia animo grato suscepiturus sis, donec munere quoipiam ampliori te pro ut dignus es demereri ex cohonestare queamus. Recte uale ut prudentiss. D. Urbanum Regium hominem uere regium nec minus plium et eruditum, meis uerbis honorifice consulutato. Norimberga Mensa Martio.

LVCIANVS DE ELECTRO

aut Cycnis, Vincentio Obscur
paxo interprete.

Quam super electro poëta cōmenti sunt fabulam, ea ex nobis planè persuasis fidem fecit, esse scilicet in ripis Eridani populos, quæ lacrymantes illud distillarent, Phætonem lugentes, eisdemq; Phætonis sorores fuisse populos. Deinde inuenis casum luctu prosequentes, in arbores fuisse communitatas, atq; etiamnum è lachrymis illarum eletrum defluere. Hæc inquam cum poëtas canentes audissem, in spem ueniebam, ut si quando ad Eridani luxora delatus essem, unam accedens ex arboribus ac recluso sinu ex cortice nonnullas me suscepturnas lachrymas, ut ego quoque eletrum posiderem. Et sanè non multo ante alterius negotij conficiendi gratia in loca iter habens denuni, ex erat mibi

O P V S C V L A

commodum traiiciendus Eridanus, neq; tamen cum diligenter omnia loca circū circa oculis obissem atq; perlustrasse, aut populos uidi, aut electrū conspexi, sed Phaëtonis nomen ne notum quidem erat incolis. Exquirente tandem me atq; interrogante, quādo uero ad populos electrum de se præbentes deuenimus, riserunt nautæ, atq; manifestius si quid uellem iubebant proloqui. Et ego illis fabulam ordine percensui, Phaëtona fuisse Solis filium, & hunc ubi iam adoleuisset, à patre postulasse, aurigandi copiam sibi faceret, ut unius dicti cursorum & ipse conficeret. Ceterum patrem filij precibus annuisse, ac postulata præstuisse, hunc autem inter aurigandum ē curru de lapsum & delectum perisse. Porro, illius Sorores lugentes eo loco alicubi inquam apud nos, ubi delapsus est apud Eridanum in populos fuisse transformatas, & iam fratrem lugentes electrum lachrymando emittere. Quicunq; inquiunt, hæc tibi dixit uanum eum hominem fuisse adparct, teq; dolis produxit et mendacijs. Nos uero neq; aurigam ullum delapsum nouimus, neq; eæ penes nos sunt quas tu iactas populi. Quid si quid eiusmodi apud nos esset, num putas duorum obulorum gratia nos ita laboriose remigaturos, aut nauigia aduersus fluminis impetum tracturos, quibus promptum esset minori negotio & sudore ducaserc, populorū lachrymas colligenibus?

Hec

116

Hec cum dixissent, non mediocriter sanè nautarum dictis sum pudore affectus. Confusus autem obtricii, quod reuera puerile quiddam passus fueram, habua fide poëtis adeo monstrosa mentientibus, quippe qui bus studio est nihil sani dicere aut literis prodere. Vnica igitur hac spe nec illa modica turpuer decepius indolui non secus atq; si ē manibus electrum de perdidisse, nimurum, qui iam mecum deluberabam quomodo illo petiſſimū uel uclim. Porro aut illud plāne pro certo apud illos inuentum tri opinabar, nem pe cycnos complures in fluminis litoribus modular tes. Ac rursus nautas interrogo, adhuc enīm nauē gabamus, Atqui cycni, quando tandem propter flu uijum consilentes dulcem illum concentum uobis ab soluunt ex utraq; parte liuoris? Siquidem et illos A pollinis accessores fuisse perhibent, homines canendi peruita et suauitate excultos et celebres, post id in aues esse commutatos, eamq; ob rem etiam nunc can tibus et modulis indulgere, necdum Musices esse ob lutos. Illi uero sublato rifu, tu quidem, inquit, o ho mo nunquam ne hodie finem facies patriam nostram et fluum mendatijs infamandi? Nos equadē sem per remigandi studio operam dantes, ac penē omnē à puero etatem laboribus in Eridano consumentes, paucos nonnunquam cycnos confeximus in flumi nis paludibus, qui incomptam et magnam hoccem

O P V S C V L A

Et sonum parum formum edere solebant, ita ut cor
nos aut graculos cum illis collatos, Sirenas esse con-
firmare possemus. Ceterum, dulce quiddam ex opta-
bile, ut tu dicas, ne in somnio quidem canentes unquam
audiuimus. Iaq; demiramus, unde nam ista de nobis
conficta in hominum opinionem uenerint. In mul-
tis enim, alijs facile ac promptum est credentes deci-
pere, ijs quibus singula queq; nullo magnificentium
morrere atque extollere moris est. Quare et ego
nunc de me ipso in metu uenio, ne et nos qui na-
peruenitis, ac uos primum auditis, electra quepi-
am aut Cycnos apud me inuenturos sperantes, tan-
dem non multo post abeat, et eos qui nobis magni-
fica de me sunt polluti, subsannetis, multas eiusmodi
uerborum diuitias in orationibus meis repositas affir-
mantes. At ego Deos testor, talia me ipsum de ora-
tionibus meis superbe et magnifice iactanciem, neq; à
nobis neq; ab alto quoquam unquam auditū esse, neq;
post quenquam ita insolenter agentem auditurum fo-
re. Neque tamen fieri potuisse nego, ut in alios non
paucos incidat quospiam Eridanos, quorum oration-
es non electrum solum, sed aurū quoq; destillat, qui
longo intervallo uocis dulcedine cycnos superant po-
ētos. Mea uero dicendi ratio quam simplex sit ac
minime fabulosa uidetis, neq; ullam habet modulari-
tatem admixtam. Quo circa uidendum est, ne idem
tibi impru-

LVCIANI

tibi imprudenti contingat, maiore de nobis spe animo concepta, quod per sepe solet accidere sub undis aliquid spectantibus. Si quidem existimantes tantam magnitudinis illa esse, quanta illorum ad parent obtutus, dilatante umbra splendorem, quibus iam sub tractis, multoq; minoribus inventis, discruciatum ameo. Iam ergo tibi predictum sit, ut effusa aqua ac meis reuelatis, nihil magnū expectes te hausturum, ante te ipse ob spem falso conceptam condemnabis.

LVCIANVS

DE DIPSADIBVS, VINCENT

tie Obsopao inter

prete.

Ea pars Libye que ad Austrum tendit, arena est profunda, et terra exusta solis ardoribus, deserta ut plurimum, frugibus in totum infœunda, campesiris universa, non gramen, non foenum, non plantani ullam nec aquam habens, nisi siccibi in terræ concavitatibus constiterint imbris et pluviarum reliqua, que tamen et ipse dense sunt, et mali odoris, et homini sitibundo minime potabiles. Has igitur ob causas inhabitabilis est. Aut quo pacto tandem possit locum ut aridus et implacidus, tum etiam aridus, ac frugibus ar-

O P V S C V L A

boribusq; iuxta infaecundus, quiq; tam molestis fer-
uoribus sit subiectus. Cum ipse quoq; calor & aer
nimium ardens sit & igneus? Præterea ipsa arena
magnopere feruens regionem prorsus facit inuiam
& inaccesibilem. Soli uero Garamantes ijs locis
fumimur, gens leuis atq; frugalis, uitam degentes in
tentorijs, uenationibus ut plurimum aluentes, non
nunquam irrumput uenantes iuxta solstium hyber-
num, sydere maxime pluvioso obscrato, quando ui-
delicet maior ardoris pars deforbuit, & extincta est,
& arena aspidis imbribus madefacta, & aliquo mo-
do peruareddita est. Venantur autem onagros, &
magnos struthiones humi uolantes, cum primis uero
simis, aliquando etiam elephantos. Hec enim ani-
mantia sola aduersus suum perdurant, tum magnope-
re sufferre possunt immodi ci & feruentis solis mole-
stias. Sed enim Garamantes posteaquam commeatum
quem secum ingredientes importauerant omnem co-
sumpserunt, iterum ad suos discedunt postlimino,
metuentes ne arena iterum incensa illis intercludat
aut difficulterem reddat redditum. Deinde, quemad-
modum in rei comprehensis & sibi ipsis pereundam
sit una cum preda. Siquidem omnis euadendi facul-
tas sublata est, si quando sol subtracto humore, ex re-
gione celerrime exiccata, feruere incepit ardento-
ribus radijs emisis, ueluti ad humiditatem acuminas-
tis. Illa

L V C I A N I

116
tis. Illa enim, igni nutrimentum suppeditare solet.
Et sane hæc omnia que mihi haecenius dicta sunt fer-
næ, suis, solitudo, sterilis soli infœcunditas, minus
uobis uidebuntur grauia, pre hoc quod dicturus sum.
Et ob hoc ipsum oibis modis regio ista fugienda est.
Omnis enīm generis is locus serpentes alit perma-
gnos & uarios, multitudine innumeros, formater-
ribles, ueneno præsentissimo inexpugnabiles. Et
partim in cauernis subterraneis excubates, ac in are-
na secessibus degentes: partim uero superne repen-
tes, nempe Physallos, aspides, uiperas, cerasias, bu-
prestes, tacula, amphisbenas, dracones, et duplex
genus scorpionum. Vnum terrestre et pedibus ingre-
diens permagnū, multis corporū uertebris insigne.
Alterum aërium & uolatile alis tenuibus, cuius mo-
di scerè sunt locustis & uefpertilionibus. Istiusmodi
auibus multis circunuolantibus inaccesſibilis et inse-
ita redditur illa Libya. Cæterum serpentum omnium
nocensissimum, quos arena nutrit, dipsas est, serpens
non admodū magnus, uiperae similis, violento ictu,
ueneno crasso, dolores illico inducens intolerabiles.
Ardores enim immittit inextinguibiles & putredin-
nes, & totum corpus adurnit incendio. Et qui ab illa
icti fuerint, clamant nō secus atq; illi qui in ignem co-
recti sunt. Quod autem illos omnium uehementissi-
me affligit & torquet, illud est, nempe cruciatus fer-

O P V S C V L A

penit respondens cognomine . Eius enim mortales
 mox sequitur bibendi sitis inexplicabilis , ex ultra mo-
 dum sitiunt . Et quod maxime admirandum est , quan-
 to plus biberint , tanto magis potum expectunt , ac
 subinde magis atq; magis potando crescit bibendi de-
 syderium . Neq; illorum situm extinxeris , tametsi to-
 tum Nilum aut Danubium cōpotandum p̄fūteris ,
 uerum errigandi sedulitate morbum incendis . Quæta
 admodum si quis oleo ignem conetur extinguerre .
 Eam uero incurabilis morbi caussam adferre solent
 medici , uenenum Dipsadis cum crassum esse con-
 sueuit , posteaquam potur ignatum fuerit , continuo
 mouetur atq; incenditur , atq; etiam humidus ut per
 est redditur , & per omnia membra diffunditur . Ego
 uero neminem unquam tali affectum morbo aut labo-
 rantem uidi . Et faxint superi , ne unquam mihi con-
 tingat uidere hominem bis confictantē cruciatibus .
 Sed ne omnino quidem unquam ingressus sum Libyā
 & recte mihi scisse uideor . Porro autem , epigram-
 ma quoddam audiuit , quod mihi unus ē familiari-
 bus pro certo confirmabat , se ipsum legisse supra sta-
 tuam uiri adhunc modum Fato functi . Qui , ut aie-
 bat , in Aegyptum uer faciens , magnam syrtim pre-
 scribat , neq; enim alia eō perueniendi via patet . Ibi
 in littore obiter ad sepulchrum esse delatum , ac pro-
 pter fluxum ipsum astantem uidissem statuam exte-
 tionem

119

xionem indicantem. Quippe supra illam sculptum
esse hominem quendam, qualcm ferè pingere solent
Tantalū in media palude consistentem, ac undas hau-
xientem non aliter ac si biberet. Bestiolam autem,
nempe Dipsadā illi inherentiē, ac pedi eius implica-
tam. Tum mulieres quaspīā aquam ferētes, eademq;
opera non paucas illi candem potandā affundentes.
Insuper oua quoq; adiecta conspicuntur, qualia ferē
strubcionum illorum esse perhibentur, quos Garamā-
tas uenari supra memoravi. Esti autem epigramma q;
scriptum, quod & hic referre nō alienū esse opinor.
Talia passus erat quoq; Tantalus Aethyope cretus

Qui nullo potuit fonte leuare sitim.

Tale nec ē Danao natas implere puellas

Aſiduis undis uas potuisse reor.

Erant adiecta adhuc et alia quatuor carmina de ouis,
quemadmodum et tollens à Dipsade percussus sit, sed
illa memoriter non teneo. Itaq; oua colligunt, cāq;
studioſe gentes uicime indagantur, non edendi tam-
tam gratia, sed illis evacuatis pro uasis & instrumen-
tis uentur, plurimum uero ex illis pocula prepa-
rante. Neq; enim ſigulimā exercere poſſunt, propter
terram arenosam. Ceterum magnis & capacibus in-
ueniunt, etiam pīlos ex illis conficiunt, ſemper ex
ouis ſingulus geminos. Cuiusque enim pars dimidia
apertum et ſufficientem pulvri preſtat tegēdo caput.

O P V S C V L A

abi ergo iuxta oua dipsades insidiosè excubant, tui
accidentem quempiam, mox ex arena prorepentes
morsu infelicem feriunt. Ille uero ictus ilico incur-
bili morbo affectus tali a patitur, que paulo ante à me
relata sunt, subinde bibens, ac uebemenius sitiens,
cum tamen nunquam sedata siti repleri posset. Hec
per iouem nō in hoc à me dicta sunt, ut ambitiose cū
Nicandro contendarem, neq; ut uobis planum face-
rem, quām non neglectui dederim Labycorum serpen-
tum nosse naturas. Medicorum enim magis ista laus
est, quibus haec necessario comperta esse debent, ut
in tali casu egentibus opem ferre pro artis sue pro-
fessione queant. At ego mihi uideor, & per Phidi-
am, ne iniquo feratis animo comparationem serinam
existentem, non disimile quiddam ergo uos pati, cu-
iusmodi illi patiuntur grauiſſime, quo morsu dipsa-
dis percussi sunt. Quo enīm crebrius ad uos itare fo-
leo, hoc magis atq; frequentius ad uos eundi me uc-
usat cupiditas, & planè siti adiutor intolerabile, uide
orq; mihi tali nunquam expleri posse de syderio, &
quidem iure optimo. Vbi enim adeo claram & con-
spicuam aquam possum consequi. Quare ignoscite, si
& ego ictus animo, hoc morsu iucundissimo & salu-
berrimo prolece & abundantiter me impleo, capite
scaturienti subiecto fonticulo. Dummodo me non de-
sistane unde à uobis influentes, nēc effuso audin-
endi flu-

endi studio blantem & sittenē descratis. Nam quod ad meam erga uos fidem attinet, nihil prohibebit subinde bibere. Etenim iuxta sapientis Platonis sententiam, rerum uenustarum nulla est satietas.

L V C I A N I

DISSERTATIO CVM HESIODO,

Vincentio Obsopœo
interprete.

AT poëtam prestantissimum esse te Hesiode, & hoc ipsum à Musis una cum lauro te accepisse, cum ipse palā in ijs que à te edita sunt indicas (sunt enim diuina & admirationis plena omnia) tum nos rem uta se habere constanter credimus. Illud tamen non iniuria nos incertat pendentes animi, qua nam re de te ipso prædicta, quasi propter hoc diuinū illū cantū à deabus acceperis, ut celebrares ac laudibus illustrares præterita & futura prædiceres. Quippe alterum excellenter admodum extulisti, Deorum genealogiam percensendo, ad usq; primos illos, nem per chaos & terram & coelum, & amorem. Præterea autem heroidum matronarumq; uirtutes, tum rei rufiæ instituta, adhac quecumq; ad ortum & occasum Vergiliarum & orationis ac mesis & navi

Q.

O P V S C V L A

gandi tempora attinent, breviter omnia alia pulcher
rime executus es. Alterius autem quod ex multo in
tervallo hominum uite erat accommodatus et utili
us, Deorumque munificentie conuentientius, dico autem
futurorum predictionem, ne principium quidem at
tigisti, uerum eam partem prorsus obliuioni traditam
silentio inuoluisti, nullo modo tua poësi aut Calchas
ta aut Telephum, aut Polyidum aut Phineas imita
tus. Qui et si uaticinandi peritiam à Musis non sunt
consecuti, multa tamen predixerunt, nec eosdem
piguit respondere egentibus. Itaque harum trium casu
sarum unā te fuisse præpeditum et implicitum ualde
uerisimile est. Aut enim mentitus es, quanquam
dictu acerbum hoc sit, Musas tibi fuisse pollicatas fo
re, ut futura queas prædicere. Aut ille quemadmo
dum pollicebantur futurorum scientiam tibi præsta
terunt, tu uero inuidie morbo adductus, acceptum
munus à uirginibus celas, et in sinu seruas conditū,
neque illius egentes participes reddere uoluisti. Aut
ea de re multa tibi conscripta sunt, sed que nondum
in lucē edidisti, haud scio in quod nam tempus aliud
horum usum promendum reseruans. Illud autem nul
lo modo ausim dicere, quod cum Musæ duas res se ti
bi præsturas promiserint, alterum reddiderint, di
midium autem promissionis negando retractarint.
Dico autem rerum futuratum cognitionem, maxime
uero ista

acto ista priores in promittendo partes obtinente.
Itaque hæc ipsa alii ab alio potius quam à te perdita
scenda sunt Hesiode? Valde enim consentaneum est,
quemadmodum Dei bonorum largitores sunt, sic
et nobis amicis atque discipulis uestris quam uerifi-
fime ijs de rebus certitudinem exponere que uobis
notæ sunt, ac omni nos animi hæsitatione liberare.

HESIODVS. Poteram equidem, o bone, facile
ac promptum responsum, respondere super omnibus
que me interrogasti, nimirum nihil eorum que mihi
in carminibus decantata sunt, meum esse, sed Mu-
sarum. Et eorum fuerat, ut ab illis dictorū neque nō
omissorum rationem postulasses. Ego uero super ijs
que mihi privatim explorata sunt et comperta, dico
autem pecora pascendi et regendi, et à stabulis agē-
di, et mulgendi rationem, cum etiam si qua sunt alia
pastorum opera et officia me rectissime tueri possim.
Ceterum ipse Dei sua munera quibuscunq; uolue-
rint, et quantū ea recte tribui posse existimauerint,
prestare cōsueuerunt. Neq; enim opinor, oportere
à poëtis ad uuum usq; leuia queq; perscrutātes, postu-
lare, ut syllabatim oīa exactissime et dicta et scripta
sint. Et si in cursu poëtēos aliquid per imprudentiam
influes poëtē memoria fefellerit, illud perpēdere acer-
bum est. Sed nō ignorandū est nos poëtas metrorū et
concinnitatis gratia nōnibū superuacuū interficere.


O P V S C V L A

Quedā uero ipsius carminis tenor sē penumero plā
na & polita existentia, haud scio quo modo recipi-
at. At enim, tu maximo quo prædicti sumus bono
nos uiolenter dispolias, nempe libertate, ac ea que
in fingendo utimur facultate. Alios quidem orna-
tus poëeos, quibus paßim culta & compta est non
perspicis. Palos autem & spimas quaspiam excerpis
ac ansas intentandas sycophantie studiose rimaris.
Atqui hoc tibi non soli studio est, neq; me solum insc-
titaris, sed & alij non pauci eadem in Homero
collega meo flagellant & calumniantur, impense te
nuia et extreme modice quepiam calumniantes. Por-
rò autem si cauſſa cedentem me oporteat rectissimā
in medium afferre defensionem, age o amice, perlege
Operum & Dierum opus à me conscriptum. Planè
enīm compertes, quanta in eo ipso poëmate à uatidi-
co & propheticō Spiritu prædicta sint, successus ma-
nifestam te laborum recte atq; tempestiue factorum,
ac om̄fforum dispendia. Et illud, Demessas in corbe-
feres intra horrea fruges. Et te spectabunt mirantes
tritica pauci. Ac rursus, quanta bona consequantur
rus & agros recte & in tempore colentes. Et hoc sa-
nè milifimum in uita uaticinium esse existimatū.
L V C I A. Enīm uero hoc, o admirande Hesiode, ni-
mium pastoraliter à te dictum est, & uere Musarum
inspirationem mihi referrre uideris, quando ipſe uer-
ſicullos

fculos tuos alter tueri nequeas. Nos autem cuncti non
di uaticinationem neq; à te, neq; à Musis expectabam
mus. Quoniam talia longe certius nostri nouerunt
agricole, ac nobis de illis quam optime uaticinare
erat, fore, ut si Iupiter largis imbris terram irriga
ret, manipuli uberes proueniant: sin solis ardores fa
lia exusserint et arua sitierit, nihil obstat, quo minus
et fames illorum sitibudam siccitatē subsecutura sit. Tū
quod estate media terra aratro subigenda nō sit, pro
pterea quod nulla utilitas arandi labore exceptura sit
effusis temere semibus. Neq; spicas adhuc virides
esse demetendas, quippe fructum manem inuenturos
esse rusticos. Sed neq; illud valde eget uaticinio, quod
nisi semina inuolueris, & minister rastrum habens
terra obducat illa, auiculas aduolaturas, ac omnia
futura meassis spem intercepturas. Etenim talia si quis
agricolarum abhortationes & documenta dixerit,
haud quaquam à uero aberrabit. Ceterum à uatici
nio mihi longe lateq; esse uidentur, cuius opus est ob
scura ac nullo modo uspiam apparentia precognosce
re. Exempli gratia, quod Maimoi predictum est, in ua
sc mellis pleno eius filium suffocatum tri. Tum Achis
uorū quoq; proceribus Apollinis iracundie caussam
præsignificasse, & anno decimo fore ut illum captū
à Danais excideretur. Hæc equidem uaticinijs offi
cia sunt peculiaria. At si quis & ea que tu iactas illi

O P V S C V L A

scribere uoluerit, & ille me quoq; uatem rectissime dicere poterit: predicam enim & uaticinabor uel sine aqua castalia et lauro et tripode Delphico, quod si quis hyberno gelu sequente, & adhuc ioue pluicta & grandinante nudus obambulauerit, hunc algor non modicus iniuriosus est. Et quod adhuc priorem uaticinij certitudinem longe exuperat, calores quoq; hyberna frigora subsecuturos, altaq; id genus per multa, quorum meminiisse ualde ridiculum est. Quare eiusmodi & apologetas, & uaticinia missa facito. Illud autem quod initio dixisti, fortasse indignum non est suscipere, nempe quod nihil eorum que ab te dicta sunt noueris, sed afflatus quispiam diuines suggestus tibi uersiculos, neq; ille admodum firmus existes. Siquidem quedam promissorū non plene perfecta redidit, quedam uero inabsoluta prorsus reliquit.

 **LVCIANI**

DIALOGVS, HALCYON,
sive de Transformatione, Vincenio
Obsopœo interprete.
Cherephon.

Cuiusmodi uox aures nostras accessit, o Socratis, eminus à littoribus, & illo promontorio quam

quād dulcis ac iucunda auditu. Quod uero anima
cantillans istud dixerim? ferè enim multa esse con-
fuerunt propter undas in ripis degentia. So.
Marina quædam auicula est, o Cherephon, multam
lægens atq; lachrymans, qua de iam olim hoīes ista
cōmenti sunt fabulam, fuisse hanc aiunt quondam de
sponsam Acoli greci filiā, suum ipsius maritū iuuenē
luctu ac moerore psequi iugalis amicitiae desyderio,
Ceyca illū Trachinū Eosphori Astere nati pulchri
patris pulchrum filium. Deinde, diuino quodam cō
filio penatā factam alitis in morem circumuolitare
maria, quārentem illum, posteaquam per omnes
terras oberrando iuuenire non potuit. Chere.
Est uero hoc Halcyon quod dicas? nunquā ante hunc
diem illius uox mihi inaudita est, sed profecta ut pere
grina quæpiam auribus meis alapsa est. Proinde, ex
lugubrem et querulū edit sonum bestiola. Quantu
lam aut illam auiculam esse credibile est o Socrates.
So. Haud magnam admodū, magnum tamen pro
pter amorem qua maritū complexa est à superis bo-
norem consecuta est. Quo enim tempore nidulatur
producendi foetus gratia, et homines eos dies festi-
uitate celebrant quos uocant Halcyonios, in media
etiam tempestate ab alijs serenitate differentes. Quo
rum omnium etiam hodiernus dies maxime unus exi-
stimandus est. Nonne uides quanta in coelo confit

O P V S C V L A

serenitas, et mare ab omnibus undis et fluctibus se
 date et tranquille stet, stratum et placidum, pfectu
 lo, ut ita loquar, non absimile. Chere. Recte ducis,
 omnino enim adparet hodiernus dies esse Halcyonis
 us, tum etiam heri talis erat. Sed per Deos age, o So
 crates, qui nam credibile esse potest, aut quomodo
 priscis hominibus fides habenda est, pro certo con
 formantibus ex aliis mulieres unquam factas esse,
 aut contra aues ex mulieribus? Prorsus enim nullo
 modo tale aliquid fieri posse uiuetur. Socrate. O
 amice Cherephon, de rebus possibilibus et impo
 bilibus uidemus in uniuersum hallucinates et cecuti
 entes esse iudices. Quippe rerum cassas iuxta humia
 na potentia expendimus, que nobis ipsis incognita
 esse solet, atque incerta et inuisibilis. Inde permulta
 nobis adparent rerum factu facilium difficultima, et mini
 me arduorum ardua. Tum quedam propter imperi
 tiam multa, multa autem propter mentis et intelli
 gentiae infantiam. Reuera enim omnis homo puer
 est, maxime uero senex, quoniam omne uitae nostra
 tempus modicum est, et ferè nihil aliud quam pueri
 tia ad uniuersum euum comparatum. Quid ergo o
 bone, Dcorum ac demoniorum uim atque potentiam
 ignorantes certi aut explorati bac dare pronunciare
 possunt? Vidisti haud dubie Cherephon, die ab hinc
 tertio quanta tempestas sacerit? adeo ut eam animo
saltum

Saltem repetens, uchementer inhorrescam. Vidisti
 præterea horrenda illa fulgura & tonitrua, tum in-
 usitatos uentorum impetus atq; turbines? Sufpican-
 tus fuisset quispiam totam terram corruituram. Pa-
 lo uero postea admiranda subito oborte serenitatis
 immutatio facta est, quæ etiam in hoc usque tempore
 perdurauit. Vtrum igitur maius existimas atq; ope-
 rosius ex tantis furentium uentorum procellis et tur-
 binibus talem per universum mundum inducere sere-
 nitatem, quam mulierculæ formam transmutatam
 in auicule speciem traducere? Nam & nostrates pu-
 eri ex luto aut cera formas ducere non imperiti, ex
 eadem materie in manus sumpta sine negotio multas
 specierum naturas transformando effingunt. Cæte-
 rum Deo magna & incomparabili præstantia pre-
 polenti ad nostras uires comparato, promptū ac fa-
 cile est omnia talia efficta reddere. Quanto enī
 totum coelum tibi uidetur te ipsum antecellere magni-
 tudine? Haud dubie enim dixeris. Chere. Et cu-
 ius hominis intelligentia tanta est, o Socrates, qui ta-
 lium rerum aliquid perspicere, aut explicare posuit?
 Neq; enī ista humana uoce explicari possunt. Soc.
 Proinde, maximas quaspiam hominum uires inter se
 compositas contemplemur in potentia, & imbecil-
 itate excellentes. Etenim uirilis etas, ad pueros om-
 nino infantes à nativitate quinque aut decem annos

OPVS CVL A

nondum egressos immane quantum ex quam admin-
randum discrimen babet, quod ad robur ex imbecilli-
tatem attinet, in omnibus ferme que sunt in vita
actionibus. Cum in his quicunque per artes illas ce-
lebres ex uariis, tum quecunq; corporis ex anima
uribus perficiuntur. Hec enim puerilis etas ut dixi
imbecillitate mentis ex intellectus obstante ne capi-
re quidem potest. Iam unus matura ex adultae eta-
tis uiri robur, inestimabile quanto interuerso precel-
lat omnium puerorum uires. Siquidem horum mul-
ta millia unus uir haud difficulter subigeret. Etenim
pueritia in totum omnium expers est, ac sub initium
ipso naturae ductu inualida atq; inuiciles homines co-
sequitur. Quando ergo homo ut uidetur hominem
in tantam precessit, quid putabimus uniuersum coe-
lum nostris uribus collatum adpariturū ijs qui nec
contemplando affequuntur. Itaq; multis persuasum
atque credibile uidetur, quanto mundi magnitudo
Socratis aut Cherephontis excellit speciem, tanto
ex ipsum potentia, sapientia, ex cogitatione simili-
ter ante tre, ex nostras actiones. Proinde, ex tibi
ex mihi alijsq; quam plurimis nostri ordinis homi-
nibus, multa facta sunt impossibilia. Quoniam
ex tibia canere canendi imperitis, aut legere, aut
scribere illiteratis interea impossibilis est, dum hu-
periti fuerint faciendi mulieres ex ambis, aut contra-

ducus

ues ex mulieribus. Ceteram, ipsa natura prope-
modum assimilans animantem sine pedibus nec ala-
cam, suppositis pedibus, et adiectis aliis pulchraq;
et omnigena colorum uarietate exornans, apem so-
lertem et industriam absoluit diuini mellis opificem
et constructricem. Ex ovis autem mutis et inani-
matis quod avium effingit genera et uolatilium et
pedestrium, et animalium extra aquas degentium,
ad que diuinis quibusdam, ut sermo est artibus ma-
gni etheris abutitur. Proinde, Deorum immortali-
um uirtutes que magna sunt, et incomprehensi-
bles, nos mortales, et modici existentes, neq; ut om-
nes reliquias res paulo maiores et humanae rationis
captum excedentes, sed ne paruas quedam perspicere
possimus, in pluribus hæsitantes. Et cum nihil fir-
miter aut constanter de ijs que nobis accidunt pas-
sionibus referre possumus, neque de Halcyonibus
aut Philomenis quicquam certi narrare nobis conces-
sum est. Praclarā uero hanc fabulam, quemadmodū
à patribus accepimus et liberis meis ò auicula lamē-
tationū modularix traditurus sum super hymnis tu-
is. Ac tuā cum pietatē, tum amore erga maritū uxori
bus meis Xanippę et Myrto magnificis uerbis cele-
brabo, cum alia multa tum in primis quem à Diis im-
mortalibus honorem præcipue consecutafis comme-
morans. Nunquid et tu Chærephon pari studio eius

O P V S C V L A

modi quiddam mecum facturus es? Cherc. Neg:
uero aliter facere conuenit, o Socrates. Et que iam
a te sapientissime disputata sunt, exhortatione dupli-
ci ad equabilem conuersationem utros atq; mulieres
audientur impellere. Socra. Proinde, consalutata
Halcyone, tempus est, ut e Phalarico ad urbem nos
recipiamus. Cherc. Istud ergo ipsum in presens
faciamus.

CLARISSI

M O V I R O , D . D O M I N I C O
Sleupner, Verborū Christi ministro apud
Noricos, Vincentus
Obsopoeus
Sal.

P Ro meo iure mibi licere arbitror Lucianicos dia-
logos mea industria latinitate donatos, huic atq;
alteri nuncupare. Transferunt enim quodammodo
id genus libelli dominium, simulatq; ab aliquo in ali-
am linguam fuerint translati. Quare mea mibi do-
nare uideor, eiusmodi libellos meo Marte uersos ami-
cis meis nuncupando. Accipe itaq; et tu, Dominice
chariss. bunc de saltationibus dialogū, à me muneri,
tametsi minimē oīm te saltatore esse nō ignorem. Ia-
ctat queq; etas suos cruditos et sua igenia, quo noī
O nostrū

¶ nostrū presens seculum merito se iactare potest,
 in tanta crudelissimorum hominum copia. Sed vide
 queso cuiusmodi priora secula floruerunt saltatori-
 bus & mimis, & histrionibus, quorum cruditioni,
 & ingenio pauci nunc etiam eminenter docti respo-
 dere possint. Quod si tales id etatis fuere saltato-
 res, cuiusmodi uere eruditos ipsos floruisse ingenij
 existimandū est, nempe poetas tragicos & comicos,
 qui suas fabulas hisce desaltandas obtulerunt. Habet
 itaq; ex hoc dialogo priscorum hominum, & inge-
 nij, & studij & eruditionis testimonium praeclarū
 et memorabile, ex quo quantū à priscorum honestate
 et industria absimus & degenerauerimus, haud diffi-
 culter cognoscēs. Quid enim nostre insé habent aut
 ingenij aut honestatis saltationes, nisi ridiculam quā

dam chordaca, & uere chordaca, & com-
 plexus meretricios, quibus animi in-
 cenduntur ad libidinem. Vale re
 etc, & nos tui amantissi-
 mos, uicissim
 amā.

Ἐκ τῷ τῶν Νομίκων πόλεως.

O P V S C V L A

LVCIANI

DIALOGVS, DE SALTATIONI
bus, Vincentio Obsopœo interprete.

Lucianus:

Postequam tu Craton, iam olim acerba quadam accusatione adornata, ac diu multūq; meditata in ius uocasti cum saltationes, tum ipsum saltandi artificium, insuper autem et nos reos fecisti tali gaudentes spectaculo, quasi in re fruola et misericordia multum ponemus operæ, audi obsecro, quātum à recto aberraris, tum quemadmodum deceptus per imprudentiam rem omnium in mortaliūm uita optimam innocenter accusaris. Et euidem uenia tibi habenda est, si statim sub initium asperæ uile temet assuecenis, et tantum quod durum fuerat, bonum existimans, rerum ductus imperitia, ista accusatione digna censueris. Cra. Cum utr sies, o optime, et maxime disciplinis liberalibus innutritus, necnon in Philosophie studijs mediocriter versatus, posthabes autem o Luciane rerum optimarum exercitium, et priscorum illorum convictum, ceterum sedere sustineas in theatro omnium posticas sannas excipiens, et hominem effeminatum spectans mollibus uestimentis indutum, ac cantilenis lascivis et turpi bns per-

L V C I A N I

bis perstrepeniem, tū prisci seculi mulierculas aman-
 torias imitantem, nempe libidinosissimas Phedras et
 Parthenopas et Rhodopas. Et hēc omnia cum pul-
 fationibus et lascivis et obscenis carminibus, et pe-
 dum strepitu, hēc inquāres est perquam ridicula, et
 quae hominē ingenuum, qualem te esse confuncio, mi-
 nime deceat. Quare ego cum ceteris factus essem
 buic tam turpi te incumbere spectaculo, non tantum
 me tui puduit, sed uebementer etiam discriutatus
 sum animo, si Platonis et Chrysippi et Aristote-
 lis oblitus sederes, non dissimilia cum ijs passus quo-
 rum aures penna leviter perfricātur. Maxime uero
 alijs innumeris disciplinis existētibus, et spectaculis
 grauibus et serijs, si quis omnino chorales exigat,
 ac cytharēdos artificiosē canentes requirat. Cum
 primis uero cum grauem aliquam spectando tragē-
 diam, aut plenam hilaritatis comediam, non mino-
 rem uoluptatem capere possis, de quarum palma-
 rio certamina quoque poētis proponi solent. Mul-
 ta itaque et accurata, o generosē, defensione apud
 cruditos tibi opus erit, si nolis per omnia uideri ex-
 cidisse, et è bonorum grege exactus esse. Atqui
 istud mihi optimum factu uidetur, ut his omnibus co-
 stanti negatione medearis, neq; sub initium fatearis
 aliquid tale te flagitiosē deliquisse. In reliquum
 uero caue, ne nobis ignorantibus ex utro quem olim
 egisti, in Liden quamplam aut Baccham amissa

O P V S C V L A

pristina facie transmuteris. Quia in re non tibi sonum, sed ex nobis culpa imputanda foret, si non Ulyssis in morem à Loto degustata abstractum ad cōsueta literarum & Philosophiae commentaria & studia te reduceremus, priusquam omnino deceptus à Sirenibus in theatro excubantibus occuperis. Nam ille solis insidiantur auribus, tamq; ob rem hasce natio praterreuntibus cera opus est. Cæterum, tu & ab oculis videre prorsus illarum prestygij esse subiectus. Lut. Papæ ò Craton, quād uero robustū in nos canem solutis loris concūasti. Nisi quod exemplum sumptum à Lotophagis, & comparationē tractam à Sirenibus parum scite, atq; adeo ineptū me mibi induxit uaderis, ad ea que mihi acciderūt. Etenim ijs qui lotum degustauerant, ac Sirenas castillantes audierant, exitio fuit manductionis & auditionis prolubium. Mihi uero præterquād quod uoluptatem spectando cœpi mirificam & iucundissimam, etiam finis peruenisse cecidit. Neq; enim in oblivionem rerum domesticarum, aut negotiorum presentium incognitionem delapsus sum, sed si mihi ingenue ueritas fatenda est, longe sapientia exultior, ac in rebus humanis multo solertior atq; prouidentior ex theatro regressus sum. Magis autem illud Homeri in presentia adducere per pulchrū esse existimo, quod is cui illud uisum sit spectaculum, mul-

torum

dorum gnarus simul oblectatus abinxit. Crat. O Dñ
immortales, Luciane qualia pateris, quem istorū ne pu-
deat quidem, sed lacranter etiam laudi tibi ducere uide-
ris. Igitur quod hac in re grauiſſimum eſt, nullam ſpen-
curationis aut remedij nobis oſtendisti, qui laudibus eſa-
ferre audeas tam execranda eſt turpia. Luc. Age hoc
mihi reſponde Craton, iſtud de saltatione, tum ea que
ſieri in theatro conſuuerunt coram ne tibi uifa ſunt, ut
ea ita crebro probroſis dictis inſecteris. Aut an potius
ſpectaculi proſſus expets atq; ignarus, nihil ſecurus ta-
men illud, ut turpe atq; execrandum (ut ait) exiſtimas?
Quod ſi enim aliquid ea preſens uidiſti, iam nobis
eſt tu hac ſtulta ſpectandi curioſitate paria feciſti. Sint
non, uide ne parum modeſta eſt nimis temeraria tua ut
deatur eſſe inſectatio, ea in crimen uocans, de quibus ne
bul habes comperti. Crat. Ergo hoc mihi adhuc ſie-
pererat, ut in tam profunda barba eſt cano capite ſedē
rem inter mulierculas, eſt inſanientes illos ſpectatores,
applaudens eſt preconijs in eptiſſimis acclamans hor-
muntioni cuiquam perditō nulla neceſſitate lachrymas
profundenti? Luc. Eſt equidem hoc tibi ignoscendū
o Craton, illud tamen pro certo exploratum habeo, ſi
meis monitis morem gerens tantum tempusculi ſpecta-
dis saltationibus impertires, quantum uel periculo faci-
endo ſufficeret, nihil tibi poſthac rebus omnibus fore
prius aut antiquius, quam ne loco conmodo occupalo;

L V C I A N I

seruire queas spectaculis, unde exakte & videre, & clare audire posis omnia. Crat. Nunquam ergo forma fiam amabilis, siquid tale unquam prudens ac sciens fecero, semper autem membris bisutis & barba incompta atq; horrida, ut me nunc tui ex animo miseret, omnibus modis insanientis. Luc. Vis ergo, o amice, omnibus blasphemis atq; conuicijs, arrestis auribus attente mibi dare operam non nihil super saltatione, eiusq; uirtutibus differenti, tamē quemadmodū non solum oblectamento sit spectantibus, uerum etiam emolumento, tū quantis de rebus hominum animos cōmōde admoneat & crudiat, preterea quemadmodū spectantium mentes apte cōponat, pulcherrimus exercens spectaculis, ac optimis preceptis imbucens: adhac cōmunem quandā corporis & anime pulchritudinem ostendens? Etenim que illi accēdunt à Musica & modulatiōibus, hec inquam oīa facere, non dederi aut ut superio, sed illi potius laudi tribuenda sunt. Crat. Quanquam mihi in presentia otium non est, insanientem hominē auscultandi suū ipsius morbum laudibus efferentem, attamen si nugis & inanibus fabularum commentis me opplere tibi consuleum facilius sum est, paratus sum in hoc tibi officiose inscrutare, & aures præbere, uel sine Cera inutilia uerba obaudire ualens. Quare compressa uoce hanc tibi operam dabo. Dic uero quodcumq; animo tuo libitum fuerit, quasi nomine auscultante. Luc. Euge o Cratō, istuc ipsum omni

omnium maxime mihi egenti in optatis fuit. Paulo enim post ipsa re compieris, num nuge tibi censenda sunt, quae in medium producturus sum. Ac principio quidem illud planissime mihi ignorare uidere, quam non nouitum inuentum sit saltatio, neque heri aut nuper natum ex inceptu, puta apud maiores nostros aut illorum. Sed qui super saltationis ortu, quam uerissima perscrutati sunt, affirmant illam unam cum mundi ac omnium rerum generatione natam esse, et cum amore deo illo uetustissimo in lucem prodijisse. Etenim ipsa syderum chorea, errantium cum non errantibus coniunctio, corundemque modulata atque concinna participatio, et illa bella, tum pulchre instituta harmonia primogenite saltationis argumenta fuere, et indicia certissima. Ea uero temporis progressu subinde incrementis aucta maioriibus, neque non additiones melioris inuenti sortita non modicas, summo nunc absoluta uidetur esse fastigio, ac res esse omnifariā uaria, et oibus modis cōcimna et congruens, tum bonum multiplicis ornatu et scientie. Hoc uero saltandi artificio aiunt Rheam potissimum oblectatam, in Phrygia quidem Corybantas, in Creta autem Curetas saltare iusisse. Neque uero modicum cœpit ex illorum compendium. Quippe circum saltantes iouē illi seruirunt incolumē, ita ut Iupiter nō grauete fatetur et salutes contribute præmia se illis debere,

O P V S C V L A

per illorum saltationem patrios dentes effugiens. Post
ro autem hæc saltatio ab armatis defsaltabatur, gladios
ad scuta collidentibus, ac bellicum quiddam & attone-
cum saltantibus. Mox uero inter Cretenses, ut quasq;
maxime nobilitate præcellebat, summo studio hanc rem
exrcentes, præstantissimi saltatores reddebantur, non
tantum homines priuati & humili loco orti, sed nobilio-
res quoq; & regij sanguinis & primates in populo.
Homerus quoq; Merionem non suggillare, uerū pulcher
rimo laudis testimonio ornare uolens, saltatorem nomi-
nauit. Itaq; in tantum claritudinis & notitiae ob saltan-
di peritiam apud omnes uenerat, ut hæc non Græci so-
lum de illo comperta tenerent, sed & Troianis hostibus
non ignota forent. Videbant enim, ut mea est opinio, ei
us in bellando agilitatem, & concinnum membrorum
motum, que ex saltatione in usum conuersa peculiari-
ter posseidebat. Versiculi Homeri ad hunc loquuntur mo-
dum.

Iliad.

Te cito Merione, quamuis saltare peritum
Strauissim in dura confossum cuspede pugna.

Tametsi eundem non strauerat, ut enim in saltando
semet magno studio exercuerat, sic facile, ut opinor, es-
fugiebat iacula in eum contorta atq; emissâ. Iam quanta
quam & alios complures ex heroibus enierare posa-
sim, eo ipso saltandi studio diligentissime exercitatos,
quiq; ex hac ipsa re artem fecerint, sufficeret tamen su-

spicor

spicor uno à me producto Neoptolemo, Achillis filio,
qui usq; adeo hoc præcelluit artificio, ut cum speciem
quoq; saltandi pulcherrimam sibi adiecisset, pyrrhychij
nomen ab illo acceperit. Achilles quoq; ipse his de filio
suo inauditus, maiori gaudio suffusus est, ut ego existimo,
quam propter eius formæ præstantiam & membrorum
robur insuperabile. Atqui interea semper Ilion fuit in-
expugnabile, donec illius saltatione captum concideret,
& daretum solo æquaretur. Lacedæmonij quoq;, qui
Græcorū præstantissimi esse censebantur, cū à Castore
& Polluce Caryatissare perdidicissent, que saltationis
species à Carijs urbe Laconie ducta erat, omnia cū car-
minibus facere soliti sunt, adeo ut ad tibiarū quoq; mo-
dulos & rhythmū & moderatum pedis ingressum præ-
lum committere illi genti moris fuerit. Ac primū quidē
conserendarū manuum signū Lacedæmonijs tibia dare
solutum est. Proinde de oībus quoq; reportant uictoriā,
musica & modulorū concinnitate illos ducente. Videres
itaq; illorū Ephœbos nihil minore cura saltationi, quā
armis exercendis dare operam. Vbi enim iā summis col-
luctati sunt digitis, ac mutuis iclibus semet ceciderunt,
quiescunt parūper, & omne illorū certamen in saltatio-
nem solutum conueritur. Quorum in medio tibicen lo-
catus est, tibiam incivens, ac pedibus instrepens. Ceter-
rum illi per ordinem alter alterum sequentes, omnigen-
tia figuræ corporis agilitate exprimit ad rhythmū

O P V S C V L A

Ingredientes, aliás quidem bellicas, aliás uero saltatoria
 as, que Baccho & Veneri grata sunt. Quinetiam cana-
 tur, quem inter saltandum modulantur Veneris & Cu-
 pidinum cognomento nobilitatus est, quasi una cū Vene-
 re & Cupidinibus cōmuni choreæ saltationi indulgen-
 rent. Et altera quidē cantilena, duæ enim canuntur, rati-
 onē quoq; & precepta saltādi in se cōpletebitur. Procul,
 aiunt, o pueri, promouete pedē, & saltate perfectum. Nō
 disparia faciūt, quibus Hormū saltare curā est. Hormas
 autem genus saltationis est, adolescentibus uirginibusq;
 commune, alternatim ad choream dispositis, ut planē
 hormū, hoc est segmentum referant. Solet autem ado-
 lescens chorū ducere more iuuenili saltans, quo postea
 in adoriendis hostiis usurpsit. Sequebatur hunc pro-
 ella modestia quadam conspicua, que foemineum sala-
 tum decenter admodum peragebat, ut Hormum ex tem-
 perantia & fortitudine compositum recte dicere posse-
 mus. Ceterum que Homerus super Ariadne in clypeo
 memorie prodidit, deq; choro, quem illi Dedalus ins-
 tuerat, ea ut iam olim ubi lecta præteribo silentio. Pre-
 terea duos illos saltatores, quos eodem in loco Poeta Ci-
 besteteras uocat chorū ducentes. Rursus que in cly-
 peo memorat, in medioq; duos iuuenes agitare chorcas
 cernere erat, tanquam rem omnium pulcherrimam sala-
 tationem Vulcanus clypeo addidisset. Etenim Phœacis
 saltatione, ut par erat, ucheinenter fuisse oblectatos mi-
 rum

rum uideri non debet, cum tantis affluerent delitijs, ac
in omni rerum abundantia ex fortunae indulgentia uia
etitarent. Quare Homerus Ulysses ex omnibus que ue
senda apud Pheacas conspexerat, hoc cum primis admie
rantem testatur, agilesq; pedum motiones spectantem:
tam in Thessalia eo usq; progressum est saltationis exer
citium, ut populi praesides & antesignanos illorū præ
saltatores uocare non dubitarint. Cui rei etiamnum sta
tuarum inscriptiones, ex tituli suo suffragantur testimo
nio, quas ijs, qui in bello optimam nauassent operā crexe
runt. Prætulit, inquit, præsaltatorem ciuitas. Et item
rum, Elatiom posuit hanc imaginem populus, proptea
rea quod pugnam probē "desaltarit". Mitto illud, apud
ueteres nullas unquam fuisse celebratas festiuitates aut
ceremonias citra saltationem, quippe quas ab Orpbeo
& Musico optimis tunc saltatoribus constitutas fuisse
salis certo constat, qui & hoc ut cetera omnia ut bone
stibimur quiddam legibus sanxisse, uidentur iniari
cum rhytmō & saltatiōe. Quod autem hoc ita se habeat,
reticenda erant orgia, propter prophanos nondum inti
tuatos. Illud autem omnes audiunt, quod iij, qui lingue
uitio atq; incontinentia mysteria prodidissent, pleriq;
eos desaltasse dictitarent. Porro autem in Uelo nulla
sacra peragebatur, cui saltatio nō fuisset adhibita, sed et
cū illa & musica cuncta persoluebantur. ingressi uero
pucrorum chori, tibia & cythara præminentibus saltan-

O P V S C V L A

bent, quos subsecuti optimi facto delectu choreis exi-
pabant. Itaq; & canilena illiusmodi choris conscri-
pias hyporchemata nominare consuerunt, talibusq;
tyra impleta fuerat. Quid uero Græcorum gentes tibi
comemorem, cum Indi quoq; posteaquam mane è strato
surrexerint, Solem precibus uenerati fuerint, non quem
admodum nos deosculata manu perfectam precatio-
nem esse arbitramur, uerum illi ad orientem conuersi,
saltatione solem consulutant, sed cum silentio scipios
conformantes, dei choream imitari atq; effingere con-
uantur. Et hæc Indorum est precatio, & chori & sacri
ficium. Duabus uero uicibus ad hunc modum Deum pla-
care solent, nempe mane & uesperi. At enim Actibon
pes non alia quam saltandi ratione illatis iā signis bellū
ingrediuntur, nec quisquam Aethiopum uel sagittam ex-
cussam emitteret auulsam à capite (hoc enim uice pba-
retrat utuntur, radiorū instar tela capiti circūponentes)
nisi prius saltauerit, & saltatione hosti terrarem incus-
scrit. Consentaneum uero esse opinor, posteaquam
totam Indianam ex Aethiopiam peragruimus, ut in uici-
nam Aegyptum oratione diuertamus. Etenim uetus illa
fabula Protheū Aegyptiū nihil aliud, quam saltatore su-
isse eximū mihi plane confirmare uidetur, hominem ef-
figiendi imitandiq; peritum, quiq; semet in uariis re-
rum facies demutare & transformare potuerit, ut modo
in aquas tenues dulapsus abiret imitando, modo ignis ce-

levitatem et uelocitatem agilitate corporis, mox leui-
 nis immanitatem, ac Pardalis impetum, deinde arboris
 motū flexibilem, postremo in summa quicquid collubuisa-
 set, exprimeret. Ceterum, fabula eas Protheti proprie-
 tates ad insutatorem opinionem detortas, eam eius na-
 turam fuisse commenta est, quasi ea ipsa quoq; fieret que
 cunq; saltandi artificio immutatur. Quia facultate et eos
 qui hodie saltationibus nauant operam praeditos esse ani-
 maduertimus, videasq; illos eodem tempore diuersissim-
 mis modis immutari, ac planè ipsius Protheti esse emul-
 los. Et si quid conjectura asequendum est, et Empu-
 sam suspicor, que et ipsa in uariis rerum facies semet
 transfundere dicta est, non aliam quam saltatrixem fu-
 esse, fabularum inuolucro significare uoluisse homines.
 Adhuc iustum esse opinor, ne Romanorum quidem sal-
 tationem preterire tacitam, quam nobilissimi quiq; illo-
 rum, quos uocant Salios (est autem uomen Sacerdotij)
 Marti Deo bellicosissimo saltant grauiſſime et religioſi-
 ſime. Neq; uero Bihynicæ fabulae commentum ab Italo-
 rum instituto abhorret admodum, perhibentium Priam-
 pum Deum bellicosum, unū, ut opinor, ex Titanibus,
 cui ldeis dactylis, illud opus factum, rebus militaribus
 instituendum fuisse, quem Mars à lunone offerente ac-
 cepit adhuc puerum, durum porrò, et rudem et su-
 pramodum uirilem, non prius armorum peritum reddi-
 dit, quam perfectum eundem saltatorem effecisset. Quā

O P V S C V L A

ob rem et merces illi à iunone destinata est, ut ab illo
semper decimam partem spoliorum in bello partorum
reciperet. Ut autem Dionysiaca et Bacchica tibi expe-
diam, opinor te non expectaturum ut audias, cuius tou-
ta actio nihil aliud quam saltationem complectitur. Cum
itaq; tria sint celeberrimarum saltationum genera, Cor-
dacis et Sacrimidis et Emmeliae, quibus Bacchi mini-
stri Satyri inuentis, à se ipsis cuiq; nomen indiderunt.
Et hac saltandi arte utens Bacchus Tyrrhenos et Indos,
et Lydos deuictos subiugavit, ac gentes adeo bellie osas
ipsis saltem ibyrsis desaltavit. Quo circa, o admirande,
nude ne parum pium aut religiosum sit, in crimen uoca-
re exercitum adeo diuum et mysticum, et cui colen-
do tanti Diū nauarint operam, quodq; in illorum honore
et cultum toties peragitur, insuper quod tantum obles
etementū simul atq; institutionem adeo utilem exhibere
solet. Illud ego demiror, non ignorans Homeri atq; Hesi-
odi te amatorē esse maximū, iterum enim ad Poetas me
conferam, qua fronte illis cōtradicere audeas, prae omni-
bus saltationem summe laudantibus. Siquidem Homerūs
cum res mortaliū longe uicundissimas iuxta ac elegan-
tissimas uno quasi fasce coniunctim efferret, nempe som-
num, amorem, cantum atq; saltationem. Hanc tamen fo-
lam præclaro nobilitauit encomio, inculpata eadē nome-
nata, ascribens per louem cantui dulcedinem, que
utraq; saltandi artificio adesse uidemus, et dulces modu-
los, et

los, & saltationem inculpatam, quam uituperare cogitas. Rursus alia in parte sue poëeos ita inquit. •••
 Iuppiter hunc bellū reddit uirtute potentem. •••
 At leuis membris alium saltare peritum, •••
 Est quem dulcisona sustollit uoce canendi. •••

Suavis profecto est uocum modulatio, quæ saltationi adiuncta est, ac munus quod à Diis immortalibus prestari potuit longe pulcherrimum. Ac mihi adparet Homerus omnes res mortalium in duo tantum diuisisse, nempe in bellum & pacem, ceterū rebus bellicis tantum hec tamquam prestanissima studia pacis opposuisse. At uero Hesiodus, qui non ab alio percensente hoc auditu percepit. Sed ipse statim sub auroræ exortum Musas saltantes uiderit, in carminis sui initio de illis hoc summum & elegantissimum referre non est ueritus encomium, nimis enim eas circa fontem floridum molibus saltare pedibus, iuxta patris aram agentes tripudiū. At tu, o generose, tam non cum Diis ipsis pugnans, saltationem consimilis contumeliosis conuitijs. Ceterum, ipse Socrates ut omnium sapientissimus, si Pythio hoc illum testimonio co honestanti fides habenda est, non tantum saltationem laudibus extulit, sed illam quoq; discere non erubuit aut gravatus est, plurimum tribuens uenustè concinnitati & elegante, tum apto motu, neque non mouentis afformationi. Nec ueritus est iam natu grandior saltationē in ter serias habere disciplinas, uidebaturque non parum

bni rei perdiscende impensurus opere, quem leviora
 ac nulliora perdiscere non piguit, sed ubi cimarum quoq;
 scholas frequentare solebat, neque à meretrice muliere
 Aspasia quiddam audire deditnatus est. At qui ille ar-
 tem non ita pridem natam uidit, necdum tanta elegan-
 tia & pulchritudinis accessione auctam & elatam. Qui
 si nunc eos quorum opera in sumnum usque fastigium
 cœcta est, spectaret, sat scio illum omnibus reliquis post
 babuis, hisce tantum spectaculis operam daturum, neq;
 pueros quicquam permde atq; saltationem docturum.
 Videris autem mihi laudans Comeediam atq; tragœdi-
 am, oblitus esse, in utraq; illarum proprium quoddam
 saltationis genus exerceri, ac tragicam quidē esse Emme-
 liam, comicam uero esse Cordaca. Nonnunquam usur-
 pari & tertiam, nempe Sicinniden. Postea uero quām
 in principio saltationi tragœdiam, & Comeediam tibi
 cinasq; & cytharam anteferre non dubitaris, tanquam
 ista in certamen ueniant, atque per hoc gravia discenda
 sint, age uicissim ista singulalim excutiamus. Tibias autē
 & cytharam relinquamus. Etenim & ista saltationis
 partes sunt ducendis choreis subseruentes. Porro autē
 ipsam tragœdiam primum ab habitu contemplerur, cu
 iusmodi sit, quām turpe & minime iucundum spectacu-
 lum, homo longitudine deformi, atq; incomposita exor-
 natus, altis calceamentis ingrediens, caput larua mina-
 si obductū habens, cum per amplio ore hiante, quasi spe-
 clatores

titatores esse decuraturus. Mitto ascititia pectora, & ventres facilius, adjunctam & arte compositam corporis crassitudinem, ne longitudine discors compositio intentui corpusculo magis reprehendenda ueniat. Deinde indecora histrionis uociferatio, iam se ipsum inclamantis, iam uerberantis, aliquando etiam iambicos uersecos cantillantis, & quod turpisimum est, grauissimae calamitates modulantis, ac sola uoce semeiusum reprehendendum exhibentis. Quippe alia prisorum poeta rum industria inuenta sunt. Et quam diu quis Andromachen agit, aut Hecubam, tolerabilis est contio. Vbi uero ipse Hercules carmine lugubri in scenā ingressus est, sic oblitus, neq; leoninam, neq; clauam, que preponitur, ueneratur, adeo ut sane mentis homo quispiam irre optimo talem actionem sollecitum uitiosum posse reprehendere. Iam quod cum primis quoq; in saltatione damnasti, uiros histriones mulierum mores imitari, hoc equidem commune quoq; est & tragedie & comedie uitium. Etenim in utraque plures introducuntur mulieres quam uiri. Quintiam Comedia paratem personarum omnium maxime ridiculam & oblectacionis plenam huic tribuit, uidelicet lampadum & tibi cinarum & coquorum personas. Sed enim saltationis habitus, quam decens sit & modestus, quorū attinet dicere, cum cecis quoq; ista sint perspicua. Larua ipsa pulcherrima & subiecta fabula respondens, non immut

O P V S C V L A

ne hiat, ut illae, sed saltationi per omnia conuenit. Ha-
bet enim permultos sub illa uocifrantes. Olim vero
ipſi quoque saltatores canebant, & una saltabant. De-
inde animaduertentes continuo motu grauari anhelio-
tum, ex per hunc turbari cantilenam uisum est factu
longe consultius, ut alijs saltantibus succinerent. Por-
ro autem argumenta utrisq; communia sunt, neque illa
in re à tragicis distinctum separata sunt saltatoria, quam
quod multipliciori ueritate exornata sunt illa, maiori
riq; studio perdiscenda, atque infinitas mutationes ha-
bentia. Quod autem saltationum nulla sunt certamina,
hanc ego cauſam esse opinor, quod certaminum autho-
ribus res maior & grauior uisa fit esse saltatio, quam ut
de ea exacte pronunciari posset. Ut preteream ciuita-
tem in Italia Chalcidici generis prestantissimū, & hanc
quemadmodum ornamentum aliquod, certamini quod
apud ipſos decertandum preponitur, adieciſſe. Lam ve-
ro super ijs respondere tibi stat sententia, que oratione
mihi omiſſa sunt, que non pauca esse video, ne quan-
ignorantie aut imperiū opinionem apud te incur-
ram. Neque mihi obscurum eſt, complures ante nos de
saltatione libellos conscripsiſſe, ac omnem suam in scri-
bendo operam & industriam in hoc posuisse, ut omnia
saltationis genera atque ſpecies numero comprehendea-
rent, earundemq; nomina pereenſerent, tum cuiusmodi
unaqueq; illarū, aut quo auctore foret iugenta, quo in-

ſtaklo

Rituto magnam multiplicis scientie opinionem sibi adiuncturos existimabant. Ego uero hanc ambitiosam super hisce rebus contentionem, et incepium ex serae cognitionis, et mihi ipsi in presens minime tempestivam et accommodam esse arbitror, eamq; ob rem illa super se deo. Deinde et hoc te cogitare uelim, ac tenere memoria, quod neq; in presentia statuerim, omnem saltationem a prima stirpe repetitam uelle indagare, neq; hunc orationis meae scopum esse propositum, saltationum non minima numero complecti uelle, preter paucas illas, quarum initio memini, tanquam generosioribus propositis. Verum hoc orationis meae caput et summa futura est, ut eam saltandi rationem que nunc constituta in usu ueratur, laudibus illustrem, planumq; faciam, quantum cum uoluptatistum fructus in se complectatur, et quam non nuper primum incepit ad tantum uenustatis et elegantiae culmen et fastigium peruenierit, nec minus de se exhibens reverentia. Quidippe priorcs ille perinde ut radices et saltationis fundamenta fuerunt. Eius autem floridam uenustatem et fructum absolutissimum, qui nunc omnium perfectissime cunctis augmentis ematuruit, illum nups. in presens oratione nostra explicabimus, posthabita Thermaystrida et gruum saltatione, et alijs presenti parum conuenientibus. Sed ne Phrygiam quidem illam saltandi speciem aptam conuiuijs et compotationibus, et que tantum

O P V S C V L A

strictate duce exerceri solet, hominibus rusticis sepe
mero ad tibiam muliebriter saltantibus saltus duros &
laboriosos, & quos etiamnum agrestium studio reli-
ctos uiderimus, prae ignorantia oblicui, sed quia a pre-
senti saltatione omnibus modis aliena est, nec quicquam
cum illo commane habet. Quandoquidem ipse quoq;
Plato in legibus, nonnullas illius species commendat, no
nullus uero in totum reprobat, diuidens eas iuxta uolt-
ptatem & utilitatem, exigens ex illis quae sunt indecen-
tiores, anteponens autem & admirans reliquias. Et de
ipsa quidem saltandi ratione hac dicta sufficient. Eta-
nun singulis persequendis orationem extendere, absur-
dum mihi uidetur, & ineptum. Iam uero ea quae saltas-
torem eximum habere oportet, tum qua ratione ijs que
perdidicu recte uti, quibusq; rebus artem posset assequi,
tibi expediam, ut cognoscas quam non ista ars omnino
sit comprehensu facilis, & cuiusvis ingenio obvia &
exposita, sed omni disciplinaru exactissime cognitariu ad
miniculo excolenda sit, non musices tantu, uerum metrum
rhythmiques et geometrices, cum primis uero philosophie
et naturalis et moralis. Solu uero dialectic a illi tanquam
superfluam & parum accommodam existimat est. Neq;
uero abhorret a rhetorica, sed & illius est particeps,
quatenus mores atq; affectus demonstrat, quorum audi-
candorum cupidi sunt etiam rhetores. Sed nec a graphi-
ca exclusa est, & plastice, uerum harum in membris
exprimunt

136.

exprimendis cōcinnitatem magnopere huiusmodi uidetur,
ideo ut ne Phidas quidem in tantum, aut Apelles in ea
uidetur precellere. Ante omnia uero præsens & singula
laris in saltatore requiritur memoria, eiusq; filia Polym-
nia, sit omnium rerum callentissime memor sit. Etenim
tuxid Calchanter Homericum saltatorem scire necesse
est, que sunt, que fuerint, que mox uentura trahantur.
Ne quid rerum prorsus ignoret, sed memoriam habeat
promptam & expeditam. Caput autem argumenti est,
imitationis atq; demonstrationis scientia, ac rerum mem-
orie conceptiarum explicatio, neq; non obscurorum per-
spicua declaratio. Et quod de Pericle literis ac memoria
prodidit Thucydides, eum uirum collaudans, hanc sum-
matam & clarissimam esse saltatoris laudem, nosse quid de-
ceat, & id ipsum explicare posse. Explicationem autem
habitu[m], perspicuitatem ego dico. Ceterum, ad hanc
rem potissimum facere uidetur omnis illa rerum præsca-
rum historia, ut à me predictum est, cum prompta mea
memoria, tum decenti gesticulationi cotinuata demonstra-
cio. Statim enim à chaos & prima terra generatione fa-
cto exordio, cuncta illi ad unguem cognita esse necesse
est, usq; ad Cleopatre Aegyptie tempora. Hoc enim se-
cundorum intervallo circumscripta est nobis multiplex hi-
la saltatori paranda cognitio. Media omnia perfectissi-
me calleat, coeli sectionem, Veneris partus, Titanum pu-
giam, Iouis incanabula & natuscam, Rhos frumentum,

O P V S C V L A

tenetam imposturā, lapidis suppositionem, Saturni nunc
 iā, triū fratrum regna per sortē denisa. Deinde Gigantū
 seditionis rebellionē, ignem farto Promethei subtractū,
 Hominū formationem, Promethei suppliciū, amoris utri
 usq; robur & violentiam. Post hec Deli errationem, &
 Latones ex partu dolores, & Pythonis cædem, & Tayi
 infidias, ac mox quemadmodū medium terræ aquilarum
 uolatu inuentum sit. Adhaec Deucalionem, ac magnum
 illud id etatis naufragium, tum unicam illam arcam hu
 mani generis reliquias conseruantem. Preterea quemad
 modū denuo ex lapidibus homines prognati sunt. Mox
 Iachi dilanitionem, & Iunonis dolum, & Semeles con
 flagrationem, & Bacchi utraq; stirpem. Tum que
 cunq; de Mimerua referuntur in fabulis, quecunq; de
 Vulcano, atq; Erichtheonio, ac disceptationem illā de At
 tica, & priuam in Arcopago iudicium. In summatō
 illū sermonem Atticum fabulosis narrationibus referti
 mū. Præcipue tamē memoria teneat Cereris errorē, atq;
 inuentā Proserpinam, et Celci hospitalitatē, et Triptole
 mi agriculturā, & uitium plantationē factam ab Icaro,
 & Erigones erumnas, preterea quecunq; de Borea, que
 cunq; de Oribyia, & Thesco & Aegeo memorie pro
 dita sunt. Adde his Medeæ susceptionem, eiusq; denso
 in Persas fugam, ac regis Ericheti filias, & natas Per
 dionis, tum quecunq; in Thratia perpetua est & fecit.
 Deinde non ignorandus est illi Acanth, non Phyllis,

non prius raptus Helena, tum Castoris atq; Pollucis
adversus urbem expeditio, neq; non mors Hippolyti, et
Heracidarum reditus. Iure enim ex ista in fabulis atti-
tis censebuntur. Et hec quidem ex rebus gestis Atheni-
ensiis sane quād paucā exempli gratia ex multis à me
pretermissis percurri. Deinceps uero memoria quoq; te-
nenda est Megara, et Nisus et Scylla, et trunes puri-
purei, et Minois regis Cretenium discessum, ac erga be-
ne de se meritam ingratitudo. Quibus postea annecten-
da sunt cum Cuberone quecūq; Thebanis ciuibus acta
sunt, et Labdacidarum erunne, et Cadmi peregrina-
tio, ex bonis procubitus, et dentes serpentini, et Spar-
tanorū retributio. Et rursus, Cadmi in serpentem trans-
mutatio, et ad lyra precentē murorū substractio, et
murorū inflaturatoris insanīa, et uxorū eius nempe Na-
bes fili ac suis exilioſa latititia, et in luctu silentium,
tum quecūq; de Pentheo, quecūq; de Aclōne, quecūq;
de Oedipode, quecūq; de Hercule cum oībus illius cer-
tamīib; literis produſa sunt, eiusq; liberorū per insanī-
am facta intermitio. Deinde Cormubus, et ipsa plena
fabulis, Glaucam et Creuata habens. Et ante illos Bel-
leroponitē, et Sibynobē, Solisq; et Neptuni pugnā.
Post hec aut̄ Albaniis furentē insaniam, ac nubis libe-
ratorum in aucte fugan aēriam. Inus et Melicertē fu-
reptionem. Adiecte neque Pelopidarum facia saltatori
negligenda sunt, neque Mycene, et quecūq; in illis

immorabiliter gesta sunt. Et ante illos Inachus & Ilo, &
 ipsius custos Argus, & Atrus, & Thyestes, & Acron-
 pe, & uellus aureu, & Pelopae nuptie, & Agamem-
 nonis imperfectio, & Clytemnestre supplicium. Iam ab
 buc ante illos septem principum aduersus Thebas expe-
 dito, & generorum exulum Adrastus suscepit, & ora-
 culum de illis proditum; preterea ducum in bello cæso-
 rum interdicta sepulture, & propter hanc Antigon-
 us & Menecei miserabilis interritus. Insuper quecumq;
 feruntur in Nemea Hypsipyle & Archenorius saltatori
 monumenta cum primis necessaria. At etiam que ante il-
 la tempora acciderunt exacte callebit, Danaæ uirginis
 tem, Persei natuitatem, certamen quod aduersus Gorgo-
 nias suscepit. Adde illius habitationem & Acthiopicam
 narrationem, Cassiopæam & Andromedam, & Cephe-
 um, quos inter astra annulerant quoq; hominum id
 etatis credulitas. Quinti etiam illi non ignorabit prisca
 facta Aegypti & Danai, & infidias quibus petite sunt
 nuptie. Non pauca aero eius generis suppeditabit &
 Lacedemon, uidelicet Hyacinthum & Apollinis riu-
 lem Zephyrum, & pueri exutum à disco illatum, ena-
 tumq; ex illius sanguine floridum, & gementem in co-
 dem inscriptionem eu ou, & Tyndarum à morte redi-
 eem, & Iouis ob hoc ipsum aduersus Aesculapium ex-
 candescentiam. Præterea Paridis apud Mænclaum hospé-
 tium, & Helene raprum post fænum propter pognum
 induitum.

Judicium. Planè enim existimat Spartane historie ex
placata esse adiunctam copiosam profectionem et multiplicem.
Itaque iuxta unumquemque apud Troiam occisorum
fabula agenda scene preponitur. Consentaneum uero
est, ut horum subinde memor sit, cum primis uero eorum,
qua mox à rapto usque ad grecorum procerum in patri
am reditum peracta sunt. Neque Aeneas erroris obliuio
scatur, neque Didonis amoris. Inter quae locum quoque han
bebunt, que de Orfeo circumferuntur fabule, tum qua
lia satis fidenter ausus est in Scythia. Sed nec illa, qua
enichac gesta sunt, incepta putabit, Achillis in Scyro cù
virginibus consuetationem, Ulysses insaniam, Philocte
te à Gracis derelictionem. In summam, totam Ulyssensem
errationem, et Cercen, et Telegonum, et Aeoli in uen
tos imperium, aliisque usque ad procream supplicia. Ante
hunc uero quibus syphontius Palamedi perniciem man
chimatus est, et via Nauplii, et Alacis furentis insaniam,
et alterius ad petras naufragium facientis exitium.
Quinetum Elis multas occasiones praebebit saltare co
panib; Oenomaum, Myrtillum, Saturnum, louem,
primos olympiorum Athletas. Atqui nec Arcadia fabu
larum expers est, Daphnes fugam, Callistus ferinam ui
tam, Centauromachum temulentiam, Panos parentes, Al
phei amorem, et Hyphai peregrinationem exhibens,
iam si oratione in Crete descendens, permulta inde sun
net saltatio, Europam, Pasiphaen, thauros uerosque, Len

O P I V S C E V D A

Byrinthum, Ariadnen, Phedram, Androgetum, Delos
dalum, Icarum, Glaucum, Polyiduaticinum, Talo,
eneum Cretæ custodem. At si in Actoliam dixerteris,
habet & illuc non pauca que mutuo sumet saltatio, Ab
ibcam, Meleagrum, Atalantem, Dalum, fluminis cum
Hercule luctam, Sirenum procreationem, Echinadum
& post insaniam retributionem, Alcmeonis habitatio-
nem. Deinde, Neffum & Dianas Zelotypiam, cui ad
plicanda est Herculis in Oeta monte pyra & conflagra-
tio. Habet etiam Thratia non parum multa saltanti ne-
cessaria, nempe Orpheum, & illius factam à maliciæ
valis dilaniationem, eiusq; caput loquens, idemq; und
cum lyra natans. Preterea Henum & Rhodopen, tum
Lycurgi supplicium. Porro, Thessalia adhuc plura his
subministrabit, Peliam, Iasonem, Alcestim, classem quin
magis naubibus congregatā, Argo, & loquacē eius ca-
rinam. Insuper res in Lemno gestas, Aetā, Medee som-
nium, Apysyrti dilacerationem, tum omnia illa que inter
naugandū acciderunt. Posthac aut Protesilau & La-
damiam. Rursum si in Asiam postliminio te consideris,
multam ibi inuenies fabularū copiam. Statim enim tibi
occurret Samus, mox Polycratis calmitas, atq; filie ei-
us usq; ad Persas erratio. Quidam tamen his adhuc antiquiora,
nimis Tantale loquax incoerentia, tum Deorum apud
eundem coniunctū, & Pelopis carnea depastio, eiusq; ele-
phantinus humerus. In Italia uero Eridanus et Poëson,
& populi

& populi lugentes sorores & electrum lacrymantibus.
 Sciat eiusmodi quoq; Hesperidas, & custodem aurei fru-
 cem Draconem, & Atlantis laborem, & Gerionem, tū
 dum ex Erythra abductionem. Neq; ignorabit omnes
 fabulosas formarum transformationes, quecunq; in ar-
 bores aut animantes, aut aues transmutatae sunt, et quod
 quot ex mulieribus uiri facti sunt. Dico autem Cenea et
 uatem Tiresiam. Super hæc in Phenitia Myrrham, & lu-
 ctum illum Aßyrū qui geminus est. Et hæc habebit co-
 grita, & adhuc recentiora, quecunq; post Macedonii
 imperii ausus est Antipater, & Seleucus ob amorem Stra-
 matæ. Acgyptiorum que magis erunt arcana cognoscet
 quidē, ea aut saltando representabut significantia. Epæ-
 phum dico et Osirim, præterea Deorum in animalia trans-
 mutationes. Ante omnium uero ea que circa amores illorum
 uare ex misifice contigerunt, queq; de luce ipso ferun-
 tur fabule, tum in quascunq; facies semet transfigura-
 rit. Omne uero inferorum tragœdiam tanquam digitos
 sanguinisq; suos tenebit, tum suppliciorū genera, & que
 cuiusq; causa extiterit. Et Piruboi & Thisei induul-
 sum usque ad inferos amictiam. Ut autem, uno quasi
 fasce summatis perstringam omnia, nihil quod ab
 Homero & Hesiodo, tam ab reliquis poëtis extinxijs
 & excellentibus maxime tragicis dictum est, ignoran-
 bit. Hæc admodum pauca ex multis, aut potius ex ma-
 nuscripsitam syluam, rerumq; saltationi necessariarum

saltem capita aliquot perbensui. Reliqua uero cū Poetis
 cum ipsis saltatoribus demonstrāda reliqui, ac tibi quoq;
 accessus dictorum similitudinem indaganda. Quae orationes
 in numeratio parata saltatori reponenda sunt, ut cū tem-
 pus exegerit, nullo negotio posse expromere. Quoniam
 uero imitatrix est saltatio, motibusq; et gesticulatione ea
 que cantatur semet expressurā pollicetur, summopere il-
 li necessariū est, quod et rhetores facilitare cōsuerūt,
 ut perspicuitatē exerceat, ut unūquodq; quod ab illa de-
 monstratiū fuerit, uia clare, ita perspicue ob oculos positi-
 tum representetur, ut nullius enarratoris egeat opera.
 Sed quod Pythico oraculo proditum est, oportet saltato-
 nis spectatorem et mutum saltatorem intelligere,
 et nihil loquenterem audire. Id quod Demetrio Cyruco
 quoq; accidisse fama est. Quandoquidē et ipse nō secus
 atq; tu in iudiciū vocare solebat Orhesticen, dicens tim-
 bi et fistularium et strepitum superiuacuum quoda-
 dem esse saltatore, quippe qui argumento conficiende
 fabulae parum afferret, motum modo insulfum et uanū
 adhiberet, ab omniratione atq; intelligentia sciunciu-
 Ceterum homines, qui hac in re prestigijs illuderentur,
 uictus serico, personatuq; apte accommodato, tibiaq; et la-
 sciis cantilenis, et canentū modulata cōcinnitate quis-
 bus exornaretur, nequaq; saltatoris esse officiū. Saltator
 ergo Neronis tempestate eximius et celebris, nec, ut se-
 mperbatur, imprudens, sed si quis etiam aliis, historiæ
 ram

reum memoria ex moquendie eleganti artificio precellens plurimum, precatus est Demetrium sapientissimis, ut mihi uidetur, precibus, ut cum saltantem spectare uelit, deinde si uidetur reprehenderet, ac saltationem acerbissime accusatam exhibilaret atque exploderet. Pollicebatur adhuc se nullis ubijs etiamdeneis adhibitis saltaturum, quemadmodum et fecit. Etenim stirpibus et tibijs eius oboro imposito silentio, ipse per se saltans Veneris et Martis adulterium, Solem furtivam cōcubitus proditorem, Vulcanum moebantibus infidias machinantis, ac uinculis utroq; et Martem et Venerem illaqueantem, Deos spectaculo assidentes, Venerem suffuso rubore pudefactam, subuerentem et meticulosius Martem suppluantem. Praterea quascunq; alias haec fabula partes complectitur. Adeo ut Demetrius ipsa artificiosa saltatione tam exhilaratus maxima laude saltatorem extulerit. Exclamabat enim uoce quam potuit acutissima in hac uerba prorumpens, Audio o homo cuiusmodi facias, neque enim tantum video, sed mihi uidere ipsis loqui manus. Quoniam uero circa Neronis tempora nostra ueratur oratio, animus est viri barbari super eodem saltatore tibi referre testimonium, quo laudem preclarissimam saltandi artificio attributam esse cognoscas. Quippe et barbaris quidem homo regius est Ponto cum ex negocio ad Neronem Romanu uenisset, unaq; cum alijs hunc speciasset saltatorem, video saltantem perspicue, ut quan-

O P Y S C Y L A

ibili eorum que canebantur audire poterat (Erat enim lingua semigrecus quipiam) omnia tamen callide intellegret. Lanuero cum iterum ad suos regressurus esset barbarus, cumq; Nero benignus atq; amans mutaret, et si quid uellet postulare, liberaliter iuberet, seq; prompte daturum polliceretur. Da nubi, inquit, hanc saltationem, et ut hoc munere plurimum exhilarabis. Percontante uero Nerone, cui rei dominus uelis ubi futurus es? Sunt mihi, inquit, vicini barbari lingua diffares, ad illos intelligendos interpretum parare copiam habui nubi promptum et facte est. Itaque, si aliquis regens ero, ille innuens singula queq; mihi interpretabitur. Tantum consecuta erat agilis saltationis uita, cum clara et manifesta apparueret. Ceterum, ex exercitium iuxta quod humorandum est, et saltationis scopus est representatio, ut dixi, eadem opera et rhetori bus excercenda, maxime uero ijs qui declamatiobus, que vocant, uacat. At haec quoq; in saltatoribus praecepit laudatur, ut personis in scenā introductis, saltator per omnia gestu respondeat, neque ea que dicuntur ab introductis optimatibus, aut tyrannisidis, aut mendicis, aut agricolis discrepent, sed in uno quoq; illorum demonstratur proprietas et excellentia. Volo itaq; et alterius timbi barbari orationem ea ipsa de re percensere. Etenim cum quinque personas uidisset saltatori adparatas, tot enim partibus seu actibus constabat fabula, uenientem videns

videns saltatorem querebat, qui nam reliquid essent statu-
ti, qui alias personas saltando representarent. Postea
uero quam certior factus est, ut illum omnia saltatione
sua representaturum, Refellisti nos, inquit, o optime,
quod cum corpus unum tibi sit, animas plures ha-
beas. Et hec quidem barbarum. Non iniuria uero ex
Itali, saltatorem Pantomimi nomine cobonestarunt,
ab ipso penè facto ad hoc introducti. Nec inelegans
habenda est illa poetica cohortatio, o fili, Polypimentu-
sem obtinens in omnibus uersare urbibus, saltatore qui
dein per necessaria, quem rebus adhaerentem oportet
semetipsum quibusq; factis applicare. Precipue uero
mores ex affectu se demonstrauram ex simulaturam
pollacetur saltatio, nunc quidem amantem, deinde tra-
scendentem introducens. Mox alium insanientem, aliū animo
perturbatum, ac olatalia ualde concinne ex modeste. Et
quod omnium maxime mirandum est, una eademq; die
nunc quidem Athamanta fiarent, nunc Ino metuentem
exprimunt. Et alias ipse ille Atreus est, alias Thyestes,
post pusillum Argistus, deinde Aerope. Etoia hec uni-
us hominis artificiose refert industria. Alia quidē specta-
cula ex discipline unam quampliam rem ostendunt, que
enim tuba est, aut cithara, aut uocis modulatio, aut fabu-
la tragica, aut plausibilis aliqua comedia. Ceterū salta-
tor hec oīa simul cōprehensa in se cōpleteatur, ex est ua-
riam querendā et mōdū ex oīib; diuinū uidere apparatum,

O P V I S I C V L A

vibram, fistulam, pedum strepitum, clangorem cymbali, representatoria vocem concinnam, canentium cōcentrum consonum ex unanimitate. Preterea alia quidem alterius in homine partes sunt opera, alia enim sunt mentis, alia corporis. Ceterum, in saltatione ista mixta sunt. Etenim mentis demonstrationem corpori exercitij actione ipsis rebus que sunt inesse uideamus. Maximi uero omniam ducenda est rerum que geruntur sapientia, ex quod nihil citrariationem constitutus. Quo circa Lesbonas Mytilenensis plane vir honestus ac bonus saltatores Chrysophos, id est, manu sapientes nimirum solum est, ibatq; frequenter ad illorum spectacula, quasi melior à theatro subinde esset reversurus. Thymocrates autem eius preceptor, usq; quondam semel non de industria assistens saltatore suis rebus indulgenie, Quali me, inquit, spectaculo priuani uerecundia, quam è Pseudo phia haucram. Quod si uera sunt que de anima Plato uenit differuisse constat, tres eius partes pulcherrime ostendit saltator, uim irascendi, quoties iratum exprimit, desiderandi, quoties amantem representat, ratiocinari, quando singulos affectus quasi frenis quibusdam coerdit, tunc explicat. Et hoc in omnes saltationis partes, quem admodum tactus inter sensus corporeos disseminatum est. Porro autem cum pulchritudinis tam rationem habere soleat, atq; inter saltandum decentis ex concinnae formositatis, quid aliud quam Aristotelis pulchritudinem

ānem conformare uidetur, eandem collaudant, atq; inter bona tertio loco conſtruontis. Audiū uero alium ſuper saltantium personarum ſilentio longe intenius differençem, quod eo Pythagoricæ discipline dogma ſub obſcure ſignificari uidetur. Præterea cum alie uitæ actiones, ille quidem oblationem, alie uero utilitatem exercitibus ſuppedent, ſoli saltationi utraq; hac nocta aderſe uidemus, ac utilitatem longe prætantiorē, quatenus cum uoluptate illa exhibetur. Quanto enīm hoc ſpectatu uicundius, quam uidere pugnis deuertantes iuuenes, ac ſanguine diſfluentes, aliosq; luctantes in paluere, quos non raro saltatio & longe tutus ſimil arq; decentius & maiori cum uoluptate demonſtrat. Quocirca apti decentesq; in ſaltando motus, ac corporis immuſiones & circuſtiones, in ſuper ſaltus & reſpirationes quibus uitare, alijs equidem ſe penumero fuere oblatione ſpectantibus, iſpis autem hæc eadē exercitibus ſaluberrima. Etenim illud ego gymnaſijs pulcherrimum & maxime omniū conducibile hanc dubie dixero, quod corpus emolliant, & membra ſtrebita incta ac leuiora efficient, & ad omnem multationem promptiora iuſtituant, neq; mediocri robore corpora ſolidius conſtruant. Qui ergo ſaltatores erit non omnium elegantissima, que & mentem acuat, & corpus exerceat, ſpectantes oblectet, multas res proſam homines doceat, libris, cymbalis, auerſoſo carmine.

O P V S I C V L A

unum concentu animum quantum ad oculos et aures dilatet ex quo de mulcens. Itaq; si perfectam uocum modulationem requiris, ubi alibi inuenies aut chorum plenorem aut concinniores? Quod si tibi aut festufo non dulcissimo caperis, sufficiens in saltatione quoq; fruendi ubi parata est copia. Mitto dicere quod moribus quoque emendatis multo erades melior, crebro besuens spectaculis, quoties uideris theatrum abominari et odio prosequi malefacta, contra lachrymatis deflere innocentier affectos inuria. In summa totam spectantiam uitam emendari. Quod autem praecipua in saltatoribus laude extollendum est, illud iam dicturus sum, membrorum robur atq; molitie recte exercere, utrumq; iuxta mabi admirandū uidetur, ut si quis in eodem argomento iam robur herculeum, mox Veneris tenera et delicatam ostentaret mollitatem. Ianuero oratione tibi offensus sum, qualem et corpore, et animo optimus sedatorem esse oporteat. Et sancte mentis dotes iam magna ex parte executus sum. Quippe memoria praecellere, ac praecipua ingenij indecorum, ad baculati et acuta intelligentia preditum esse, illum oportere ait, et qui postquam temporis rationem habere posset, praeterea autem ut poematum ingeniosus censor fuit, tum cantuum atque carminum praeclarissimorum periodus expensor, utiose uero factorum reprobens arguit. Ceterum corporis modum ipsa Polyclitos amu-

item adumbrabo, ut neq; impense altus sit, neque preter modum crassus, neq; breuis, nonum aut humulis, neq; natura depresso Nanus aut Penilio, sed moderata fta tur & per omnia. Neque carnosus admodum ex obesus, abfurdam enim est, neque rursus corpore impense tenus, hoc enim eridi cadaveris praefert imaginem. Memorabo uero tibi populi cuiusdam ad huiusmodi natae non inertis exclamaciones. Antiochia ciues habet ingeniosissimos, quibus studio est saltationem omnibus alijs anteponere exercitijs, adeoq; dictorum ex factorum obseruantes sunt, ut nibil omnino carum rerum illorum subterfugere possit iudicium. Ergo cum corpusculo admodum modiculio saltator in scenam ingressus saltaret, Hectorem, uno ore omnes exclamauerunt. Astia nacten uidemus, ubi autem Hectorem mansisse dicemus. Rursus alio tempore quopiam preter modum longo Capanea saltare conant, idemq; Thebanorum muros ad recturus esset. Transcende, inquit, muros, nibil tibi scalis opus est. Quintiam impendio corpulentum ex obesum saltatorem false subsannarunt, qui cum ingentem saltum facere adiuteretur, Theatrum nobis, inquit, sufficiendum fuerat. Contra, nimium erido ex tenui tanquam male habenii, bene ualere, certum precati sunt. Horum profecto non contumelias risus gratia mentionem adduci, sed ut cognofas.

OPVS C. VLLA

etes multas quoq; gentes magno studio saltati coluisse
 artificium, adeo ut ex uita ex virtutes in illo potuerint
 sagaciter deprehendere. Sit ergo saltator corporo per
 omnia mobilis ex soluto simul acq; firmo, ut ex flefupo
 scalante tempore, et firmiter consilere si opus sit, posse
 Quid autem saltatio à menuum gestulatione in certis
 minibus proponi solita aliena non sit, sed particeps sit
 ex Mercurij ex Pollucis ex Herculis editarum in certis
 uincit uirtutam, deprehendere poteris haud obscurus, si
 gularum imitationum periculum faciendo Herodoto an
 thori granissimo ea que oculis adparent certiora uide
 tur quam que percipiuntur auribus. Saltationi ex oculo
 ruit ex aurium iudicium presto est. Usque adeo uero mo
 uet saltatio, ut quidam misere ex perdite pueram quandam
 doperiens in theatrum ingressus, conspectis quorundam
 canissimis amoris effet malis, mentis sanitatem receperit, et
 nuncupatis uotis theatro egreditur fronte iam serena
 tabilior, quasi pharmacum quoddam priorum mala
 rum obliuionem inducens, ex iuxta Poëtam dolorent
 ex acerbitate omnem abstergens hauisisset. Quod aut
 ista populo fuerint familiaria, ac quisq; spectantum ei
 que inter saltandum demonstrantur callide, cognoscat,
 argumento sunt spectatorum profuse non raro lacryma
 me, quoties casus aliquis acerbus ex miserabilis prodit
 et aspernit. Bacchica saltatio in lona precipue, ex Poë
 to tanto certe studio celebris, quam ex satyricam uocat,
 usque

Usq; adeo hominibus ea detentis uoluptati esse consuetuit, ut statutis temporibus ceterarū rerum oblii omniū, perpetuos dies desideant, spectantes Titanas et Corybantes, et Satyros & bubulcos. Saltabantq; id genus saltationes nobilissimi quicq; ex singulis ciuitatibus primores atq; principes, non reverentie gratia, sed potius ab hoc ipsum magnos sese ferebant, magis quam ob generis claritudinem, & obsequia, & dignitates, que debebantur nobilibus. Postea uero quam virtutes saltatores perciurri, audi iam nanc deinceps & saltatorum uita. Sed enim que corpus plerunq; comitantur iam ostendit, mentis autem uitia ad hunc ferè modum, ut opinor, obseruabis. Per multa enim illorum propter inscitiam (fieri enim non potest, ut omnes sapientia extornari sint) torpibus inter saleandum sollicitismis delinquent. Illi quando dum citra rationem mouentur, ac nihil, ut aiunt, ad chordā. Alia quippe pes, alia rhytmus loquitur. Ceterum alijs quidem saltādo à rhytmo non discrepant, res autem parum apte & tempestiuē saltationi accommodane, quorum ego permulta uidens memini. Quidam enim Louis parentes saltans, neq; non Saturnum deuorantem liberos, Thyestæ calamitates adsaltabat. Rursus alijs Semelen percussam fulmine representaturus, Glaucon illi assimilabat, tempore longe posteriorem. Atque nequaquam eiusmodi saltatorum gratia, saltationem repudiendam esse censco, neq; ipsam odio prosequendum.

O P I V A S C N U L A

exercitium, sed illi potius, ut sunt, imperati libetum
sunt. Laudandas autem eos qui legitime ac tuxta rhyth-
num satis artificiose cuncta obeunt. In summa, oportet
saltatorem omnibus numeris esse absolutissimum, ut tan-
tum quod agit sit concinnum, sit apte accommodatum,
ac intra mensuram coabitum, sibi si non diuersum, à
sycophantice morsu alienum, reprehensioni minime obu-
noxium, et quo nihil desiderari posset. Est preterea
summopere necessarium, ut saltator optimis cogitatio-
nibus temperanter instructus sit, acuto ingenij acu-
mine docilis, mente ad deliberandum profunda, sum-
ma uero in illo requiritur humanitas. Statim enim sou-
lidam à spectatoribus laudem consequitur, quoties
quisque uidentium sua ipsius acta illo representante
cognoverit. Magis uero uelut in speculo, in saltatore
se ipse confixerit, tum qualia passus sit, queque quoniam
dam facilitare illi studio fuerint. Neque enim tunc
pre uoluptate homines se cohibere queunt, sed certa-
tim ad effundendas laudes proruunt, quisque sue ipsi
in anima simulachra conspiciens, ac semet ipsum con-
gnoscens. Planè enim Delphicum illud uerbum, Nosce
te ipsum, ex eiusmodi reportant spectaculo. Atque ē
theatro discedunt, posteaquam que expectenda, queq.
fugienda sint, perdidicerint, et eorum que prius igno-
rabant, periti euaserint. Accidit uero quemadmodum
in orationibus, sic pari quoque ratione in saltatione-
ibus co-

nibus, ea que multis utio datur Cacozelia, hoc est, ma
la affectatio, imitationis modum transgrediendibus, ac
pro ut quam par fuerat actione excedentibus. Eiusma
genum quiddam demonstrandum est, illud preter modum
demonstrantibus, rursus si quid molle ac tenerum repre
sentandum est, illud plus satis effe mimantibus. Posto
actiones graues atque viriles ad immanitatem usque feri
tiam euebentibus. Quod ego quondam saltatorem fa
cientem uidens memoria tenzo, antea quidem mirum nec
non celebrem saltandi artificem, cetera sane prudente,
nec hominum opinione indignum. Verum haud scio
quo casu tunc in ita deformem representationem immo
derata affectatione delapsus sit. Quippe, cum illi Alax de
saltandus esset, mox furens post uictoriam, tantum à saltan
tionis decoro excidat, ut nullo modo Alacis furoris insan
iam representare, sed ipse oim iudicio plane fuisse atque
debacchari uideretur. Unius enim ferreis calceamētis in
strepentiū, uestimentū uolenter discidit, alterius ē Mira
fiorum numero correptam tibiam, Vlyssis iuxtastantis,
ob potitam armorū uictoriam gestientis capiti illudens in
causit. Et nisi tyara obstitisset, et plage violentiam exce
pisset, infelix ille Vlysses peribisset, ad uerberantis saltato
ris pedes prolapsus. At qui uniuersa spectantiū corona
stulti morbo uesanie corupta una cum Aiace pariter in
saniebat, et exilientes uociferabatur, ac uestes à se proi
scabant. Itaq; uulgi, neq; nō idiotæ, decori non admodū

OPUSCULUM

obseruantes, neq; quod bene, neq; quod secus sit disser-
 nere queunt, hec oīa ad summā doloris exprimendi af-
 fectionē pertinere arbitrabantur. Civiliores uero, tam
 et si rem probē callebant, ac non parum ob factum pa-
 re suffunderentur, neq; tamen illud reprehendebant fi-
 lentio. Ipsa porro laude saltatoris amentiam honeste cō-
 tegebant, planè perspicentes hec nō Aiacis, sed saltato-
 ris uesania esse perpetrata. Neq; uero generosus ille bi-
 sce contentus quietē egit, sed alia quiddā multo magis
 admisit ridiculū. Progressus enim in mediū senatorū, in-
 ter duos consules cōsedit medius, admodū metuentes, ne
 unū ex illis correptum flagellis quemadmodū aricem ce-
 deret. Quam audaciā partim ex illis admirabantur, par-
 tem ridebant. Nonnulli uero suspicabantur, ne ex iomodi-
 ca insanie affectione uero furoris morbo implicatus es-
 set. Et sane perhibebant illū, postquam à tantis uesania
 temulentia sobrius esset factus, in tantū ob hec que tur-
 piter admiserat affectionem esse poenitentia, ut prænominis
 mentis moestitia agrotus decüberet, revera ita propter
 immodece affectionatā insaniam perturbatus. Atqui ne ipse
 quidē hoc occulē aut dissimulanter habuit, sed satis mu-
 nifice declarauit. Siquidē postulātibus iterū equalibus,
 ut Aiacem in illorū gratiam desaltaret, adhibitō repre-
 sentatore, inquit ad theatrū, satis superq; esse sc̄mē insi-
 niuisse. Maxime uero oīm eius animū discruciauit emul-
 lus. Cū enim idem Ajax illū ex cōposito desaltādū esset,
 adeo

adeq; modeste & temperanter eius representauit insani
 ate, ut magnā inde laudem reportaret, saltationis fines
 nūquam egressus, neq; representando furenter in quen
 quā debacchatus. Hec tibi o amice, pauca sanè ex perq;
 multis decerpia ostendi saltationis studia atq; exercitia,
 ne prorsus indigne aut dolenter patiaris, si ista libenter
 & magna cū uoluptate spectare soleam. Cæterū, si ani
 mus est, te mecū eiusmodi participem esse spectaculi, sat
 scio illius illecebris te capiū tri, insuper etiā tripudia Odyſ.
 turum. Itaq; nihil opus est, ut illud Circes dictum tibi oc π.
 cinam, obſtupui quod te nil pharmaca nostra bibentem
 demulxere. Haud dubie enim demulceberis, & perlon
 uem neq; asini caput, neq; porci cor habebis, uerū mens
 tibi firmior erit & cultior. Tu uero p̄e uoluptate quam
 spectando mirificam capies, nō multum Cicconi potādo
 tribues. Nā quod Homerus de Mercurij uirga aurea af- Odyſ.
 firmat, quod illius admimiculo quorū oculos uoluerit in
 somnū soluat, rursus alios dormientes excitet, hoc planē
 efficit saltatio, & oculos demulcens, & excubare faci-
 ens, & mentem ad singula humanae uitæ acta accurati-
 us discutienda excitans. Cra. Atqui iam tuis me Luci
 arc dictis persuasisti, iamq; mihi patent & aures & ocu-
 le. Et uideo amice ut memoria teneas, ut si quando post
 hac in theatrum incris, & me tecū uā pariter specta-
 tū abducas, ne tu solus inde nobis sapientior regrediaris.

OPVSCVL A
CLARISS.

VIRO, GEORGIO PVECHER A

Vualckerfaich, Equiti Germano, Illustroß.

Boiorum principis Ludouei ex c.

aconsilijs, Vincentius

Obsopœus Sa

lutem.

Quod nondum ullo literario Xeniolo iamdudum etatem tibi promisso, Georgi generosiss. necam apud te fidem liberarim, non tam rerum meorum angustia & ingenij paupertas, quam animi tui manu factissimi facultas in causa fuit. Neq; eni uerebar, ne si des mea, quam multis nominibus tibi obstrinxerā, apud te ueniret in crimen aut dubium, quamvis mendax debitor ad tempus non respondisse. Præterea in tanta temnitate nihil uidebam mihi relictum muneris, quo te oppi pax potuisse munerari. Et erat omnino aliquid mittendum expectatione tua dignū. Ea quanquam etiam nunc in præsencia urgeat inopia, nec habeam quod tibi honeste offerre possem, malui tamen potius aliquid uel cū estimationis mee tactura mettre, quam nihil, ne subinde tibi uidear tantum ore manuscus, ceterum re nullus. Muto itaq; ad te cum formosum, tam gregium formorum spectacularem formosissima mulieris, à formosissimis magis

L U C I A N O

magistris formosissime expressam imaginem, sed non a perinde formoso transcriptam, ut uides ad cuius archetypi regulam formosa & pudica mulier exploranda sit. Facit uero Christus ueris ille hymeneus, quoniam manus uerum imaginibus antea es clarissimus, ut quam primus stabili connubio talis tibi contingat lepidissima coniugis amago formosissima, cuiusmodi hic omnibus & corporis & animi dotibus Lucianus depinxit, que domum tuam multis et illis uouis imaginibus impletat atque illustrat, ne tantum pictis & matis plena & illustrata sit. Ut milibus licet Vergilianum illud de te ita immutatum pronunciare, Formosae uxoris coniunx formosior ipse. Bene natus, Georgi nobilium decus, & me principi tuo etiam atque etiam commenda. Ex Norimberga &c.

L U C I A N I D I A L O G V S I M A G I N E S , V I N C E N T I O O B S O pao interprete.

Lucianus.

AT profecto tali quopiam illi absurperi sunt exitio quibus Gorgonis facies conspecta est, quali ego parloantic penè interijssem o Polystrate, usq[ue] summa forma multere. Et quod in ea ficitur fabula, paru[m] abeat quo minus ego saxum ex hoc factus sim, spectaculi admiratio[r]e rigore attratio. Po. O Hercules, misitatu[m] quoddam et nouu[m] dicitis spectaculu[m], nimisq[ue] molestu[m], si

O P V S C V L A

tiam quoq; stuporem inducerit muliercula. Hoc equi-
dem formosis conspectis iuuenibus facile tibi solet acci-
dere, ita ut quispiam citius totū syphilum loco domoueret
suo, quam te à formosis queat abstrahere: qui nō solam
biante ore illis assistere cōsuesti, sed lachrymas quoq;
non raro profundere tibi moris est, quē admodum illam
perhibent Tantali filiam. Veruntamen responde mihi,
que illa tandem est Medusa sacrificia, ex unde generis or-
quam ducit, ut ex nos illam uideamus. Neq; enim, ut mea
est opinio, nobis inuidebis spectaculū, neq; Zelotypie
morbo laborabis, si ex nos illa conspecta rigore cōcrene-
ritus. Luc. Atqui hoc planè tibi compertū esse opor-
tet, quad si ex sola specula illā intuitus fueris, mutū iluca
ac ipsis statuis immobiliorem te faciet. Et fortasse quod di-
xi leue est præ hoc quod dicturus sum. Vulnera quoq;
non admodum tempestiuo te consuiciabit, si coram ipse
illam intueberis. At si illa conuersi oculis temet inspec-
xerit, qua facultas tibi relinquetur te ab illa auellendr.
Adducet te alligatum quocunq; collibuerit, quemadmo-
dum lapidem heracleum ferrum ad se attrahere per-
tinet. Po. Desine uero o Luciane, prodigiosam
quandam ex monstrificam effingere pulchritudinem.
Sed hoc mihi expedi, que nam illa fuerit mulier. Luc.
An tu me oratione eius formam immodice attollere exi-
stimas, qui uereor, ne eam tibi iam uifam ingenij cul-
pa algis infirmitate nimis ciuius laudarim. Tanto tibi

etiam facies oratione mea amplior videbitur atq; excellen-
tior. Ceterum, que nam sit, mihi non promptum est di-
cere. Magnus circa illam cernebatur cultus et adparan-
tus splendidus. Eunuchorum numero satellitio stipata,
multis preterea alijs et illis teneris pueris comitata ima-
cedebat. In summa, omnia erant ampliora quam quo
priuatae fortune mediocritas sufficiare posset. Po.
Ergo ne nomen quidem inaudisti tu, que nam vocare-
tur? Luc. Ne nomen quidem teneo, nisi hoc solum
illam esse oriundam ex Ionia. Siquidem spectatorum quis
piam, conuersis in proximum oculis quando preter-
bat, Tales, inquit, Smyrnæ sunt pulchritudines. Nihil
autem mirandum est, si lonicis urbibus pulcherrima, mu-
luerem produxerit pulcherrimam. Visus uero est et ille
mihi Smyrnæ esse, qui ista dixerat, adeo insolenter
de illa iactabat. Po. Proinde, hoc reuera ut lapis fe-
cisti, qui neq; illam consecutus es, neq; Smyrneum illum
que fuerit interrogaris. Atqui saltem speciem, quoad
cius fieri potest, oratione mihi adumbrato, si queam for-
tasse ista ratione illam cognoscere. Luc. Vide quan-
tam rem à me exigas? Neq; enim tanta presto est facul-
tas orationibus, præcipue uero meis adeo admirandam
imaginem in lucem producendi, ad quam deliniandam
ut Apelles, aut Zeuxis, aut Parrhasius sufficient, aut
si quis fuit uspiam Phidias aut Alcamenes. Ego uero ar-
tis imbecillitate non mediocriter desum, de formando arche.

O P V S C V L T A

typum. Po. Age tamen, effare obsecro, quali fucis
tu uultu predita? Neque enim, periculosa erit audas-
tia, si familiaru tuo ostenderis imaginem, quibus lime-
amentis adumbrata fuerit. Luc. At enim longe tu
tuis ipse mihi factioris uideor, si quos priscorum illorū
rum artificum ad praesens opus absoluendam ascuero;
ut mulieris formam mihi depingant. Po. Quorū
sum ista dicas? Aut quo nam pacto illi tibi ascisti uenient,
qui tot retro seculis fato functi sunt? Luc. Perfa-
cte, dummodo te mihi non ptegeat ad quæsita responde-
re. Po. Roga quecunq; fert animus. Luc. Num
quam ne Polystrate ad Cnidos peregre profectus es?
Po. Immo, maxime. Luc. Proinde ante onus
Venerem quoque illorum uidiſti? Po. Sanè per ion-
ium Praxitelis monumentum pulcherrimum. Luc.
Sed nunquid etiam fabulam memorantibus de illa incon-
lis maudisti, quomodo unus aliquis eius imaginis infan-
do amore corruptus fuerit, tum quemadmodum laten-
ter in templo derelictus noctu cum imagine quantum si
eri potuit, rem habuerit? Sed hec alio tempore inquo-
rito, quippe hec ut ais tibi planè uisa est. Age uero
et hoc mihi responde, nunquid etiam illam Athenis que
in hortis est, uidelicet Alcamenis conflexisti? Po.
Sanè omnium incrisimus à Luciane, merito censendue-
ssim, si pulcherrimum Alcamenis figuratum negligen-
ter contempſiſsem. Luc. Illud quidem Polystrato
te non inceſ-

L V C I A N I

143

de non interrogabo, num sepe in arcem conscenderis, ac
Calamidis Sofondram spectaris. Po. Et hanc uida
se penumero. Luc. Iam & ista abunde sufficunt.
At ex operibus Phidie, quod nam maxime collaudasit
Po. Quod nam aliud, quam illam Lemniam, quam
hoc quoque titulo nobiliorare non dubitauit Phidias? In
super illam quoque Amazonem, que hacte innuitur.
Luc. Pulcherrima sunt ista, o amice, itaque alijs non
amplius regebis artificibus. Age uero iam ex omnibus
bis quoad eius fieri poterit, unicam imaginem compo-
nitam tibi ostensurus sum, ab unaquaque precipuum
specimen babentem. Po. Et quo pacto hoc fieri po-
test? Luc. Haud difficultè Polystrate, si nunc in pre-
fens traditis orationi imaginibus illi permiscimus exor-
nandi copiam, tum componendi & coaptandi faculta-
tem quantum fieri poterit luculentissime, eadem opera
temperaturum obseruanti, & iucundam uarietatem.
Po. Recte dicas, proinde assumptis illis demonstret.
Perlibenter uero uidere gestio, qui nam illis usura sit,
aut quomodo ex ijs omnibus unam compositam, nec ul-
la in parte disperantem absolutura sit. Luc. Atqui
cum tibi uidendi facultas præstabit nascentem imagi-
nem ita componens. Veneris è Crido adducta, si
tantum caput sumpserit, reliquis nudi corporis partia-
bus operas non habebit. Porro, quod ad comam & uil-
lam attinet, ac decentem superciliorum ambitiū,

O. P. V. S C V L A

illud habendum concedes, quemadmodum à Praxitele ab
soluta est. Quinetiam oculorum mobilem agilitatem,
amabili hilaritatem & gratia temperatam retinebit, sicut
tusum est Praxitelis. Ceterum, ubera & quecunq; uul-
ta sunt partes, priores ab Alcamenis Venere que in
bortis sua est mutuo accipiet. Adhuc manus teretes,
earundemq; concinnam iuncturam, digitorumq; tenela-
torum ductum non difficilem, in extremis in orbicula-
tam exilitatem desinentiū, ab ea que in bortis est & illa
utenda recipiet. At uero totius faciei descriptionem &
lineamēta genarumq; teneram mollitem, & nasum in-
tra rectum modum cohibitum præstabit Lemnia & Phi-
dias. Idem quoque dabit oris cōformem compositionem,
ceruicem uero lacteam sumet ab Amazone. Però au-
tem Sosandra et Calamis candem ornabunt uerecundie.
Risu preterea tenui fallente intuetis oculos anteri orisq;
hilaritatem ostendet, qualis & illius esse solet. Vestitus
frugalem munditiem à Sosandra concessam habebit, pra-
terquam quod illa nudo & aperto erit capite. Actatis
autem mensuram, quantacunq; illi fuerit, uoxa Cnido-
rum Venerem metienda est. Etenim & hanc Praxitelē
diligenter emensum esse uideo. Et quid tibi uidetur Poly-
strate, erit ne imago satis ornata & elegans, & maxi-
me posteaquam exactissime absoluta fuerit? Po. Ad
duo ò generofissime, nonnulla formositatis persim exca-
lenda imagine tibi intermissa est, adeo omnes exornandi
rationes

rationes in unum contulisti. Luc. Illud enim uero anim
 se quod dixisti maximum est, nisi tuo iudicio minimus
 momenti ad summam forme præstantiam colores adden-
 tre posse videantur, & cuius in quaq; corporis parte ma-
 xime ratio habenda est, decorum. Ut exalte, ut perfecte
 nigra sint, quecūq; nigra, et alba, quecūq; alba esse con-
 senit, utq; apto decētiq; rubore florescat oīa. Ac iam de
 his periclitamus cum abduc quod maximū est, desyderia-
 mus. Vnde ergo eius rei copiā nobis parabimus, aut ac-
 cersimus uidelicet pictores, cum primis uero illos, quos
 hoc artificio præ ceteris lōge præcelluisse cognouimus,
 ut colores nobis apte cōmixtos temperet, eosdēq; pro de-
 coro luculente & artificiose accommodent. Sancè uero
 accersatur Polygnotus, & Euphranor ille, atq; etiam
 Apelles, Actione unā comitante. Illi diuiso inter se opere
 Euphranor comam pinget, qualcm lunonis depinxit. At
 Polygnotus superciliorum decoram distantiam, & ma-
 larum decentem rubedinem, cuiusmodi Cassandra apud
 Delphos fecit in conuictulis, exprimat. Amictum uero
 ille quoq; preparet, quam poterit tenuissime elabora-
 tum, ut quecunq; par est corpori decenter applicet,
 multa uero uenis diffundenda relinquat. Porro, reli-
 quam corpus ipse Apelles absoluat, secundum pacatē
 simulacrum, ita tamen, ne numium addat albedinis, sed
 planē temperanter rubescat. Labia autem non sint alia,
 atq; Roxana, Action addidit. Quid in potius præstantiſi

O P V S C V L A

num inter omnes pictores Homerum; Euphranore
 Apelle posthabito, in partem operis suscipimus. Si qua-
 dem cuiusmodi ille colorem Menelaus adiecit femoribus;
 ebori purpureo ostro infecto assimilatis, tali uniuersitate
 corpus colore niteat. Ceterum, ille ipse pingat et oculi
 los, bouinis, hoc est, pulchris et nitentibus oculis pre-
 dictam exprimens, in partem laboris ueniat illi opem feu-
 rens, et poeta ille Thebanus ut uenustate sua exornet
 palpebras. Homerus quoque illam risus amantem et fa-
 diosam faciat, et candidis bumeris, atq; lacertis decou-
 ram, et roseos habentem digitos. In summa, totam
 aurea Veneris formositati longe inscius illa cōparēt, quā
 Brisci filiam. Hec inquam pictores atq; pictores et poe-
 ta elaborabunt. Quid autem per omnia amabilitatem
 elegancia niteat, hoc Gratia erit officium, aut po-
 tuus omnium quotquot uspiam sunt Gratiae atque Cupi-
 dines chorum ducentes. Quis talern imitatione affecti
 posset imaginem? Po. Diuum quoddam opus pro-
 ducis o Luciane, et profectio ab ipso loue demissum celi-
 tus, et cuiusmodi apud superos absolutum esse credibi-
 le est. Quid autem rei ipsam facientem uidisti? Luc.
 Codicillos habebat in manibus, duabus partibus compli-
 catos, uidebaturq; alteram iam perlegisse, alteram uer-
 ro etiamdum legendo perlustrare. Porro autem inter
 progrediendum nescio que uerba cum quadam ex pedis
 sequis faciebat, neque enim tam clare ut exaudiri posset
 loqueba

loquebatur. Verum tamen tenuiter ridendo, o Polystrate
udentes ostendebat, Dij boni quam albos, quam medior
ores, quam apte inter se constitutos. Sicubi segmentum
aut monile iudisti pulcherrimum nitidissimum et equali
magnitudine pollutibus margaritis confectum, tam con
cina decentijs serie erant enati. Plurimum uero decon
tis et ornatus illis accedebat, ex labijs per pulchre ru
bentibus. Elucebant itaq; ipsi Homericō ebori recente
sector similes. Neque uero alijs altos deformi latitudine ex
cedebant, aut alijs ceteris alijs eminebant, aut prece
dendo extabant, cuiusmodi in multis est cernere, sed
erat una omnibus equalitas, idemq; color, et magnitu
do eadem, eadem serie connexis. In summa magna ad
miracionis spectaculum de se prebebat, omnem hama
ne formositatis uenustatem exuperans. Po. Quic
se parumper. iam enim plane intelligo, quam tu mulie
rem dicas, his omnibus que dixisti, atq; adeo ex ipsa pa
tria conjecturam facienti mihi cognita est, tum quod Eu
gubchos quoq; illam comitatos esse confirmasti, et per lo
rem etiam milites. Regis uxorem o beate illā uidelicet mul
tis nominibus memorabilem, tu memoras. Luc. Et qd
ille nomen est? Po. Plane et illud numis dulce et deli
catum o Luciane, et omnibus modis amabile. Et enim co
gnominis est formose illi Abredatē coniugi. Haud dubie
enī nouisti se penumero auditē Xenophatē modestā quā
piam et formosam admodū mulierē collaudante. Luc.

O P V S I C V L A

Sanè per louem quasi illam oculis corām intuerer, ita
enīmo affectus sum, quotiescunq; enim Xenophontis
locum perlego, ac tantum non illam loquentem audio,
dum que facta sint, commemorat. Et quemadmodum
marīū armis induat, tum qualis erat eundem in pugnā
emandans. Po. Atquit uò optime illam tanquam fid
gur pretercurens salem semel conflexisti, uiderisq; fa
cilia & prompta illa, nimurum corpus & formam illa
strere laudibus. Ceterum dotes animi quibus prædicta
est, intuentium oculis non sunt obuiæ. Neq; compertum
habes, quanto precellat ista pulchritudine, qua mens illi
in exornata est, queq; corporis forma longe prestatior,
deabusq; conformior esse solet. At ego, qui & familiaris
tate illi iunctus sum, & sepe in colloquium ueni, nime
rum conterraneus illi existens, planè earum rerum cera
tus sum. Quippe, quod nec tibi obscurum esse opinor,
mibi moris est morum suavitatem, humanitatem, animi
magnitudinem, modestiam, & pudicitiam formositati
anteponere. Digna enim sunt, que modis omnibus cor
poris dotibus anteferantur. Quoniam planè absurdum
foret atq; factu ridiculum, si quis uestitus cultum atque
mundiciem p̄e corpore admiraretur. Porro autem ea
mihi demū omnibus numeris absolute pulchritudo esse
uidetur, quoties in idem concurrunt anima exulta uir=
tuibus, & corpus amabili forma exornatum. Omnia
enī non paucæ tibi monstrare possum, corpore
equidem

equidem & forme elegantia uscendas & scitulas & nim
tidas, ceterum forme præstantiam morum foeditate de
turantes. Adeo ut id quod solum in tam specioso corpo
re laudandum fuerat, sc̄r̄ emoriatur atque flaccescat,
reprehensioni & turpitudini obnoxium, ac planè p̄
ter dignitatem here tam praeue uitiose nimurum anima
conuersans. Et sanè tales templis Aegyptijs iudicio meo
audentur esse persimiles. Illic enim ipsum quidē delubrum
forinsecus pulcherrimum est simul atq; maximū, sumptuo
sis lapidibus extructū atq; compositum, ceterū si intus
Deū requiiseris, aut simiam inuenies, aut ciconiā, aut hor
cum, aut felē. Eius generis mulieres non parum mul
tas paſſim est cernere. Primde corporis nitor & uenu
stas non sufficit, nisi ueris & iustis ornamenti decora
ta & exulta sit. Non autem dico, ut uestimentis pur
pureis & aureis, aut gemmeis monilibus exornata sit,
sed ihs que predixi, nempe morum elegantia, uirtute,
temperantia, equitate, humanitate, ac alijs quocunq;
tandem fine comprehenduntur. Luc. Primde o Po
lystrate sermonē sermone pensabis ipsa mensura (quod
aunt) aut etiam cumulatius, potes enim, ac quandam
animi imaginem adumbratam nobis offendes, ne tātum
ex diuedio illam admitemur. Po. Duram & diffici
lem mihi iniugis prouinciam o amice, neq; enim perim
de facile atq; promptum est, ea que obscura sunt oratio
met retegere, quam id quod manifestum est omnibus lan

de extollere. Videor uero et ipse ad hanc imaginem ex primendam multorum egens esse operae, non fictorum sicut et pictorum, sed philosophorum etiam, ut ad illorum canonem, et regulam hoc simulachrum recte absolvatur, et in lucem ad antiquam plasticen formatum producatur. Sed ad rem accingamur. Si ergo primum fandi facultate praedita ac dulci uoce instructa, ut orationem melle dulcioram de illius fluxisse uerius quam de senis illius Pylii cōuonatoris lingua Homerus dixisse videatur. Omnis autem uerborum est loquela tonus, cuiusmodi de licatissimus esse solet, neq; nimium graui et aspero innatu insonet, quasi ad uitilem uocem informatus sit, neque rursus nimium tenui, quasi impense effeminatus aut fermè fractus sit, sed qualis esse solet pueri nondum pubescens, dulcis et blandus, comiter et mansueti in auditum semet inserens, ut etiam illa loqui desinente uerba audita iucundo murmure tinniant, ac quedam dulcissima uocis reliqua aliquantisper perdurent, auresq; blando sufurro circumsonent. Tum quandam Echo alterna uocis imitatione auditum prorogantem imitetur, melliflava quæda uerborum uestigia neq; non persuasionis plenissima in animo audientium relinques. Ceterum, quando uoce illa tinnula canere adorta fuerit, precipue uero ad cithara, tum uero tempus est ex quo tacendi et halcyonibus et cicadis et canoris oloribus, aliena enim à Musis haec sunt omnia, si ad hanc collata fuerint. Et si Pandionis na-

tam dixeris, rudis et incepta est, quanquam uocem multisonam edere soleat. Orpheus autem et Amphion a quibus maxime motos auditorum animos esse constat, quiq; sylvas et saxa sequentia cantus dulcedine ad se periraxerunt, illi, ut ego opinor, si hanc audissent, posthabuisse citharistis, astutissimt auscultantes cum silentio. Quippe, omnes harmonicæ rationes accuratissime obseruare, ut ne quid rhythmus deliret, sed tempestiuæ decentiæ eleuatione atque depressione modulari ac emensurare concen-tum, præterea uoce per omnia respondere cuharae, utq; plectrum à lingua non discrepet, aptiæ digitorū tactus, et agilis membrorum flexibilitas, unde nam hec suppetissent huic Thraci, ac illi in Cuperone boues pascenti. Itaque Luciane, si quando illam cantantem audieris, non amplius illatam à Gorgonibus monstrificam ullam immutacionem patieris, lapis factus ex homine, sed strenum modulantium uirtutè qualis nam sit, cognosces. Ita enim sat scio adductus demulceberis, ut patriæ ac familiarium tibi obreptura sit obliuio. Atque etiam auribus cera obstructis, per ceram quoque oppositam penetrabit iunctissime uocis modulatio, tantam cantando uoluptatem audientibus exhibit. Terpsichores aut Melpomenes aut Calliopes uocem dixeris, infinita et omnifaria am aurium animorumq; demulcimenta in se complectentem. Ut uno uerbo dicam, optarim cum priuatis talera mihi et tam concinnam modulandrationem

OPVS CVL.A

auditam, cuiusmodi pars est per talia labia et dentes illos emissam crumpere. Visa uero est et tibi hec eadem quam dico, itaque et auditam esse existima. Sed enim exacta et perfecta lingue eloquentia, ac uocis sonice puritas, tum illa in familiari colloquio extemporalis dicendi facultas atque suauitas, que Gratijs Atticis ubique conservata est et condita, ne admiranda quidem est. Habet enim hoc a maioribus quasi hereditario iure patrum. Neque alia ratione conueniebat illa in hac peregrinatione Athcenium sum esse partipem. At qui ne illud quidem admiratione mihi prosequendum uidetur, poetis lectionibus illam voluptuose oblectari et gaudere, eandemque malo tam tempore studiose in illis uersari, quando una cum Homero eiusdem urbis ciuis sit et incola. Vnam equidem Luciane illius incundae et amoenae uocis ac modulationis imaginem expressam esse uides, si quis tenuiter admundum exprimere studuerit. Iam uero et alias non osculariter consydera. Neque enim unam saltem sicut tu ex multis compositam consilium est absoluere, nam hoc esset perexile et leiunum, tum more graphicō absolutum, ex tot formis tamque multiplicibus speciebus hinc inde collectam unam corporis pulchritudinem componere sibi ipsi discrepantem. Sed omnibus animi uirtutibus una uago depingatur imitata formam archetypi. Luc. Diem festum et epulas publicas omnifariam instructas mihi annuncias, o Polystrate. Videris itaque multo cumule eius membra

etiam mensuram mihi remetiri. Proinde perge admetendo, nulla enim nunc res est qua perinde mihi possis graeficari. Po. Ego, quoniam omnium honestarum liberaliumq; disciplinarum cognitione necessaria esse putatur, maxime uero carum que usu ac meditatione constant, age. **E**t illam iam constituemus, multifariam quandam, ac multiplici uenustate conspicuam, ne qua in parte fingen di artificio te inferiores adpareamus. Et sane ita pingatur, ut omnia bona comprehensim possideat, quibuscunq; Helicon affatim atq; abundantiter affuit. Nequaquam uero ut Clio aut Polymnia, aut etiam ut Calliope, utq; o mnes aliae, quarum unaquaq; unius tantum rei perita excellenter praecepsit, uerum nostra omniū ex equo gna ra et prudens sit. Præterea nec minus Mercurij atque Apollinis dotibus præedita sit. Quaecunq; enim poëte lepidissimis celebrata uersiculis in lucem dederunt, que cunq; à scriptoribus classicis litteris ac memorie prodita sunt, quecunq; philosophi extulerunt laudibus hisce simul omnibus imago præclarissime exornata sit. Neq; uero tantum penicillo obiter colorata, sed pigmentis pe nitus imbuta, et ad satietatem usq; empta sit. Et ignoscendum est, si nullam huius picturæ archetypum queam ostendere. Neq; enim uspiam in veteribus de eiusmodi absoluta disciplinarum cognitione facta extat mentio. Veruntamen si uidetur et hæc sacra superis dedicetur, neq; enim, ut mea fert ratio, uspiā culpari potest. LNC.

O P V S C V . L A

Elegantissima proœctio, o Polystrate, ac omnibus cum
numeris tum lineis absoluta. Po. Iam deinceps post
hanc ipsius quoq; sapientie & intelligentiae imago de-
pingenda est. Opus autem nobis erit ad hanc absolu-
dam exemplis quamplurimis, præcipue uero multis ve-
teribus, ac uno quidem illo & Ionico. Cæterum picto-
res & illius artifices erunt Aeschines familiaris Socra-
tis, atq; ipse etiam Socrates, imitandi dexteritate omnes
longo interuallo post se relinquētes, qui aliqua cum gra-
zia & uenere unquam pinxerunt aliquid. A spasiā por-
rō illam Milesiam qua cum & olympius ipse maxime ad
mirandus conuersatus est, exemplum intelligentiae non
malum, præponentes, quantarum peritiae, quanto in
officijs ciuilibus acumine, quanta deniq; industria atq;
saleria perpolita fuerit, hoc omne ad nostrā hanc imagi-
nem translatū accurata amuſi applicabimus. Præterq;
quod illa modica in tabula depicta fuerat, hec uero Co-
lossea pollet magnitudine. Luc. Quorsum ista dixis?
Po. Quoniā ego Luciane, nequaq; equaliter magnas ima-
gines esse opinor, similes existentes. Nequaquam enim si
nullis est uetus Atheniensium Resp. ac præsens Romano-
rum potētia. Itaq;, et si similitudine illa respondeat, bec-
tqmē potior est magnitudine, ueluti in latissimā depicte
tabulam. Deinde, & tertium exemplū si lubet produca-
mus, numerū illam Theano, ac uersificatricē Lesbīā unā
cum Diotima. Theano quidē animi magnitudinem ad pi-
cturam con-

Curā confrētē, Sappho aut̄ institutae uite iucunditatē
 adferet. Porrò Diotimae nō tantū ut illam laudauit Socrate
 s, simulis erit, uerū illi oībus ingenij ornatissimi dotibus
 comparata respondebit. Itaq; & hanc Luciane, imaginē
 dedicatā suspende. Luc. Per louē Polystrate nimiū ad
 mirādā. Sed enī tu ḥ amice, alias quoq; benignitatis ac
 humanitatis imagines perge depingere, que morū man-
 suetudinē, tum placidā erga egentes comitatē consuevit
 ostendere. Po. Proinde & illa Theani cōparetur, illi
 nempe Antenoris coniugi, necq; non Arcte & filiae eius
 Nausicæ. Præterea si qua alia in fortunæ indulgentiis
 affluentia animi modestiā obtinuit. Deinceps uero post
 hanc modestiæ imago depingatur, ac ostense erga cōuer-
 santē benedicentias, ut iuxta illam Icari filiā maxime mo-
 desta & pudica sit, quemadmodū ab Homero adumbrata
 est. Talē enī Penelopes effinxit imaginē, atq; etiā per
 louem propter nos affinitatē, etiā Abradata coniugis,
 cuius paulo ante mentionē fecimus. Luc. Omnibus pro-
 fecto modis & hanc præclare absoluisti imaginē ḥ Poly-
 strate, iamq; fermē exprimendarū imaginū finem attigi-
 sti. Nullus enī animi ac laudū partes pratermisisti. Po.
 Nondum oēs, summū enim et maxime laudis caput omis-
 sum est. Dico uero cū in tantā rerū magnitudinē euēla-
 fit, ut neq; factu ob blandiētis fortunæ prosperitatē intur-
 mescat, neq; ultra humane fortis mensurā effratur tem-
 re, fortunæ confidens. Sed scrupula equabilitate animi,

O P V S C V L A

se ipsam cobibeat, nihil procatius duc insolentiam, quod alij
 foret molestiae, animo concipiens, sed ut erga accedentes
 populariter affecta sit, ac dextris copulatis eosdem be-
 nigne atque amanter suscipiat. Tanto enim his quibus cum
 sermonem confruntur, sunt acceptiores; quanto aliorum
 fortuna euctae nihil superbit, fastidij aut contemptus tra-
 gici prese feruntur. Veluti omnes illi qui sua potentia non
 in hoc utuntur, ut procaciter contemnant alios, sed poti-
 us ut benigne aliorum subleuent inopiam, illi soli acceptis
 a fortuna bonis maxime digni habendi sunt, ac soli illi
 inuidentie malum possunt effugere. Nemo enim facile
 ei fortunato inuidet, quem prosperis rebus affluentibus
 moderato utentem animo conflexerit, neque uicta Aten
 Homericam illam super hominum capita incidentem, ac
 inferiorem calcantem. Quod plerumque euenire solet ijs
 qui humili atque abiecti sunt animo, fortune erridentis
 procacitate intemperanter efferratis. Posteaquam a for-
 tunis nil tale sperantes ex improviso sublimes in currum
 quendam uolatilcem eucti sunt, intra fortune medocri-
 tatem consistere nequeunt, neque deorsum elatos torquent
 oculos, sed semper nituntur in arduum. Quare non na-
 ro ueluti Icarus liquefacta illis quam celestine cera, ac
 aliis defluentibus perpreceps in marinos fluctus denou-
 muntur, spectatoribus risum exhibentes. Quotquot
 autem instar Dædali alarum utuntur remigio, neque ad
 modum in sublime elati uolant, certe quod ale ex cera

illis con-

Ulad.

70

illis conglutinatae sunt, rerum autem abundantiam ad
humanae vite societatem sublevandam expromunt, neq;
non contenti sunt saltim ab undis paulo altiores inferri-
ad eo ut crebro etiam alas uolando humefaciant, nec so-
lis esti ex feruoribus easdem liquefacienda exhibent,
illi tuto iuxta ac moderate uolatu utuntur. Quem cura-
sum quispiam ex in hac maximis efferre laudibus iure
optimo posse. Quocirca dignissimum etiam ab omni-
bus fructum percipit, optantibus ut haec quam diuisi-
fime illi permaneat, bonis subinde affatim affluentibus.
Luc. Sic quidem fiat, o Polystrate, neq; enim corporia
uenustate solum conspicua est, ut Helenam admiranda
forma fuisse constat, sed animo quoq; lepido amabilita-
tibus expolita dotibus spectantes ad se allicit. Digna ue-
no magno illo rege, mansueto existente et affabili haben-
da est, ut hac quoq; precipua felicitatis parte cum alijs
bonis innumeris quibuscunq; amplissime instructus est,
fruatur. Ut sub illius imperio ea quoq; forma ex virtute
mulier trata sit, et que cum illo conuersans arctissimo
desyderio cum complectatur. Quippe haud quaquam
mediocris felicitas mulier existimanda est, de qua aliquis
Homerum illud commodissime dicere posse, quod cum
area Venere de formositatis palmario contendere posset,
ingeniosis autem operibus Mineruam equiparare. Neq;
facile quispiam ex omni mulierum numero aliquam illi
comparabut, neq; corporis neq; ingenij gloria, ut idem

O P V S C V L ' A

de Homeris, neq; item mente ex artificio sis operibus
Po. Vera sunt que dicas o Luciane. Quare si consultum
factu tibi uidetur, cōmixtis iam unum imaginibus, ex ea
quam tu corporis effuxisti, ex ijs quibus ego mentis in-
genijq; dotes adumbraui, unam ex omnibus compoñā,
collecto libello oībus cōtemplādā, admirādamq; exhibe-
amus, et ijs qui hoc etatis degūt apud superos, sum etiā
aliis qui paulo post futuri sunt. Itaq; longe, ut mea fert
opinio, hec erit stabilior ex diuturnior, quam illa fuit
aut Apellis imago, aut Parrasij, aut Polygnoti. Eaque
ipsa malto plus gratie spectantibus exhibuit, quatenus
non ex ligno aut cera aut coloribus formata, sed solerter
atque industria à Musis ad hoc ascitis expressa est, qua
haud dubie imago omnium accuratissime absoluta futu-
ra est, ex corporis elegantiam, ex virtutis animi uoxia
contemplandas ostendens.

LVCIANI

APOLOGIA PRO IMAGINIBVS,

Vincentio Obsopoco interprete.

Polystratus.

Ego Luciane, inquit mulier, aliás quidem magnā tu
am erga me benevolentia evidenter perspexi, tum
etiam honorē ex libello edito per te mibi habitū non ob-
scire animaduerti. Neq; enim ita effuse quispiam me lan-
daret.

daret, nisi benevolētia adductus talia scriberet. At ut ne
scius nō sis, quo ego sum animata animo, sic de me planē
persuasum habe. Neq; aliās quidem hominibus ad assen-
tandū eruditis gaudere soleo, sed qui sunt eiusmodi, sub-
doli prestigiatores mihi esse uidetur, ac minime natu-
re liberi. Ceterū, in laudibus quoties quispiā præter mo-
dum me extulerit, molestis ac immoderatis amplificatio-
nibus attollēs atq; exaggerans omnia, pudore quodā affi-
cior, nec parū abest, quo minus nō ferē semper aures ob-
struere soleā. Eaq; res subsannatione magis & risu quā
laude mihi digna uidetur. Eatenus enim laudes tolerabi-
les atq; ferendae sunt, quatenus ille qui laudatur sibi con-
sciens est ab his quæ dicuntur se non discrepare, sed parē
esse encomio. Quodcunq; super hoc additū fuerit alienū
est, et aperte assentationis suspitione non carebit. Atqui
ego permultos noui, inquit, quibus uoluptati est, si quis
eos laudibus cobonestans, etiam ea orationi adiecerit, à
quibus longe lateq; alieni sunt. Veluti si quis confecta
etatis uelulos ob iuuenilium annorū uigorē felices pro-
nunciauerit. Aut illis qui informi sunt corpore, Nerei aut
Pbaonis adiungat pulchritudinē. Si quidem arbitrantur
immodicis laudum testimonijs suas formas immutatum
iri, & senem denuo repubesceare, qua in opinione Pe-
liam quoque fuisse non sum ignara. Hoc uero longe seu-
cus se habet, nam laus res esset quantius præcijs, si illa
quoq; re perinde frui possemus ex eiusmodi demeritum.

O P V S C V L A

te superiectione. Iam uere tale quiddam mihi pati uideatur, inquit, ita falso laudati, ac si quis cuiquam turpi sancte atque deformi, laruam admodum uenustam afferens apponat. Porro ille ob pulchritudinem sibi uebementer placeret, prescrim cum bæc ab illo auferri posset, et ab occurrente comminui. Vnde maiori quoq; risu subfannandus foret, natuæ faciei deformitate detecta, quæ ascititia forma occultauerat. Aut per louem, si quis puilla statuæ existens induit cothurnis super magnitudinem contendat cum ijs qui toto cubito ex equo ille collati cum excederent. Mentionem faciebat et huicmodi cu inspiam, Aiebat mulierem quandam ex matronis prouariis, alias quidem pulchram et lepidam, corpore autem pusillam, et cum multu de iusta statuæ mensura decesset, à quodam poëta carminibus celebratam, cum ob alias quidem uirtutes quam plurimas, tum quod forma esset scitula, et corpore magno et prægrandi. Cuius statu ram et longitudinis rectitudinem assentator ille populo conserre non dubitabat. Ceterum, illam laudum illuc cebribus uebementer latetam esse, quasi mendaci carminis assentati uncula aliquid exiguo corpusculi modulo accessisset, manumq; gestiendo concusisse. Porro autem poëtam hoc illuc brius occinisse, cum uideret mulierem latibus uebementer delectari. Donec quispiam ex presertibus admoto ad aurem eius capite dixisset illi, Desine o amic, ne mulierem etiam exurgere facias. Non diffini te quiddam

156.

Le quiddam huic, multo tamen magis ridiculum affirmabat fecisse Seleuci uxorem Stratonicen, que poësis oblate talento certamē proposuit, quicunq; maiori arte atq; ingenio eius comam laudibus illustrasset. At qui caput habebat turpi deformatum caluitio, cui ne pauci quidem capilli incrant. Sed enim cum deformiter calua esset, omnibus exploratū habentibus, ex diuturno morbo ergo tanti capillos defluxisse, nihilo secus tamen audiebat à poësis execrandis illis assentatoribus hyacinthinos illius erimes dicentibus, & molles quo spiam capillorum globos nectentibus, ac apīs nusquam existentem cæsariem comparantibus. Itaq; hec omnia deridebat, unde adu landi materia assentatoribus suppetit. Addebat præterea illud non in laudibus tantum usuuenire solere, sed in picturis quoq; easdem assentandi & decipiendi occasiones homines studiose querere. Gaudent enim, inquit, mortales pictoribus, cum primis uero illis, à quibus paucilo formosiores depicti sunt. Eſſe autem nonnullos, qui eiusmodi artificibus iniungerent etiam, ut aut aliquid de formitatis aut magnitudinis naso detraherent, aut oculorum nigrutiem atriorē depingerent, aut aliud quiddam quod sue forme adiectum concupuerint. Deinde fraudulenter imponunt alienas imagines coronantibus, que nullo modo illis respondent similitudine. Hec atq; eiusmodi dicere solebat, alia quidem in libello tuo collaudās, hoc unum autem minime sufficiens, quod illam decau-

O P V S C V L A

Iunoni atq; Veneri comparaueris. Longe enim ista me,
 aut, aut potius omnem humanam naturam excedunt. Ce-
 terum, ego ne illud quidem unquam in uotis habui, ne
 priscis heroidibus, nemtrum Penelope & Arete & The-
 ani meam formam conferret, tantum absit ut Deabus or-
 namenti maximis & prestantisimis comparari postula-
 rim. Etenim uchementer, inquit, res diuinas horro-
 atq; superstilio animo reuereor. Itaq; pericula est, ne
 ut Cassiopea eam laudem cupide ac desideranter effe-
 classe uidear. Atqui Nereidibus haec tantum forma pre-
 stantia opponebatur. Iunonem & Venerem religiose co-
 luit. Quocirca Laciane, ista te facta recantatione iusfit
 transscribere, aut ipsas Deas testatura est haec ipsa se in-
 vita per te scripta esse. Te autem scire uoluit, quod libel-
 lo non mediocriter discrucietur ita propalā obambulan-
 te, ut nunc is à te informatus est, nō nimium pte neḡ; sae-
 cle admodum Deorum cultum perdocens. Existimabat ne-
 ro ab omnibus se usum iri non uulgi peccato obnoxio-
 am, si suslimeret Veneri Cnidae aut Hortensi se dici sani-
 lem. Quare te eorum que libelli tui in extremis à te de-
 illa prolata sunt, iusfit ut submonefacarem, quibus cum
 animi moderationem omnis fastus nefiam testatus es,
 quippe que super humanā mensuram scmet nō efficeret,
 sed terra uicina seruata mediocritate volaret. His ille di-
 cisis, nunc sui oblitus super ipsum coelum mulierem ex-
 foliat, Deabus illam aſſimilat. Postulat uero à te ne scmet

Alcæus

Alexandro incogitarem esse putas, qui architecto quo
piam pollicente se Atho totum transformatum, et
ad eius simulachrum adcommodaturum, ut totius mon-
eis uastissima moles regis effigiem obimeret, duas in ma-
ribus urbes habentem, tam prodigiosis pollicutionibus
non accepit animo opus architecti utribus maius esse
opinatus, hominis temerariam audatiam compescuit,
non admodum credibiluerit Colosorum magnitudinem
effingendo asequentem. Inquit itaque ut suo loco Atho
intactum relinqueret, neque montem ita magnum ad tam
parui corpusculi similitudinem immisueret. Laudabat au-
tem Alexandrum animi magnitudinis, dicens, illum sibi
hoc facto maiorem statuam quam Atho exire in homi-
num animis, apud quos eius rei memoria nunquam esset
intermoritura. Neque enim parui aut abiecti erat animus, ho-
nore qdco amplum atque inusitatū contemnere. Quin se
quocq; tuū segmentū laudare aiebat, neque non imaginū in-
dustriam admirari, ceterum, similitudine nō agnoscere.
Quippe nequaq; dignā esse tantis ac talibus, et minime
hārū esse affinē, sed ne alia quidem mulierē ullam ad eos
posse aspirare. Itaq; libenter tuos admirandos honores eā
habitos tibi remutit, tecq; orat, ut nativo ac pprio arche-
typo suam faciem adumbres, utq; humano more illam
laudibus illustres, neque pedis modum excedat calcus,
ne os quoque mīhi, inquit, forte illi occurrenti obdixeret.
Illud quoq; ut tibi exponerē, mīhi in mandatis dedū. Au-
dio, inquit, mulieris cōfirmātib⁹, num aut uerū sū, uobis

O P V S C V L A

series exploratae compertum, neq; uictoribus Olympiciis
maioris corpore statua concessum esse, sed cura
esse Hellanodicis, ut ne unius quidem ueritatem excedeat
temere, abque exactissime statua expendatur ad athleta
certamen & corporis quantitatem. Quocirca tibi uide
dum est, inquit, ne inde mentiendi caussam sumamus in
mensura, ac deinde Hellanodice uestram subueriant ini-
ginem. Hec profecto ab ipsa dicta sunt. Ceterum in
Luciane eam cogitationem suscipe, ut diligenter consi-
deres, quo pacto libellum mutatum alter exornes, eq;
auferas, ne impietate adductus in Deos flagitosc pecces,
ueluti ipsa omnium grauißime ista tulit, ac planè interlo-
gendum inhorrescebat animo, ac Deas ut sibi essent pro-
picio suppliciter preocabatur. Et sancte ignoscendum est,
si muliebre quiddam passa est. At qui si ueritas non diffi-
ienda est, ego mihi ipse tale quiddam dixisse uisus sum.
Quippe, initio audiens delictum non animaduerti, oculi
los in scripta defixos habens. Postea uero quam illa mis-
bi fecit indicium, incipio et ipse sentire de illis non diffe-
nilla. Ac propemodum consimile quiddam passus sum,
quod in ijs que intuemur se per numero nobis cuncte.
Contemplantes enim quippiam in propinquuo sub ipsis
oculis confixutam, nequaquam accurate peruidere pos-
sumus. Si si iusto intervallo disiuncti illud intuemur, o-
mnia liquidus comparent obiutui, ex quo bene & quo
securus habuerint. Iam hinc hominem existem, uno
ad eum

nō diffare ac. Veneri, quid aliud est. quādū p̄f̄tū
 ēē cōbūare tāntū Dēarū ex̄stūatōnēm. Siquidē
 ēē r̄iūf̄nodi cōparationib⁹ non tam quod modicū est
 cōlūtione crescat & maius sit, quād quod maius est im-
 mēnatur, dum ad id quod uilius fuerat perirabuit. Ex-
 -empli gratia, si duo pariter incederent, alter quidē cor-
 pore p̄grandi, alter uero per etatē admodum ex̄ta-
 guo penē humi repens, tandem si eequali essent, ne al-
 ter alterum longitudine excederet, illud nunquām bretul-
 ore quātūmis semet extēdēte fiet, etiam si summis pedi-
 bus ipse semet arrexit. At si eadem ipsiis longitudinis
 obtinēda est eequalitas, maior ille demittat caput necesse
 est, ac se humiliorē ostendat oportet. Non secus in eius-
 mode accidit ī imaginib⁹, neq; enim perinde tantis incre-
 mentis hominis uirtus augetur Deo comparati, quād
 Dei magnitudo imminuitur, ad id qđ uilius est in eequali-
 ter deriuata. Atq; si quis terrestrium imperitus ad cœ-
 stīa oratione temere raperetur, minorem ille suspicā-
 dicāssam p̄f̄staret hominib⁹, hoc d̄sc īmp̄tatis imp̄-
 pulsū faciū esse. Sed enim tibi nulla fuit necessitas, eo
 malerū speciosissimarum pulchritudinib⁹ extantibus,
 hanc tam audacter cum Venere atq; lunone comparari
 te & illam exoneret. Neq; enim ualde hoc moribus tuis
 familiare est, qui ne alias quidem ad laudandum facilis
 & propensus esse consueisti. At nunc nescio, quo Fato

O P I V S C I V L . M

impulsus tam subito mores muteris tuos , omnem laudum
 mediocritatem excedendo . Et qui hactenus laudam cum
 parcissimus , nunc in eisdem effundendis omnium adspices
 intemperantissimus . Sed ne hoc quidem dedecori tibi so-
 re putato , si orationem iam editam adhibita lemma retro-
 ctes . Quandoquidem hoc Phidiam quoque fecisse perbi-
 bent , quo tempore apud Helicos loue iam absolueraat . Ste-
 tusse enim illum post ianuam , ubi primum opus in lucem
 productum hominibus uisendum ostendisset , subauscul-
 tasseque quid quaque spectantium laudaret aut repre-
 benderet . Ceterum , hic quidem nasum reprehenda-
 bat , quasi plus aequo crassiore , aliis uero faciem tanquam
 oblongam , tertius aliud quiddam pictori uertebat uitio . De
 inde , digressis spectatoribus , rursus Phidiā semet conclu-
 dentē correxisse , atque ad multorum opinionē et indicū
 imaginē emendasse . Neque enim mediocre aut contemni-
 dum esse existimabat populi tam numerosi consiliū , sed
 hoc sibi persuaserat necessario fore , ut multi semper plus
 quam unus peruiderent , tametsi ipse semet Phidiā esse non
 ignorabat . Hoc tibi ab illa uenio adferes , que et ipse non
 possum non probare , ac libi suadere ut facias , qui et si
 gulari familiaritate et benevolentia tibi coniunctus sim .
 Luc . Hactenus quidem ignorantem Polystrate , te tantū esse
 rhetorē . Itaque orationem ita prolixam , accusationē ita uer-
 bosam aduersus libellū meum effudisti , ut nullam parat
 de apologie specie mibi feceris reliquā . Verū enim uero
 in hoc

in hoc forensis iudicij rationem & morem egressi estis;
 cum primis uero tu, quod lucubrationem meam indicat
 causa condonaueris, non absidente illi Patrono. Fan-
 cillimum aut ut opinor, illud est iuxta Paroemiam, solū
 currentem vincere. Itaq; nihil mirandum est, si nos con-
 prehensi sumus, neq; aqua nobis effusa, neque respon-
 dendi facultate concessa. Quim potius illud omnium est
 absurdum, si nos & accusatoris & iudicis officio in
 xila functi estis. Vtrum ergo uis, ut rebus iam senatus con-
 silio decretis contentus quiescam, an potius iuxta Ime-
 recum poētam, Palinodiam quandam conscribam? Aut
 dubitis mihi prouocandi copiam ad aliud iudicium? Po-
 Senè per louem, dummodo habeas quod probabiliter
 & iuste ad obiecta respondere possis. Neq; aduersarijs
 præsidentibus, ut tu ais, sed amicis cognoscentibus cauf-
 san perorabis tuam. Ego uero unā tecū iudicium perpe-
 dere quoque paratus sum. Luc. At hoc me non medi-
 oriter cōturbat Polystrate, quod illa nō presente caussa
 mihi dicenda sit. Etenim hoc longe fuerat prestabilius.
 Nunc uero mihi iusso uelim nolim necessarium est defen-
 sionem aggredi. At si pollicitus fueris te talē mihi fore
 apud illā internunciū, qualēm illius apud me egisti, aude-
 bo iactare alca. Po. Enim uero illius rei gratia bonū ha-
 be animū Luciane, quod me nō malū habiturus sis in de-
 fendendo responsore aut interpretem, si quām paucis
 suis dicere conatus fueris, quo facilius memoria comple-

O P V S C V L A Y

Et si singula. Luc. Atqui ad modum mihi opus fuerat oratione longissima, ad tam uehementem et acerbam accusationem refrendam. In tuam tamen gratiam quantum potero defensionem decurabo. Itaq; illi hec a me annunciauda curebis. Po. Nullo modo Luciane, sed tanquam illa præsente orationem habebis. Deinde ego te apud illam imitabor. Luc. Proinde quando ita ibi uidetur Polystrate, illa presto est, eaq; predixit vide licet, quaecunq; tu ab illa mihi annunciaisti. Nobis autem secunda oratio exordienda est. Et sancte non uerebor hoc tibi palam facere, quod mihi accidit. Nescio quam mihi trepidatione incusseras, ut planè meticuloso sim animo. Et quemadmodum uides, iam totus fudo et borreo, at tantum non illam uidere uideo, ipsaq; res magnam mihi inuecit perturbationem. Attamen incipiám, neq; enī illa iam præsente mihi patet locuſ effugit. Po. Verū per louem magnam uultu p̄f se fert benevolentiam. Vidēn' ut leta sit atq; alacris, et mansueta animo, quare sumpta audacia animo præsenii orationem aggredere. Luc. Ego te foeminarum præstantissima mirifice, ut sis, et prætermodum laudatam, non uideo quo tanto præ conio tuas uirtutes extulerim, quanto te ipsa nobilitatis encomio, cum Deorum cultum ita in magnis ponere soleas. Hoc enim fermē omnibus que à me dicta sunt maius est atq; excellentius. Et præcor, ut benigne mihi debeniam, quod neq; bac aſcripta huiusme die honestarum,
que ob

que obstante ignorantia nunquam mihi in mente mea
uit. Neq; enim aliam ante banc depiissimam citum, non
ut hæc adiuncta aliquo modo reliquas excelleret, sed mi-
hi multo minus dixisse videor, quam rei dignitas exigen-
bat. Igitur considera, quantum à me solide laudis testi-
monium prætermissum sit, quanta significatio ad facien-
dum indicium vita optima et mortis probatissima ne-
glecta. Nam quibuscunq; moris est Deorum immortalium
numina non negligenter colere, illi quoq; in huma-
nis actionibus optimi censendi sunt. Itaq;, si omnis oratio
retexta de integro mihi exornanda foret, et imago eme-
danda, nihil esset quod perperam admovere auderet, illud
vero esse addetur, tanquam totius corporis caput
etq; fastigium. Magnus ergo me tibi gratias debere hoc
u nomine non diffitebor. Siquidem ego cum animi tui mo-
derationem laudasse, et quod nihil procacitatis aut in-
solentia aut fastus tanta tibi conciliasset rerum magni-
tudo, his tu in oratione mea reprehensis, ueram laudan-
di rationem compleuisti. Quippe tales laudationes non
aude arripere, sed hisce auditis rubore affici, easq; ma-
iores esse testari quam ut eue mediocritati conueniant,
moderata et popularis animi est indicium. At tu quanto
to impensius hoc erga laudes affectas animo, tanto te
digniorum esse ostendis, que immodicis laudibus certa-
tim celebreris. Ac penè tibi res iuxta Diogenis cecidit
sententiam. Qui interrogante quopiam, quo pacto quis

O P V S C V L A

gloriam potissimum consequi posset, si gloriam, inquit,
contempserit. Dicerem, numerum ex ipse interrogante
me quopiam, qui nam laude digni dissent maxime, quo-
quot laudari gravatae frunt. At hec aliena sunt ex pre-
senti instituto parum respondentia. Ceterum, de quomodo
bi respondēdi cura incumbit, illud est, quod Veneri Cni
die atq; ei que in hortis est, adhaec lunoni ex Minerue
formā tuam effingens cōparauerim. Hec inquam tibi
mūrem modū excedere, ex ultra pedem uisa sunt. Ad hec
iam mea delabetur oratio. Et sanci uetus uerbum est poë-
tas atq; pictores esse liberos. Ego uero laudantes maiori
libertate dignos esse censco, tamē si humi aut gressim
incedant, quemadmodū nos, nec ultra uersiculū infrastran-
tur magniloquacia. Est enim laus res quedā libera, cu-
ius licentia nullis mensuris aut magnitudinis aut breuita-
tis legibus astricta est. Sed in hoc solo prō omnibus de-
borat, ut admirandū ut oīm amore dignum declaret cum
quem laudauerit. At ego hac uia non incedā, ne impru-
dens ductu impericie hoc tibi facere uidear. Illud autē
puto tibi non obscurum esse, cuiusmodi nobis esse landa-
toriarum orationum occasioes, quemadmodum oportet
laudantem uti ad demonstrandū comparationibus,
imaginibus atq; similitudinibus. Et fermè summa in hoc
sitā est recte aliquid adumbrandi ex effingendi, quod
ita optime uideari potest. Non, si quis quiddam cum si-
milibus composuerit, neque si cum eo quod ualuo ex-
illud

illud cōparauerit, sed si id quod effertur, laudibus quādā
poterit effusissime ad excellentioris archetypum extin-
cerit. Exempli gratia, si quis canem laudaturus, eun-
dem dixerit ulpe maiorem esse, aut fele, nunquid ille
laudandi rationem tibi callere uidebitur? non utiq; dixe-
ris. Sed neque, quanquam lupo illum equalē esse di-
xerit, admodum laudauit magnifice. Sed ubi tandem ue-
ra laus absoluitur? si canis leoni similis esse perhibetur
et magnitudine ex membrorum robore. Veluti Orio-
nis canem laudans poēta Leonicidam illum esse affirmā-
vit. Et hec perfecta laus canis est. Rursum sicut Milonē
Crotognianten, aut Glaucum illum ex Carysto, aut Po-
lydamātem laudare foret animus, ac tandem unumquenq;
illorum muliere robustiorem fuisse perhiberet, nonne-
ture op̄imo ob laudis recordem stultitiam deridendus es-
set, quem si unius viri fortitudinē excessisse duxisset, neg-
tamen hoc ad cumulatam laudem sufficeret. At quibus
laudibus ille eminentis ingenij poēta Glaucum extulit,
neq; Pollucem robustissimum cum eo ex aduerso manus
ansurum conserere, neq; ferreum et annosum Alcimed-
ne filium, uides cuiusmodi illum Dijs cōparauit? Quin
positus ipsis imaginibus illum quādā uerissime exp̄res-
cit. Et neq; Glaucus ipse indignanter tulit Deis inter ablu-
cas primarijs collatus celebrari, neque illi ulti sunt aut
Glaucū aut poētam, quasi ample et contumeliose in De-
os circa laudes agentem, sed utriq; in magna fuerūt glo-

/ O P V S C : V : L : A :

vix, ex apud grecos honoris ex gratia floruarunt, dicit
 quidem ob precipuum musicali roboris specimen, nescio
 Glaucon, poeta vero cum propter alia, tum in primis
 propter doctissimi carminis editionem. Itaq; ne mirandum
 tibi ueniat, si ex ego assimilare uolens, quod laudant
 pernecessarium est, exemplo altiori usus sim, oratione illa
 illud subiectante. Postea vero quam ex in assentationis ma-
 titionem intendit, confirmans te homines assentatione gra-
 tiam blandientes habere odo, laudo sc, eundem nec
 adulteri firri connicbat. Sed enim ego tibi ex laudantis
 opus ex adulatoris dementientem superiectionem discer-
 nere ex definire uolo. Itaq; assentator quaecunq; sui com-
 pendij gratia laudat, nulla ueritatis ratione habita, ea a
 summa inmodicis laudibus extollenda esse existimat. Ita
 pudenter autem mentiendo plura addit de suo, adeo ut
 non uereatur Thersites quoq; forma turpisimum ipso
 Achille pulchriorem esse ostendere. Ac Nestor inter o-
 mines eos quotquot ad illum pugnaturi ueniant natura
 se minimi. Persancte quoq; deceraret Croesi filium ac
 ziori audiui esse præditum McLampode. Preterea Iphoea
 acutua cernere quam Lyncea, dummodo spes aliqua ea
 sequenda luci ob mendacium adpareat. Porro autem
 laudator, nequaquam mentitur, aut addere solet aliquid
 quod in totum in laudato non compareat. Sed ea quibus
 natura prædatus est bonis, tametsi non admodum mai-
 gnasint, excolit, ac maxima cumulatione ex esse ostendit. Ne
 sit.

dit. Nec dubitaret dicere, e quum laudare uolens, natu
ra lenem (ut ea scimus esse animantia) Ex cursu ualeo
tem alle per intacte segetis uel summa uolare et Gramina,
nec tenebras cursu lafisset aristas. Rursum non formidaret
dicere velocipedum cursus equorum. Preterea si dominus
elegans et sumptuosissime exornata illa laudibus illustra
da foret, nihil blasphemandum diceret. Talis ex intus erat
maggiore uis aula suprema. Ad hunc uersiculum assentan
tis etiam subulci scropipasci sordidissimo tugurio acco
modare auderet, si qua modo muneris à Sybota recipia
endi spes reluceret. Veluti Cynethus ille Demetrii Poli
assentator, cum iam omnes assentandi rationes
ex sua parasitacione consumptas cerneret, laudare
soluit est Demetrium, quem frequens iussis molestissime
desistebat, quod dulcuer atq; modulate tuſiendo sonau
ret. Non solum autem hoc discriminare uterq; ab altero
intervensi potest, quod ij qui ad assentationē eruditii sunt
aduocantur ad gratiam laudatorum inuercunde men
tori. Laudatores uero corporis animiq; dotes plus iusto
extollere, sed ex hoc non mediocri interuallo inter se
discrepant, quod assentatores ubiunq; poterint, immo
dicit utuntur Hyperbolis. Porro autem encomiaste in
lyse utendis moderationem magistram sequuntur, ac in
tra certos fines se cohibent. Hec sane per pauca ex insi
niis adduxi adulatoriis ex ueri laudatoris signa atq; di
ferimmo, ne omnes quotquot aliorum concinnandis stu

O P V S C V L A

dent preconis innocentem in suspicionem à te rapauit,
 sed diligenter discebras, atque utrumq; proprio pede ac
 modulo metiaris. Age itaq; si uidetur, & ea que à me-
 dicta sunt ad utriusq; canonem expende, ut cognoscas
 num rectius huic an illi sim conferendus. Sequitur ego
 si inamabilis atq; odiose formæ cascam quandam Cni-
 dio simulachro cōparasse, merito p̄stygiatoris intra-
 operationem apud te incurserem, ipsoq; Cyanobo adu-
 lahtior esse iustissime existimarer. Si uero, cam quan-
 omnes eiusmodi esse non ignoramus, non erit mibi uhe-
 menter uicio uertenda ista audatta. At dices fortasse, aut
 potius iam dixisti, quod ad pulchritudinem laudandum
 attinet, tibi concessum sit. Sed enim conueniebat laudare
 nulli intuicia obnoxiam facere, neq; Deabus immortali-
 bus hominem me existentem comparare. Ego uero, cō-
 enim adducor, ut uerum reticere non possum, te o pre-
 flans animi mulier, nequaquam Deabus comparauit, sed
 exumorum artificium monumentis atq; operibus ex lepi-
 de aut aere aut ebore confectis. Nam ea que hominum cla-
 borantur industria, hominibus assimilare, insipiam esse
 non arbitror. Nisi forte tu Mineruam esse suspiceras sis,
 simulachrum illud, cuius atque opifex extiterit Phi-
 dia, aut hoc cœlestem Venerem, quod in Cnido non ita
 pridem penicillo ex coloribus adumbratum fabricauit
 Praxiteles. At uide, ne absurdum sit, talen de Dea-
 bus opinionem animo concipere, quorum ueras imagi-
 nes nulla

nes nulla, ut ego arbitror, humana industria aut imitatio
potest assequi. Quod si etiam maxime illis te absunt
lassem, non meum hoc erat inuentum. Neque ego pri-
mus hanc laudandi viam inueni aut aperui, sed Poëta se-
nè multi eximij, cum primis uero Homerus concin-
uis tuu, quem etiam nunc ab inferis excitabo, ut suo me-
tucatur patroclio: neque periculum est, ne ipse una
me cum capiatur. Itaq; ipsum interrogabo, aut potius te
illius loco, etenim crebra lectione monumenta ab illo
multis uigilijs elaborata, percurris, qd' proclare fas, T.
quid tibi illud uidetur, ubi de captiuâ Briseide sic loqui Iliad.
suerit. Deinde paulo post, quasi parum esset illam
Veneri formositatis elegantia parem esse, addit, ita inqui-
ens, Sic itaque est mulier lacrymans effata Deabus
consimilis. Hac ergo quoties dixerit, num propterea il-
lum odio prosequeris, ac librum è manibus projicis,
aut potius illi eam in laudando libertatem permittis?
Atqui, et si tu illi eandem non permiseris, tamen tantas fe-
citorum series atque uetus illi concessit. Neque unquam
inuentus est, qui hoc in eo malitiosè reprehenderit, neq;
illi qui eum imaginè flagellare ausus est, neq; qui uersicu-
los nothos atq; suppositios censoria uirgula aut obelin-
scis notare aggressus est. Nam, si illi permisum est mulie-
rem barbarā insuper et plorantē aurea Veneri compara-
re, ego ut pulchritudinē taceam, proprieťa quod non sus-

O P V S C V L A

fers corim laudari, non comparem Deorum imaginibus
 mulierem letam & hilariem, & cum plurimum ride-
 illiad. tem suauissime? Quod homines cum Diis cōmunic ha-
 bent. In Agamenone uero laudando, vide quantum
 B. Deorum existimationi parserit, & quam undiq; ad con-
 cinnitatem imagines sumpias à Diis exprompsent, quē
 & oculis & capite loui simulē esse perhibet. Porro Ma-
 ri ciuitura, pectore autem Neptuno, diuidens hominē
 penē membratim ad tantorum Deorum imagines colla-
 que. Et rursus hunc homicide Marti similem esse ait, ac
 aliud alio Deo conferens. Deiformem Phryga illum Pri-
 ami filium quoies esse ostendit. Sapientumero Deo simi-
 lem Pelidam pronunciat. At rursus ad muliebria exem-
 pla regrediar, baud dubie enim illum alicubi dicentem
 audisti. Hac pulchra est similis Veneri simul atq; Diana
 Non solum autem ipos homines Diis componit, utrum
 Euphorbi quoq; etiam assimilant Gratij, & hanc sa-
 guine madentem & puluere deturpatam. In summa, ea
 rum rerum tanta est apud Homerum copia, ut nulla sit
 pars poēscor, que non diuinis comparationibus exorn-
 ta sit. Itaq; aut hec ueluti perperam scripta expungan-
 tur, qui mibi similia andendi libertas non intercludatur.
 Tantis uero est in similitudinibus & comparationibus
 adducendis licentia, ut Homerus etiam Deas ipsas
 non dubitarit laudare ab inferioribus. Nam lunonis oculi
 los hominis comparavit. Alius autem quassiam Veneris
 palpebras

palpebras composuit violis. Nam auroram rhododactylum quis ignorat, uel ex ijs qui minimū opere in euoluēdo Homero ponunt. At qui quod ad formam attinet, plane tēperanter et moderate mihi factū uidetur, si quis Deo simulis esse perhibetur. Verum, quo numero illi comprehendēdi sunt, qui Deorum compellationes imitati sunt, ac Dionysij, et Hephaestiones, et Neptuni, et Mercuriales nominati sunt. Fuit quædam Latona Euagore Cypriorum regis uxor, nec tamen Dea indignata est, quamuis illam in lapidē, quemadmodū Nioben potuisse, conuiceret. Ut silentio præterea Aegyptios, qui tamē si ex omnibus gentibus Deos habeant infeliciissimos, diuinis tamē nō nominibus ad satietatem usq; utuntur. Penē itaq; plurima pars ē cælo illis pertracta est. Quare nihil est quod ob laudem hanc illa animi consternatione peritura ficas, ultionem aut supplicium à superis metuens. Nā si quid in eo libello aduersus Deos peccatum est, tu extra noxiā es, nūsi putas et in auditione culpam quandam esse. De me uero Deorum ulio sumptura est suppliciū, poste aquām ante me Homerum et alios poētas irati superi uili fuerint. At nondum philosophorum omnium principem punierunt, qui hominem Dei simulacrum esset et status est. Multa adhuc ad te dicenda supersunt, attamen huius Polystrati gratia dicēdi finē faciā, ut dicta nostra facilis memoria repetita tibi referre posse. Po-

Hanc scio Luciane, num hoc mihi amplius promptum

O P V S C V L A

fatus sit, tam enim uerboſe iſta proloquutus es, ac n̄t̄ effuſe aquæ ſpaciuſ. Attamē quoquo modo meminiffe co uabor. Et quemadmodum uides, iam iſta ad illam deferre ſtudeo obſtructis ayribus, ne qua pars elapsa orationis ſe riem mihi confundet, ac ego deinde à ſpectatoribus ex ploribz ronchis ex ſibilis illudar. Luc. Iſtud ſanè tibi erit erit Polyſtrate, ut quām opime reſpondeas. Ca terum, ego quoniam ſenac tibi fabulam deſtantem tra di, in pŕſens quidem excedam ē medio. Proclama tis autem iudicium calculis, uerum preſto ero, uifum quem nam finem hoc certamen habitiurum fit.

ORNATISSI

M O, I V R I S V T R I V S Q V E
DOCTORI, CHRISTOPHO
ro Guglio, Vincentius Ob a
ſopœus Sa
lutem.

PErmulti ſunt hoc tempore, Christophore omnibus modis ornatiſ. qui imminente literarum ruinae conqueruntur, quod timeant, ne ineruditat & inculte Barbaries apud Germanos iterum pristinam recuperent tyrannidem, uidentes eas literas quibus ad humanitatem deformantur pueri, apud omnes homines in tanto eſſe cō temptum.

tempor. iam illaria querela, quanquam nibil habeat ini-
quitatis, sed merito censetur equissima, multo tamen iu-
sticium mihi facere uiderentur literarum interium conque-
rentes, si studiosorum sortem deplorarent, qui spretas li-
teras hoc misero et fatali seculo secuti sunt. Quid enim
inconmodatis accipiunt literae, que, quamlibet etiam
apud nostrates neglecte et contempte fuerint, apud
alios tamen apud quos nate sunt, suam dignitatē et gra-
tiam oblirent, neq; non excitationem et cultum et
auctoritatem conseruant. Preterea que omnibus modis
spete a barbaris, non tamen sitiunt, non esortunt, non
algent, non sudant, non exulant, non ridentur, non
errunnose peregrinantur, in summa non egerint ulla labo-
rantes inopia. Contra secus se habet studiosorum condi-
cio, qui elegatiores Musas id etatis potissimum sibi cole-
das proposuerunt, quas cum bac spe non estimandis la-
boribus, vigilijs, fame, fitti, algore, astu, breuiter,
infinitis miserijs sectati sint in hoc, ut aliquem dignum
tantis sudoribus fructum perciperent, non aliud tamen
reportant quam egestatis et miserie primum: adeo ut
nihil aliud prioribus miserijs quas perdiscendis literis ex-
hauserent, quam miseriam quae sisse uideantur. Non de
omnibus dico (sunt enim qui ad aliquā ingenij gloriā per-
uenerūt, qbus nō desunt sui Meccenates) neq; de his qui
lucrosas artes secuti sunt, ut est medicina et iuris prudē-
tia, sed de mei similibus illis (dabūt n. fortasse inter media

OPVS CVL

erit eruditos nobis locum malorum quorum numero
sus grecus est, qui literis humanioribus per omnem etatem
scruerunt. Quorum artibus statim in illo res angua-
stia domi sedulo oblitus, quoram studia nullius unquam
in sufficientia et liberalitas prouelere dignata est; Quid
literas per summam inopiam semper sectari sunt, nec eis
pro ut decebat quiete et tranquille operam manare pa-
tuerunt, nec eis proficiisci, ubi bonorum praecceptorum
fuerat copia, nimis reclamante indigentia, et tamen
illas nulla egestate, nulla durius et rerum acerbitate ab-
sterriti, si non summa cum laude et celebri industrie te-
stimonio, diligentia tamen et sedulitate magna colue-
runt. Hos inquam ego miseros dico et sentio, et horum
fortem potius deplorandam esse censco, quam literarum
interitum conquerendum. Neque enim mirandum est, si
apud Germanos male tractantur literae, ubi peregrinae
sunt, sed studiosorum conditio dolenda uenit, quibus, cum
nihil subsidij domi relatum sit, et iam meliorem etatis
partem in seculandis literis contruerunt, quam longe me-
lius alicui manuario artificio perdiscendo locassent, nec
in studijs humanioribus quicquam spei aut praesidiij re-
satum est. Quid enim nobis hoc tempore aut opis aut
spei possint afferre infelices literae, quibus tanquam ba-
rum turbarum, que iam totum orbem sectis, factionibus,
et eis et sanguine compleuerunt, autoribus et prin-
cipiis et Episcopi in ea infensi sunt. Nam ex his omniis
barcis

148

heresim ex errorem fluxisse arbitrantur. Sed harum
precium qui posset uulgas internoscere, quod iam ex li-
bellis qui uernacula lingua quotidie conscribuntur, se o-
mnia abunde intelligere et sapere posse sperat, putatq;
omnes alias linguarum et disciplinarum cognitiones et
se superuacias. Nam quotusquisque est uulgo paupertate
nostra non offenditur et deterretur, quo minus suos li-
beros literis imbuendos curet, cui lucrum potius ex mer-
catura aut alia re quaestuosa sectandum uidetur, quam
in fœcunda literarum studia excolenda. Debemus uero
istam calamitatē literariā nonnullis importunis cōtiona-
toribus nostris, qui cū nunq; satis petulanter religiosorū
ordinē insectari potuerāt, in tantū odiū literas pertraxe-
runt. Vulgi enim animi illorū maledicentia aduersus reli-
giosos exulcerati, non tantū quicquid uspiam fuit mona-
chorū aut sacerdotū et Episcoporū detestari cœperunt,
sed omne illud quicquid uspiā ad religiosos pertinere aut
aliqua similitudine illis respondere uidebatur odio prosc-
cuti sunt, ut sunt omnes literarū studiosi, atq; adeo ipse
quoq; literas. Inde scholæ collabi, et gymnasia studiofo-
rum infrequentia frigere cœperunt, donec ad istam cla-
dem res literaria deducta est. Hanc ergo quoties animo
mecū repeto, repeto autē sc̄re quotidie, toties de relinque-
dis et repudiandis literis mecum consilium imo, neque
non sortem meam commiseror et indolco, et meam amē-
tiam indignanti animo condumno, qui non paternas at-

O P V S C V L R

et potius, quis viuenis in multo tempore sectari ceperant,
 perfectus sum, ac potius ollas & focum & sumosam cu-
 lmam, sed plenam, sed copiose commeatu abundantem
 sed pingueem, quid multis moror? omnibus instructam
 lauuijs & refertam cupedijs coluerim, quam Musas illas
 egenas, miseris, nudas, macras, steriles & famelicas.
 Sed non credebam tunc quod ex tanta copia in tantam
 famam et in opiam memet imprudenter essem precipita-
 turus, uel predeente patre non ean dem θωλυτας ievi
 θωλυτας ievi literas mihi fore administruras, qua-
 tam hactenus mihi focus suppeditasset. Sed nunc quid
 mihi faciendum suades, Christophe chariss. nam ego
 omnis consilij ut rei gens & expers sum, regrediar ne
 à desertis literis ad alium non prudenter deserta culinarie
 studia? At qui uereor ne ad cluenda uasa, & ollas atq; pa-
 zollas defrieandas à magistro meo compelliar, si id fecero,
 quod mihi tanto natu inter condiscipulos erit de decoro.
 Neq; ad instruenda obsonia & cupedias concinnandas
 rudis admutor. Sunt enim nostrae quoq; disciplina cer-
 ta quedam tempora, & artis atq; honorum gradus, ad
 quos non statim admittitur quilibet, quanquam grandis
 natu existat, nisi in minoribus culinae officijs aliquendam
 uersatus & detritus fuerit, ac cibus quibusdam uuloribus
 coquendis gustandi palatum sibi multo usu parauerit,
 & condicendi rationem aliquantisper didicerit. Ceterū,
 ubi prima illa τῶν ὀτοτερῷ progymnastica man-
 gnac

parte exciderunt, ita ut de integro mibi exordienda forent rudimenta culmaria. An uero potius colam et per sequar cepta literarū studia, et inueniet spē fortunę secundioris erigam et consoler, fore ut aliquando mibi contingat felix orum, quod porro colendis Musis multa quiete et tranquillitate uite impertire queam? Facio id e quidem sedulo, et me subinde consolor cum multa dilectionum authorum lectione, tum argumentis quibusdam propositis, ut animum à querelis auocem, repugnans quantum possum dolori incertis animi, sed curae subinde recorsant pectus remordentes, et omnem levitationem consolatoriam sua importunitate mibi subvertunt funditus, quamlibet crebro hosc mecum castigant uerficulos.

Mente quid moesta miser Obsopae
Lucibus temet crucians acerbis
Dura deploras in opis subinde

Tempora uite?

Nulla lugendo mala sors lenatur,
Sed dolor saltem lachrymis nouatur:
Cruda cœu tantum nimio grauantur
Vulnera tactu.

Ergo quid luciliu iuuat inquieto
Pectoris sensus onerare muti?
Ferre fortunam simul ac dolenti
Corde negatam?

O P V S C V L A

Colligat mentem lachrymis remotis,
Et tibi quantum tulerit bonorum
Cerne paupertas uacuo molestis
Pectore curis.

Non opes magnas dedit, at salubre
Varibus corpus tribuit paratis:
Ingeni doles neq; respuendas
Præstutit illa.

Non dedit stirpem generis uelusti,
At tibi castum genus & pudicum
Et pios certe dedit ex honesta
Stirpe parentes.

Illa non edes tribuit superbias,
At casam paruam dedit incolendam
Quam tegit paſſim utridi coactum
Ceſpite culmen.

Iusta paupertas bene ſab quietis
Incolit teſtis humiles penates:
Urbium luxus ſimul ac maledictum
Nefcia fraudum.

Non fori lites terit, aut tumultus
Martios horret, pelagi procellas
Nescit, & nunquam metuit malignos
Nuda latrones.

Mobilem foris uolucris fauorem
Illa nequaquam ſequitur, ſed intra

Spem

L V C I A N I

*Spern bonam casto placidos adorat
Pectore Diuos.*

*Tanta congestis opibus negata
Est quies, curae comitantur aurum,
Dum uices rerum metuit caducas
Sortis inique.*

*Divitum impensis operosa magnis
Saep uesane quatuum procelle
Tecta, que demum misera dederunt
Clade ruinam.*

*Cerne quot poenae crucient diarios,
Qui metus uexent animos habentum
Quanta cunctorum teneat nefanda
Vota Cupido.*

*Cerne quod Diti subeunda semper
Sunt mari ex terra pariter pericla:
Quot graues casus misero ferendi,
Quotq; labores.*

*At nec extuctis opibus timoris
Ille securus fruatur, sed acri
Anguitur cura locuples egeno
Foebris Iro.*

*Incubat nummis uigilans, nec unquam
Dulciter clausis oculis quiescit
Pessa reclimans placido soluta
Luminis somno.*

O P V S C V L A

Conterit uitam miseram parandis
Sedulo numis, neq; dulci quicquāne
Sentiens uiuus situ im profundis
Tantalus undie.

Mortuus saltē beat hic nepotes
Gratias cuius modicas referre
Assolent, tardam cuius dolentes
Funeris horam.

Hec tibi semper ueterum libelli
Quos teris gratios neq; non latinos
Suggerunt, ergo quid opes dolebis
Stulte negatē.

Oives est nemo nisi cuius ardens
Iam sibi rerum posuit Cupido
Et modum & finem satiata quo con-
Tenta quiescat.

Eiusmodi argumētis ego me quotidie recreo atq; exerceo
ne totū me dedā aegritudini, sed parū proficio, recurvant
enim, ut dixi, curae agminatim, animū mibi et oēm rau-
nē confundētes. Auget hasce poēta ille græcus uerticalis
fuis multo elegātioribus, quas mibi eīā multo insuffrā
εὸ χρυσὲ, οἵσιωμα κάλλιστοι σ
ώς οὐτε μήτρες οδηγὲ τείαστοί εἰχει
δυ τείαστοί εν δόμοιστον, οὐ Φίλος πατέρ
τείαστοί, χ' οἰστε οἴκαστον, κεκτίμφροι,
εὶς λ' ἀκόπεις τείουρης ὄφθαλμοῖς ὄρες

DU^UMI^U ἘΡΕΩΤΑΣ ΜΥΕΙΟΙΣ ΑΥΤΗΝ ΕΧΕΙV.

Et ille, Nil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines facit. Et si qui sunt alij qui me le gentem uarie solent adficere. Ex quibus omnibus paupertas mihi non fecit quam illi amanti iuueni omni uide tur esse et miscrum et graue, quo maxime grauantur hac tempestate omnes quicunq; literarum studiosi sunt. Nam ut tam odioso oneri, quo ferendo tam plus saeis de fessus sum, humeros meos subtraham, consilio peropus est. Ceterū de deserendis lacris et amplectenda iterum coquinaria, cōsiliū quod primo proposueram repudia bo, melluiores enim mihi sunt literae et gratioreis quam suis ieiuncis, quam ut eas possum deserere. Et culmaria est operosior, quam ut hominē pigrum possit ferre. Ad quā riguit artem te cōseres, queris, aut quo factores tuas laudiores facere decreuisti? Num ēx λαυτοτόπιος arte de creuisti persecuti, neq; enim hac alia est ad quæstū cōpendiosior? Apage, sectabor literas, ut antea, sed his aliā ar tem subsidiariā adiungā, cuius perdiscendæ author mihi Lucianus extuit, sed ad quā potissimū nūc me impellit et inuitat per sua uita hoīm. Quæ tandem illa est, inquis? Parasitica. Ergo tā turpi et sordido quæstui uacabis? Non me hercle istuc dices Christophe charis. si Luciani sententiā de Parasitica perspexeris et didiceris, uerū hanc et philosophia et rhetorica longe prestantiorē iudica bis. Quādū uero Lucianus tibi uideri possit in argumēto

O P V S C V L A .

addēq; καὶ τὸν exercendi ingenij gratia lusisse,
 quod ueteres Sopbistas facere solitus esse scribit Gellius,
 ut ostenderet nihil esse tam incredibile, quod non dicen-
 do fiat probabile, et nihil esse tam horridum, tam incul-
 tam, quod non splendescat oratione et tanquam excola-
 tur, teste Cicerone, satis tamen me persuasit parasiticam
 artem esse non inhonestam et incommodam, si quis ea
 recte uti nouerit. Ad hanc itaq; animum applicare stat
 sententia, et quamvis Lucianus, huius artis usum hoc in di-
 alogo non doceat, sed tantum probet artem esse parasi-
 cam, contentus tamen ero interim Terentiani Gnatho-
 nis in hac exercenda esse discipulus, ut quicquid dixerint
 homines laudem, et si quid negarint negem, et illis ul-
 tro arrideam. Deniq; ut egomet mihi imperem omnia
 assentari, quando hic questus nunc est longe uberrimus.
 Donec etiam multo usu abstrusiora huius artis mysteria
 cognoscā. Nemo iam ueritatis amplius est patiens, quis
 acerba auditu est. Deponam itaq; omnem illam priorem
 cui assueram libertatem, ac preter Genium meum o-
 minibus Euge illud dulcisonum occimam, et illud dicti pul-
 chre. Praterea facete, lepide, laute, nunquam uidi me-
 lios. Breuiter, ut homo erit, ita morem geram, ita me ad
 eius mores adtemperabo. Ceterum, ne tu subitam mo-
 rum mutationem mihi uertas uitio, cum Luciani dialo-
 gum, quem de Parasitica scriptam reliquit, iam à me la-
 tinum factum, et sub nominis tui ornatusimi auspicijs
 editum

editum, ad te transmitto, tantum in hoc, ut uideas, quām
prudenti consilio nunc demum mores mutandos censue-
rim. Si tempori seruendum est, quod sapientissimus Ci-
cero non semel adprobare uidetur, etiam uita mutanda
est, & illud quod alioqui uituperatus eras, laudandum.
Age itaq;, experiar quid possum blande dicendo, & gna-
thonice assentando. Fauxit uero sancta saturitas, ut mihi
pulchre cedat parasitatio. Adieciimus parasito & aliū
Luciani dialogum superiori anno à nobis uersum & edi-
tum, nempe Hermotimum, sed nunc à plerisq; erratis
& mendis inter uertendum et excudendum non animad-
uersis purgatum & expolitum. Hunc quanquam prus
tibi dedicauerimus, tamen nunc quoq; adfero, ut nouū,
ut plane ē coquorū numero me esse intelligeres, quibus
hunc morem esse non ignoras, pridianas carnium rel-
quias nouo subinde obductas & emendatas uire uel for-
bitio, hospitiis pro recenter clexis obtrudere. De sordi-
dis coquisi lo quor, cuiusmodi paſſim sunt in urbibus pub-
lice questui seruientes, non de his qui in culinis uerfan-
tur principum aut aliorum procerum, ubi id genus ex-
ercēdis sordibus locus nō relinquitur. Verum, ut ob istū
morem coqui non eiciuntur oppido, quod famelico uil-
go illorum opera seruat (neq; ieuinus stomachus teme-
re contemnit uulgaria) age & hunc dialogum, tametsi
nauſcam tibi ut bis recocita crambe mouere posse, tamē
pro lectione uulgi (si quis tamen hæc quoque si quis ca-

O P V S C V L A

più sempre legget) unà cum reliquis iam nouiter à me clá
cubratis uerum inuulgatum suscipe. Et si proprios
argumenti elegantiam prima lectione nonnihil tuo arris
iudicio, pfecto eundem iam diligentius exornatum etiam
denuo artifurum. κατὰ Φίλον τελάτων,
κόρος οὐσίας τῶν καλῶν. Vale feliciter Christophe
re ornatus, & nos quod facis ama. Ex Norimberga
Mense Marcio Anno à Christo nato. M. D. XXVIII.

LVCIANI

DIALOGVS, DE PARASITO,
uel quod ars sit Parasitica, Vina
centio Obsopoeo inter
prete.

Quid tandem in causa est Simo, quod cum alijs ho
mines, siue servi sint, siue ingenui, quisq; artem
quandam calleat, qua cum sibi ipsi tamen alijs
sunt utiles. Tu uero quantum ego perspicio, nullum rei aut
negotio intentus es, unde aut tu aliquem fructum capo
res, aut alteri benigne imperieudo adiumento esse posis.
Para. Quid hec tua sibi uult interrogatio o Tycbiad,
nondu enim capio, proinde planius ac manifestius me in
terrogato. Ty. Est ne aliqua ars, cuius tu sciens &
peritus es, uidelicet Musica? Para. Non per louem.
Ty. Quid autem medicina? Para. Ne illum quidem.
Ty. Aiqui

Ty. Atque geometria? Para. Nequaquam. Ty.
 Quid aut rhetorica? Nam à philosophie studio usq; adeo
 abborres, quantum ipsius utilij contagium à philosophia
 alienum est. Para. Atq; etiā si fieri potest, adde quid
 tam amplius. Proinde ne animū inducas hoc te mihi igno-
 ranti exprobrare. Falso enim me ignauū esse, atq; etiā
 tua opinione longe peiorum. Ty. Sanè, sed hasce for-
 tasse artes propter illarum magnitudinem atq; difficulta-
 tem non perdidicisti. At ex popularibus illis quam tandem
 tenes, num architectonicam aut sutrinā? Neq; enim ea
 est rerum tuarum conditio, ut non talis alicuius artis ege-
 as admiratio. Para. Recte dicas o Tychiade, neque
 enim ullā illarū calleo. Ty. Quam igitur alia? Para.
 Quam? Profecto, ut mea est opinio, generosam, quan-
 te si pernoueris laudaturum planē existimo. Eandem
 uero opere atq; re ipsa per pulchre obire posse me dico,
 tanet si illam oratione explicare mibi non perinde prom-
 ptem sit. Ty. Quam tandem dicas? Para. Non dū mi-
 bi videor super illa orationes satis studiose exercuisse.
 Quod aut unius alicuius artis nō rudas sim, hoc planē iā
 nosse potes. Quare nihil est quod hoc nomine mibi fies-
 insensior. Quamcunq; aut teneam, alio tempore audies.
 Ty. Verū ego oīs more impatiēs sum. Para. Fortasse
 si audires, inopinata tibi ars mea uideretur. Ty. Atque
 ppter hoc ipsum tanto impēsius scire labore. Pa. Alio tē
 pori ubi exponetur o Tychiade. Ty. Nequaq; sed iam

O P V S C V L A

quamcunq; tandem pernasti exponito, nisi adeo te pma
deat. Para. Parasiticam Ty. Et quis ita uesani
atq; dementis est animi, o Simo, qui hanc artem esse pra
dicit. Para. Ego. Si uero ob hoc ipsum, quod alias
artem non teneam, tibi insanire uideor, hunc ipsis caris
sam mihi putato fuisse insaniam, meq; iam diu in cre
pandi finem facito. Aliunt enim hanc Deam cum aliis
difficilem esse habentibus, tum quod delinquentes erra
torum excusare soleat, quasi horum omnium magistram
atque authorem culpam uniuersam in se transferentem.
Ty. Ergo Simo Parasitica ars est? Para. Sanè ars,
atq; ego illius author et inuentor sum. Ty. Proin
de tu Parasitus es? Para. Tu quidem Tychiade pro
bro me afficis. Ty. Atqui non erubescis, te ipse Para
situm compellando. Para. Sanè uero, pudcret enim
me, nisi dicerem. Ty. Atq; per louem, si tibi no
res esse uelutius erga alios te ignorantes, quod tibi no
men esse testabimur? num Parasitum te esse affirmabi
mus? Para. Hoc nomine compellantes longe magis
me oblectabimini, quam si Phidiam statuarium me esse
dixeritis. Quippe mea arte non minus gaudeo, quam
ipse Phidias loue à se fabricato gausus est. Ty. Atqui
hoc mihi attentius consideranti, res perridicula perpe
cta est. Para. Quæ nam. Ty. Extetne scriben
tes ad te in epistolis, hunc tibi adjiciemus titulum Simo
ni Parasito. Para. Atqui impensime nubi gratificabe
ris, quam

ris, quā si hoc titulo nobis scripscris, Dionis philosopho:
Ty. Quantum tu quidem hac compellatione gaudere
soleas, mihi parum curae est. Sed et aliud quiddam absur-
di consyderandum uenit. Para. Quod nam? Ty.
Num et hec in aliarum artium numero nobis recensem-
da sit, aut interrogante quopiam cuiusmodi ars sit, rea-
spondeamus, ueluti de grammatica aut rhetorica inter-
rogati solemus, Parasitica. Para. Ego uero Tychi
ade longe iustius hanc quā profiteor quam ultam aliam
artem dicendam esse contendeo. Quod si libi iucundum
est auditur, ut opinor fore, sententiam meam explicare
non grauabor, quanquam ad hoc non admodum, ut an-
te dixi preparatus aut instructus sum. Ty. Tametsi
sint exigua, ueritate tamē præcellent. Para. Age, sub-
mitum artem ipsam, quo finitionis genere describatur,
ad calculos expendendam reuocemus. Ad hunc enim
modum speciatim et alijs artibus penitus tis adsequa-
mur, num et hanc recte teneamus. Ty. Quid er-
go ars est, ut compertum habcas? Para. Ars est, ut
ego memoria tereo, quodam sapiente utro auditio, præ-
ceptionum exercitarum comprehensio, ad unum exitū
uita utilem pertinentium. Ty. Recte sane illius au-
diti uerba comeneministi. Para. Iam si horum omnium
particeps est Parasitica, consentaneum est et hanc ni-
bil aliud quam artem habendam esse. Ty. Ita profe-
cio ars habenda est, siquidē haec ita se habuerint. Para-

Dionie
des li.
2. hanc
finatio
nem Ci
cironi
adscri-
bit.

O P V S C V L A

Agelam singillatim ad omnes artis species Parasiticis
accōmodantes, num oratio illi cōsonet, consyderabimus.
Sed non quemadmodū olle uiuosa dum pulsantur, nem
ligne resonent. Oportet itaq; et hanc quemadmodū o
mnes artes præceptionū inuenitionē in se cōplete. Pri
cipio enim præuidere atq; discernere qui aptus et adeo
modatus sit cum alere, atq; ita facto parasitādi exordio,
baud quaquā cognosceret. Aut dicemus argenterios seu
numularios artē quādā habere, qua norint adulterine
nomismata à probis sagaciter deprehendere. Hunc autē ci
tra artis admīniculū discernere posse adulterinos boies
et probos, præsertim cum ueluti nomismata hominum
mores cuiusmodi sint non statim pateant. Eadem hoc
et sapiens reprobavit Euripides dicens.

In Me
dea.

At quo malus noscendus est mortalibus
Innatus est nullo character corpore.

- Et quo multo maior et præclarior Parasiti ars esse ostē
ditur, qui res ita obscuras et abditas magis quam uaticin
nādi peritia perspicit et cognoscit. Nosse uero sermones
proferre accōmodos, eaq; facere, per que in familiaritate
tē adiūgitur, quibus semet quā benevolētissimū suo alum
no esse ostensurū sit, nunquid nō singularis intelligētis
atq; inuentionis uehemētissime tibi documentū esse uiden
tur? Ty. Admodū. Para. Porrò autē in ipsis cōuinījs,
ut abeat per oīa plus habens, eosq; exuperans quicāc
artem sua negligētia sibi non parauit, an hoc cūre
rationem

rationem & singularem sapientiam Parasitum facere posse arbitris? Ty. Nequaquam. Para. Quid autem nosse obsoniorum ciborumque virtutes & iustitia, num turpis et indocti cuiuspiacuriositatē esse existimas? presertim Platone generofissimo ita dicete, Qui cōiuas epulis accepimus est, nec rei coquimarie scientiam habuerit etiam in adornando cōiuio pertinere est iudicium. Quod autem Parasitica non cognitionem solam sed exercitata quocūq; sibi uendicet, nede perdiscere facillime. Quoniam aliarum artium cognitiones & dies & noctes & mensēs & annos sēpenumero inexcitatae permanent, non tamē artes ipse apud possidentes descreunt. At uero Parasitae cognitiones, nisi quotidie in usu sint atque exercitio, perdantur non artē solā, ut opinor, sed ipsum quocūq; artificem. Parasitica uero utilitatē ad unū aliquem uite exiū tendentē, uero ne insania sit perquirere. Ego uero quā edere & bibere in uita mortaliū nihil inuenio utilius aut prestantius, et cura quod uita nō potest subsistere. Ty. Maxime. Para. At qui ne eiusmodi quidē res est Parasitica, cuiusmodi est pulchritudo aut fortitudo, ut ars nulla efficiatur, sed quedam uis atque potentia. Ty. Vera dicas. Para. Verum, neque arte caret. Quod enim arte caret, nullo modo possidenii est conducibile. Age enim, si tibi ipse nauim in mari commisisses, flutibus atque procellis ingravesceris, gubernandi impe-

O P V S C V L A

rito, num euasurus es in columnis? Ty. Minime genitum. Para. Quid tandem obstat, an quod arte cares, cuius ope te ipse seruare potuisses? Ty. Sacro. Para. Proinde arte seruamur, imperitiano non item? Ty. Admodum. Para. Ergo Parasiticam artem esse constat. Ty. Artem profecto, quantum adparet. Para. Atqui gubernatores quidem preclaros, & aurigas eximios de curru non raro delapsos esse comperi. Ac nonnullos illorum luxatos atq; delumbatos, porro nonnullos prorsus extinctos. Ceterū Parasiti naufragium, nullus est qui posset producere. Proinde, si neq; ab arte remota est Parasitica, neq; facultas est aliqua, comprehensio autem preceptionum exteriarum, eandem artem esse hodie nobis facendum est. Ty. Quantum quidem ex hoc conjecturam facio. Sed in hoc tibi uigilandum esse intelligis, ut finem aliquem generosum Parasitice nobis attribuas. Para. Recte sane dicas, uidetur autem hac finitione potissimum explicari posse. Parasitica ars est ciborum atq; potuum, & sermonum, qui horum coquendorum gratia dicendi sunt, cuius finis est uoluptas. Ty. Videre mibi tuam artem proclare definisse. Illud tamen etiam atq; etiam confidera, ne aduersus philosophos aliquos de fine tibi oritur pugna atq; contentio. Para. Atqui abunde sufficit hunc esse finem & felicitatis Parasitice, neq; aliter adparet. Siquidem Homerus ille sapiens, Parasiti uitam admirans

L U C I A N I

admirans, tamquam solā beatam atq; felicem, ita inquit.
 Haud ego finem ullum meliorem ultra arbitror esse
 Quām si mente omnis populus laetetur ouanti
 Exacta autem mensa sunt pane cibisq; replete,
 Atq; pocyllator dulce ē craterē falernum
 Vandens distribuat per pocula parua bibendum.

Non quasi parum cumulate hēc admiraretur, sententia
 tuam longe plenorem, apertiorēq; hisce uerbis
 facit, perfectius sabisciens. Hic finis nobis pulcherrima
 mus esse uidetur. Haud aliud ex ijs, quæ dicit beatum ac
 felix quam parasitari existimans. Sed enim hēc uerba
 non cuilibet ē uulgo attribuit, uerum omnium sapientis
 summo. Et sanc si Vlyssi fuisse in animo Stoicos secuto late
 dare finem uirtutem, potiusset illud dicere, quādū Philo
 eten ex Lemno adduxit, quando Troiam subuerit,
 quando Gr̄ecos fugam adorantes compescuit atq; de
 cimut, quando Troiam ingressus est, se ipse indecoris
 vulneribus flagellatum adficiens, ac sordido ex plane
 stoico tridamento amictus. At tunc huius pulcherrimi
 fuit quisquam convenientius. Ceterū ne tunc quidem, cū
 in Epicureorū uita confutatus apud uenustissimam Cam
 lipso ueraretur, illiq; licet in otio uoluptuose & mol
 leitate uiuere, ac in omnibus deliciis Atlantidis lectum cō
 somdere, neq; non rebus, quas animi libido ferrebat inu
 dilgere, illius pulcherrimi finis memor est, sed cū apud
 Eumenas parasitū ageret. Vocabantur autem tunc teni

O P V S C V L A

poris parasiti Dætymones. Quomodo enī dicit? Di-
gnūm enim est, ut iterum atq; iterum suauissimorū uer-
sicularum recordemur, neq; enim ad facietatem audi-
ri possunt, nisi si epius repetantur, Dætymones sedent
ex ordine, et iuxta mensie adfint epulis et carne rea-
plete. Dorro Epicurus nimium impudenter hunc finem
detractum parasiticæ, ad felicitatem suā detorsit. Quid
autem hec res non absit à furto, quodq; Epicuro uolu-
ptas nihil cura sit, sed parasito ita potes colligere. Ego
noluptatem existimo primum tranquillum statum corpo-
ris. Deinde neq; mentem illa perturbatione aut moleste
cura onerari. Horum utrūq; parasitus affequitur, Epicu-
rus autem ne alterutris quidem fit particeps. Et enī
cum curiose satis de habitu terra, de infinitis mundis,
de magnitudine solis, atq; distantijs, de primis elemen-
tis, atq; etiam de Diis siue sint siue non sint, deq; ipso si
ne peruestigans, nunquam non digladiari soleat, scipio
cum aliquibus contentiose disadens, non humannis soli,
sed ne mundanis quidem ueratioibus etteritur atq; ea
sumitur. At parasitus horum omnium securus, omni-
bus se habere existimans, credensq; hec meliori loco
non esse posse quam sint, cum multa securitate etiam
tranquillitate, nullo istiusmodi negotiorum scrupulo illefa-
cessente negotiū, edet suauissime, et dormit supinus, per-
rectis, et manibus et pedibus, quemadmodum Vlysses
rate ad patriam uolgans. At qui non propter illa tamen
nulla

multa in te Epicurus voluptatis potitur, sed etiam propter hec. Quippe Epicurus ille, quicunque tandem fuerit ille sapiens, aut habet quod edat aut non. Si non, ille quem uoluptuose nunc minime, immo ne uinet quidem. Si autem habuerit, habebit aut a seipso aut ab alio. Itaque si ab alio quod edat habuerit, parasitus est et ille, et non is quem se superbe uenditat. Si a seipso, uoluptuosa non uinet. Ty. Quomodo uero non uoluptuosa? Para. Si etiam suppetet illi apud se ipsum uictus copia, multa o Tychiade eiusmodi uitam consequi necesse est. Vide uero qualia oportet enim eum, qui uoluptate duce moliter et delicate uitturus est, omnibus incidentibus cupiditatibus abunde indulgere. Aut quid non? Ty. Et mihi idem uidetur. Para. Proinde et qui re familiari amplius instructus est, fortasse unde libidinem suam expletat, non agere suppetet. At qui est utique atque tenaciter munitus erit opibus, illi harum rerum pottundi nulla supererit copia. Itaque si pauper factus Epicurus, sapiens esse non potest, neque unquam uoluptatis finem sibi propositum consequetur. Sed nos diues quidem copiose pecunie dominus, cui per facultates suas cupia diversibus prolixè suppeditare atque inseruire promptum est, præfixum uoluptatis finem nanciscetur. Quid ita tandem! Proprieta quod necesse sit eum, qui sumptuosa suo fecerit, in multis atque adeo odiosas illabimolestias. Nam enim illi cum roborandum erit, quod parum

opipare atq; apparate edulia adornauerit. Aut si cibis
ruxam cocci negligentiam disimulanter habuerit, tunc fer-
culis incōditus, et minime delicatis uescitur, ac per hoc
sperata uoluptate priuatur. Aut iam illi cum domus pre-
fecto rem familiarē indiligerent accuranti delitigari
dum est. An uero hēc ita se non habent? Ty. Perio-
uem idem quoq; mihi uidetur. Para. Hec ergo oīs
ut Epicuro accidente necesse est, itaq; nunquam uolupta-
tis sine misere ille poterit. At uero parasito Nec; coccus
est ullus, cui propter incuriam irascetur, neq; ager,
neq; uilicus, neq; argentum, quorum nomine famalice
cusationem perferens doleret, et tamen omnia bibet,
ut edat et bibat soli illi nulla re existente, qua ut Epicu-
rus perturbaretur. Iam quod ars sit parasitica, et ex his
iam dictis, atq; alijs satis superq; ostensum est. Reliquū
est, ut platum faciam, quam sit etiam omnium optima,
et hoc quidem non simpliciter, sed primum declarabo,
quam cōmuniter oēs alias artes sua antetere soleat pre-
stantia. Deinde quam etiam priuatim præcellat ceteras.
Communiter ad hunc modum prestat alijs. Etenim nū
nesciusq; artis studium discendi adducere laborem, tu-
morem, ac uerbera necesse est, que qui non deprecetur
nullus unquam inuenitus est. Hanc uero artem cuius ego
professor sum, solam ut uidetur licet sine labore perdi-
scere. Quis enim unquam à conuicio flens digressus est,
ueluti quospiam uidemus puerulos à præceptoribus de-
scendere?

L V C I A N I

178

scendere? Quis proficisciens ad conuiuum unquam trifflis atq; scuerus confectus est , quemadmodum illi qui ludos literarios frequentare solent ? Atqui parasitus sua sponte, atq; adeo uolens ad coenam uadit, artis consequē de omnium cupidissimus . Ceteri uero qui alijs artibus perdiscendis nauant operam , easdem prosequuntur odio, ita ut nōnulli aufugientes artes suas summa desperatione repudiant . Et cur non hoc quoq; considerandum tibi uenit, quod eos, qui in alijs artibus fecissent alio quod opere precium parentes his potissimum honore soleat, quibus parasitum quotidie cohonestant . Elegātēs, ut me Diū ament, inquit, puer pinxit literas, date illi quod edat . Malignas literarum notas descripsit, nihil date illi . Adeo res & honore pensanda & supplicio punienda esse uidetur . Quintam cum ceteris artibus ita comparatum est, ut prīmū hoc posterius habeant, postquam iam multo sudore parata sunt dulcem & expetitum uoluptatis fructum subministrant suis cultoribus, ad quam rem multa est uia, nec minus aspera . Ceterum sola ex omnibus parasitica statim initio inter discendū arte sua fruatur, ac simulatq; incepta fuerit, quantotyus est in questu . Præterea reliquæ artes non solum aliquæ sed omnes simul tantum uictus conquerendi gratia inuenientur sunt . At parasito actutum parata est alimentorum felix copia, simulatq; artem exorsus fuerit . An uero non animadueris agricolam agros colere non colen-

O D V S C V L A

dignitatis, et fabrum fabricare non fabricandi gratia
 At parasitus nibil sectatur aliud, sed hoc ipsum quod illi
 in negotium est, et cuius gratia ei negotio inteneretur est.
 At hec cui obscura sint, neminem esse arbitror, quod iij,
 qui reliquarum artium exercendo tractant commercia
 sua, per omne tempus afflicti laboribus uiuunt erimus-
 se atque infelicitate, ac uix unum atque alterum decim festum
 per mensem agunt. Prouterea quod ciuitates alias que-
 dem per annum, alias per mensem indicta solemnitate di-
 es festos agere soleant, et tunc animo remissiore laeti-
 dicuntur. At parasitus ferè singulos semper triduum
 agit in otio. Omnes enim dies illi uidentur sacri des-
 ruti numinibus. Prouterea quibus consilium aut animus
 est reliquis uerbi artibus cum aliqua laude et existimatione,
 illi tenui frugalique uictu et potu utantur neceesse est, tan-
 quam qui morbis decumbunt impliciti. Nam qui uictu
 paulo copiosiore, potuque largiore semet inuitat et oblige-
 et, ille studio minime est accommodus. Accedit his quod
 reliqua artes sine instrumentis, magistro suo nibil frui
 etius offrire possunt. Neque enim citra tibiam tuba cani-
 re, neque citra lyram psallere, neque absque equo equitor
 quisquam potest. Porro hec usque adeo bona est, adeoque
 non onerosa artifici, ut omnibus etiam instrumentis ca-
 renti tamen uictum large suppeditet, saque commodissime
 uti posset. Et sicut uidemus, alias artes perdiscentes ma-
 gistris successorem perfolumus, hanc autem discentes pre-

nium accipimus. Præterea aliarum artū omnium sive
doctores quidam & professores, ceterum qui parasiti
eā tradat aut doceat, nullus est. Sed quemadmodū Poē
sis uixta Socratem, & ipse quidem fato quodam accidit.
Quinetiam illud apud animū turum expendito, quod
altas artes aut iter facientes aut nautigantes exercere ne
queamus, hac uero uillicet & in itinere & inter nau-
gandum. Ty. Admodum profecto. Para. Atqui
è Tychiade, reliqua artes omnes huius opem mihi de-
syderare uidentur, hæc uero nullius alterius egens est ad
mimiculū. Ty. Quid autem? nonne qui alienas res
accipiunt, tibi iniuste agere uidentur? Para. Et qui
non? Ty. Quomodo ergo parasitus aliena accipi-
ens solus extra iniusti noxiam habendus est? Para.
Huius questio[n]is causaſam tibi non possum reddere. Ve-
rum aliarum artū principia plerūq[ue] sunt uilia atq[ue]
simplicia, parasiticæ autem principia admodum gene-
rosum & illustre est. Etenim omnibus modis iactatum
ac tritum illud amicitia uoman, nō inuenis aliud quām
parasiticæ esse auspiciū. Ty. Quomodo dicas.
Para. Quoniam nemo inimicum aut ignotum homi-
nem, sed ne mediocriter quidē familiarem ad coenam uo-
cat. Sed necessarium est, ut ante cum illo amicitiam con-
traxerit, quām cum libationis & mensæ participem fe-
cerit, atq[ue] ad huius artis mysteria admiserit. Audiri ego
se penultimo dicentes quo spiam, cuiusmodi illæ amicū.

O P V S C V L A

et qui neq; edit neq; bibil unquam nobiscum, quasi et
qui una cibum capiat atq; conbibat solum fidum amicū
esse existimat. Quod autem ars sit omnium præstantis
fima, inde facilimē poteris cognoscere. Etenim artes re-
liquas non tantum grauiter laborantes, & sudore per-
fluentes, sed per louem sedentes aut stantes exerceant,
quasi artibus seruiliter mancipati sint. At parasitus uela-
ti addicto mancipio sua arte utitur, ueluti rex accumbēs
otiosus ab anima. Illa autem quorsum recensere atimet,
certissima felicitatis parasitica documenta, quod solle-
tuxta sapientem Homerum, neq; ullam prelatam insco-
riti manibus, neq; terram uersat aratro, sed citra eration-
em, extrāq; gementem omnia parasitando consequitur.
Præter carthetori aut mathematico, aut fabro erario mi-
bil obstatre video, quo minus artem suam non excedat,
etiam si improbus fuerit aut morio. Parro autem parasi-
tum agere nemo potest, qui aut stultus fuerit aut impro-
bis moribus. Ty. Papq, cuiusmodi rem ostendisti si
se parasiticam. Itaq; ex me iam ea inuasit libido, ut para-
situs esse cupiam pro eo, qui nunc in presens sum.
Para. Itaq; quemadmodum omnibus alijs artibus poti-
or sit parasitica communiter, abunde mihi demonstra-
tum esse opinor. Age nunc deinceps, quomodo priue-
tim quoq; excellat singulas considerabimus. Ut autem
hanc cum mechanicis aut manuarijs artibus conferam,
inceptum multi esse uidetur, aut potius eius qui huiusc ar-
cis dignit

q̄is dignitatem indignis modis subuerteret. Sed illud pos-
t̄iam, quomodo maximas atq; pulcherrimas sua prestantia
experet, demonstrandum est. Est autem in confessio-
n̄ apud omnes rhetorica et philosophiam ceteris lan-
ge celebriores haberi, quas pleriq; propter generositate
et temere atq; cognitionem omnibus enteponunt. Preimde-
posse aquam ostendero, et his longe potiorē esse para-
sitam, satis constabit eandem quoq; ceteris artibus
universis longe lateq; prestare, incluti Narifica corpora
ris uenustate atq; proceritate omnes precellebat fama-
bus. Evident communiter utrasq; excellenter anteit,
et rhetorica et philosophiam. Primum quantum at-
tingit ad artis substantiam. Illa enim subsistit, bac uero
minime. Neq; enim de rhetorica eadem omnium est sen-
tientia, neq; eandem idem omnes esse sentimus. Sed non
nullis ars esse uidetur, nonnullis ab arte sciuntia. Pleriq;
etiam prauitatem quandam artis seu impostura esse exi-
stunt, alij aliud. Haud alia est hominum de philosophia
disputantium opinio. Alter enim Epicuro res philoso-
phice habere uidetur, alter Stoicis, alter Academicis,
secus quoq; Peripateticis. Et quid multis opus est? omnia
no aliis aliā rem philosophiam esse contendit et con-
trauincitur. Et ad hunc usq; diem neq; illi suam obtineant
sententiam, neq; ars illorum una esse uidetur. Ex quibus
omnibus hanc mihi conjecturam facere licet, quod si au-
tem sub iuriu illam artem esse negem, cuius nulla est

Odyſ.
Z.Q̄d.
tili. li.
2. cap.
26.

O P V S C V L A

Substantia. Quoniam cur tandem arithmeticam unam esse videmus, quam quod bis duo ex apud nos et apud Persas sint quatuor, nec discrepant hec neque apud Graecos, neque apud Barbaros. At Philosophiae uarias atque multiplices esse videmus, praeterea neque fines, neque principia illarum concordare. Ty. Vera dicas. Etenim unam philosophiam esse assueranter affirmavit, ipsius vero multarum sunt autores. Para. Atque in reliquis artibus quanquam nonnihil discreparet, quispiam uero progressus illud ignoscendum esse contenderet, propter rea quod alioqui perfecte essent, carumque cognitiones non forent ambiguæ aut mutabiles, certe ille repudians due non esset. At philosophiam quis tanquam necessarii sustineret unam ex simplicem non existentem, ac ferre ubique ipsam secum discrepantem, longe magis quam instrumenta, que sunt diuersissima. Siquidem non est una philosophandi scientia, aut ratio, postquam innaturat esse conspicio. Multi autem esse non possunt, quandoque de philosophia una est. Non disposita de rhetorica quoque substantia quispiam dicere possit. Nam de una re propria omnes non idem sentire ex dicere, sed super preceptionibus diuersis pugnare sententijs, documentumque certissimum, ne principium quidem illius artis esse probabile, cuius non est una cognitio. Etenim quid potissimum ex illis estimanda sit rhetorica, ac nondum facili unam esse, omnem cuius quod queritur tollit essentiam.

siam. Porro autem ipsa Parasitica non perinde se habet
 sed ex inter Grecos et inter Barbaros sui nunquam dissi-
 milis est, sed una atq; eadē Parasitandi ratio ubiq;. Neq;
 quispiam dixerit alter hos, alter illos exercere Parasit-
 icam. Neq; sunt inter Parasitos ut uides discrepantium
 sectarum autores, cuiusmodi sunt aut Stoici aut Epicu-
 rei, dogmata habentes pugnantia, sed una omnibus apud
 eos est profilio, operumq; ex finis concordantia. Itaq;
 ut mihi uidetur, periculum est, ne ex his omnibus iam
 à me adductis Parasitica quoq; sit singularis et precipua
 quedam sapientia. Ty. Videre mihi ista sufficienter
 differuisse. Quod autem ex in alijs philosophia tua pro-
 fessione Parasitica deterior existimāda sit, quomodo pla-
 suum facies? Para. Ergo illud mihi sub initium dictū
 perneccarium est, nullum parasitum unquam philoso-
 phiam amasse. At parasitica desyderio permultos arsis-
 se philosophos testantur historie, quo desyderio etiam
 nunc tenentur. Ty. Et quos nam memorare potes
 philosophos, qui Parasitica operam dederint? Para.
 Eos quidem o Tychiade, quos neq; tu ignoras, sed data
 opera me quoq; ignorare cuiusler simulas, ueritus ne ea
 ex re dedecus illis potius quam honorem cōsiliem. Ty.
 Nō per louem hoc mihi in mentem uenerat, o Simo, alio
 men uebementer animi pendo, quos nam ei rei unquā
 seruientes possis producere. Para. O generose, equi
 dem tu mihi rudis ex imperitus esse uidere eorum, qui

O P V S C V L A

philosophorū uitas memorie proditas ad posteros transmisserunt, omnino enim eosdem quos dico legere possemus. Ty. Atqui per Herculem iam mirabiliter audire gestio, qui tandem illi sunt. Para. Ego tibi eosdem demonstrabo, & nominatim perstringam, & quidem nimis malos aut insimile conditionis philosophos, sed et ego opinor, ferè ex oībus præstantissimos, & de quibus hoc uel suspicari indignum facinus esse putas. Enim uero Aeschines ille Socratus, longe illis & lepidis dulogis summo sermonis nitore atq; munditia conscriptis, semel uenit in Siciliam eosdem una secū ferens, ut si quo modo fieri posset eorum opera Dionysio Tyranno insciceret. Tandem uero lecto Miltiade, uisus est sibi non mediocrem adiunxisse & laudem et opinionem, reliquā tempus permanxit in Sicilia, parasitans Dionysio, Socretis disceptationibus longum ualere iussis. Quid autem nōne & Aristippus ille Cyrenaeus unus ex præstantibus & eximijs philosophis tibi esse uidetur? Ty. Maxime. Para. Et ille per id etatis Syracusis uersatus est parasitando apud Dionysium. Itaq; ex omni Parasitorū numero ille in maximo precio habitus fuit apud illam. Erat enī preter ceteros ad hāc artē singulari prædum industria. Quare & coquos quotidie ad illū missilare solitus est Dionysius, quo adparatus tanto magistro artem perdisserent culinariam. Ille sane uidetur etiam arte prædignitate excolluisse. Quintum Plato uester generosissimus, &

sumus, & ipse non aliam ob causam in Siciliā profectus
 est, ac sane pauculos aliquot dies parasitatus, statim ab
 incepta parasitacione propter artis imperitiam clapsus
 est. Rursus autem, Athenas regressus, cum varijs semet
 studijs exerceisset & adornasset, deinceps secunda uice
 in Siciliā nauigando contendit, ubi iterum pauculos
 aliquot dies coenatus ob parasitandi imperitiam Diony-
 sio excidit. Et hec que Platoni in Sicilia parum scite pa-
 rasitanti accidit aduersitas, persimilis mihi esse uidetur.
 Nicie. Ty. Et quis ea simo de Platone tibi dixit? Pare.
 Evidem & alij complures. Porro autem Aristoxenus,
 Musicus vir clarus atq; memorabilis, & ipse Nelei pa-
 rasitus fuit. Quod uero Euripides apud Archelaum pa-
 rasitum egerit usq; ad extreum uitæ diem, Anaxarchus
 autem apud Alexandrum, planè tibi compertū est. Neq;
 Aristoteles parasiticam intactam reliquit, sed eandem ut
 reliquias artes omnes exorsus est. Philosophos quemad-
 modum parasitica operam dederint, ostendi. Parasitū
 uero nemo unquam potest producere, qui philosophan-
 di captus sit desyderio. Et sane si felicitas putanda est,
 neq; fame discriuari, neq; siti urgari, neq; algore torque-
 ri, hac nemini alteri quam parasito suppetunt. Itaq; phi-
 losophorum non parum multos quipiam inuenierit et al-
 gentes grauerit et esurientes, Parasitū uero nequaquam.
 Aut alioqui Parasitus babendus nō esset, sed infelix quis
 piam, aut mendicus circumforans, aut etiam Philosom-

O P V S C V L A

plus similis. Ty. Hec equidem tibi satis superq; dif-
puesta sunt. At philosophia atq; rhetorica etiā reliquias
potiorēm esse Parafiticam quomodo comprobabis?
Para. Sunt in vita humana tempora, o optime, alia qui
de m paois ne opinor, alia uero belli. Iam in his omnibus
modis necessarium est, artes cuiusmodi sint manifestas fit
eri, sed ex illi necessarium est ut se aperiāt, qui artibus sunt
imbuti. Primum autem si ut tibi uidetur tempus belli sub
ducta ratione excutiamus, ex qui nam ingruentē bello
omniam maxime tum sibi p̄is priuatim tam Reipub.
sunt utiles. Ty. Quād non mediocre uitiorum ca-
temen annūcias. Et ego iam dudum apud me ipse video
ogitabundo animo mecum consyderans, curius modi su-
erius sit philosophus cum Parasito comparatus. Pe-
ra. Ne uero nimma capiaris admiratione, nēne bate rē
camillo aut subsennatione dignam existimes, age hoc te
tum expressis typis oculis nostris subiectumus. Annunti-
atum est ex improviso hostes in regionem irrupperent
fecisse, per necessarium autem est collecta manu illis exi-
re obuiam, neq; enim per socordium committendam est
ut impune ab actis pecoribus agros nostros deuastet atq;
depopulenter. At dux belli denunciat ut ad delectus
faciendum iuuenes confluant, alij uero discedant. Sint
autem inter hos nonnulli ex philosophis ex rhetores et
Parasiti. Itaq; initio abiectis uestimentis exuitus nos.
Quippe qui armis induendi sunt, ante se denudent ne
cessere est;

113

quatenus deesse est. Proinde intentis oculis specta, o generose,
 agitum non inquamque ex ordine, habitoq; delectu probato
 quam corpora. Itaq; illos propter uictus indigentiam haud du-
 tempus habere sufficiunt et tenues atq; pallidos, et planè corpore hor-
 o beli in rido, quasi iam confecta sint vulneribus. Qui ergo non
 cuncte summe foret ridiculum affirmare eiusmodi uiros perfer-
 se potest, re posse certamen aut pugnam statariam, aut impresio-
 nem, aut puluerem atq; vulnera, qui curatione aliqua re-
 forciliadi sunt. At iam contra ab illis regressus Parasitum
 quo corpore adpareat contemplare. Nunquid non ille
 membris praeditus est planè gladiatorijs, ac colore uiuo
 atq; lucido, neq; nigro nec rufus per albo. Hoc enim
 celebre esset, illud seruile. Deinde animosus quoque
 terribile quiddam obtuens, uultu minaci et rubicundo,
 quod Parasitorum est proprium. Neq; enim consulum
 factu uidetur hominem meticolosum auferre in oculis
 praedictum in aciem producere. Nunquid non igitur isti
 insimilis fit elegans, et uiuens armatus, elegans etiam si
 benefie in prelio cecciderit. Sed quorsum istis collationi
 boni sudatur, cum illorum exempla nobis in promptu pa-
 rata sint? ut enim simpliciter que sentio eloquar, priorū
 rhetorum atq; philosophorum partim extra murum in-
 decllum progredi nunquam ausi sunt. Quod si quis etiam
 necessario coactus militatum egressus est, illum ego den-
 serea acie turpiter aufugisse dico. Ty. Quād admis-
 tanda omnia. Et quām mībil exiguum qui mediocre pot.

O P V S C V L A

licetis. Para. Nihilofecus tamē orationem semel cō-
 orsus expediam. Evidem ex rhetorum numero Sacra-
 tes, ne semel quidem in bellum egressus est, at ne in for-
 ro quidem iudicali unquam orationem habiturus ascen-
 dit propter animu pusillitatem. Opinor uero, & ob hoc
 ipsum illi uocem defuisse: Preterea nōne Demades ex-
 Aeschines & Philocrates timore statim confundens bel-
 lum Philippo indicente, turbem atq; scipios hosti parati
 derunt, nōq; non perimaciter persecutarunt Athenis et
 līus res atq; negotia semper administrantes. Adeo, ut si
 quis etiam aliis Atbeniensium eandem sequeretur bellū
 di rationem, prōlinus in illo tam amicitiā asciſcebatur.
 At uero Hyperides & Demosthenes & Lycurgus, qui
 paulo uidebantur ceteris animosiores, tamē si in contio-
 nibus subinde tumultuantur, ac Philippum contumelio-
 sis dictis proscindenterent, quod nam memorabile factus
 in eo bello quod aduersus illum gessere Atbeniensis, ede-
 derunt? Evidem Hyperides & Lycurgus, nūquā
 egressi sunt, sed neque uel modicum exerto a portis com-
 pite ausi sunt prospicere. Verum intra murum clausi se
 debant, iam apud se ipsi obſidionē perferentes, sententiis
 līis atq; senatus consulta componentes. Sed enim anteſt-
 gianus illorū atq; coryphaeus nempe Demosthenes, cui
 ista pro cōtionibus ciuium auribus subinde occidere mo-
 ris erat, Philippus Macedoniam excitum, à quo ne man-
 cipium quidem aliquis errare subsimiles, atq; uenire

in Bocoti

In Boeotiam priusquam uterque exercitus commixtus ad manus decenaret, abiesto clypeo aufugit magna cum agnomina atque dedecore. An et hoc antea neminem commemorantem audisti, que nedium Arbeniensibus pro certo comperta sunt, sed ex Scythis et Thraeibus, unde illud piaculum profectum fuerat. Ty. Ista equidem nam comperte nota sunt. At ille quidem fuerunt rhetores, quibus studio fuit concionari, et causas perorare, non uirtutem armis exercere. Quid autem de philosophis habes quod dicas. Nec enim hos quemadmodum illos accusare potes ignavie. Para. Illi equidem Typhaiade, qui quotidianis dissertationibus multa de fortitudine disputare consuerunt, uirtutis nomen nunquam non in ore habentes, multo quam rhetores apparent fugatores, ignaviores, atque etiam effeminateores. Ad hunc uero modum rem considera. Princípio quidem nemo est usquam, qui pro certo affirmare posset ullum philosophum in bello oppetiisse. Aut potius in universam nunquam meruere stipendia: aut si meruerunt, omnes auditat tuba aufugerunt. Evidem Antisthenes et Diogenes et Crates, et Zeno, et Plato, et Aeschines, et Aristoteles, et illa universa Philosophorum turba, nunquam audierunt aciem. Solus autem sapiens ex illorum numero Socrates sumpta fiducia in bellum quod ciuitati fuit adversus Lacedemonios exire ausus, fuga inde saluti conculcans, ex Parnethe in Taurei palestram duerit. Exstet.

LVCIANI.

mabat enim sibi longe fore tutius atq; ciuilis sedentia
 puerulus studiose exornari, ac unà sermonem sociates fo-
 phisticis captiunculis illaqueare, quam cum uero Sparta-
 no manus conserere. Ty. Ego uero ista iam olim, ó
 generose memorata accepi ab alijs, quibus per louem ne
 quaquam uoluntas erat hac illis illudendi gratia expron-
 brare sicut tibi. Itaq; parum gratiae arti tue conciliare
 uadere, tantos ueros falsis contumelijs afficiendo. At si uia
 detur age iam ac mihi cuiusmodi uir parasitum in bello
 fit expedi. Et nū quid omnino ex ueteribus illis quispiā
 parasitus fuisse credendus est. Para. Atqui ó amic
 neminem usque adeo Homericē Poēseos rudem atq; in-
 peritum esse existimo, neq; si prorsus à ueris alienus
 aut idiora fuerit, qui nesciat apud illum, ex heroiibus om-
 nium præstantissimos parasitos esse. Siquidem Ne-
 stor ille, à cuius lingua perinde ut mel fluebat oratio,
 regis parasitus fuit. Sed neq; Achillem, quemadmodum
 exuidebatur eratq; corporis forma atq; uiribus excellens
 et iustissimus, neq; Diomedem, neq; Aiaces
 Agamemnonis tantis laudibus extulit, et admiratus est,
 quanto laudis testimonio ornauit Nestorem. Neq; enim
 decem Aiaces sibi dari exoptat, neq; decem Achilles.
 Quidippe iam olim Troiam funditus excisam coepisset, si
 eiusmodi decem alios milites cuiusmodi parasitus ille fue-
 rat, quamquam iam consecutus senio, habuisset. Quid et
 am Idomenalouis filium eadem ratione Agamemnon e-

Iliad.

8.

his parasitū fuisse cōformat. Ty. Hæc equidem ex ipse non ignorō. Non dū tamen mihi intelligere indecor, quo modo illi duo heroës Agamemnonis parasiti fuerint.

Para. Perlege ò generose, uersiculos illos, quibus ipse Agamemnō Idomenea alloquitur. Ty. Quos nā decis? *Iliad.*

Para. Semper tibi plenior uni stare solet cyathus, uelut mihi, quando bibendi est mens ut potes. Inde quod dixit semper pleniorē astare cyathū, nō ita accipiendū est quasi semper poculū uino plenum Idomeneo ex pugnari et dormenti sit propositū, sed quod illi per oēm uitā soli cū rege coenandi facultas cōcessa fuerit, sed nō permīde ut alijs militibus certis quibusdā diebus ad mensam uocatis. Etenim *Aiacē* quod singulari certamine cōgressus cū Hectore optime se gesserat proceres ad Agamēnōē dūnū cenatū abduxisse cōmemorat, tanq; propter uirtutē in pugna editā honoratū, admodū sera coena apud regem apparata. At uero Idomeneus atq; Nestor serē quote die cū rege coenitabant, ut idē author testatur. Porro Nestor regum parasitus mihi fuisse uidetur multa arte industrius. Neg; apud Agamemnonem primum hanc parasitandi artem exorsus est, sed multis retro temporib; apud *Cenea* atq; *Exadiū*. Visus uero est neq; parasitandi finem ante fecisse, quam Agamemnō diem suum obiit. Ty. Equidem ille preclarus ex insignis fuit parasitus. At siquos alios id genus heroes parasitos fuisse nosti, hoc mihi nominatim explicare ne pigeat.

Bard. Quid igitur, o Tychiade, nonne ex Patroclus Achilleis parasitus tibi fuisse uidetur, praesertim cum nullo aliorum grecorum fuerit deterior aut ignorior, neque animi neque corporis dotibus tametsi iuuenis existens? Mihę equidem nulla in re ipso Achille uidetur fuisse inferior, ex eius operibus coniecturā facienti. Etenim Hectorem per ruptis portarum obicibus, ac intra munitionem iuxta naues pugnantem, fortissime repulit. Et Protesilaüs nauim iam incensam, ex ardente extinxit. Quenquam in ea essent non ignauissimi, uerum Telamone natu ex Ajax et Teucer, alter hasta strenuus, alter arcu uulnerans. Multos preterea ex Barbaris neci dedit, inter quos ex Sarpedonem Iouis filium Achillis parasitus peremit. Prostratus uero occubuit nequaquam ut alij, sed ipsam quidem Hectorem uita spoliauit Achilles, at Achillea Paris, unus unum. Porro autem parasitum et Apollo ex duo uiri occiderunt. Ac iam moriens eas uoces edidit, non quales generosissimus Hector ille, Achilleum super placiter precatus, ut cadaueret eius suis sepeliendū redderet, sed quales par est, parasitum expirantem emittere.

- Cuiusmodi tandem? Si mihi uiginti duro in certamine tales Ante occurrisserent cunctos eorum cuspidē cæsos strauisse leto. Ty. At de his quidem abunde satis multa uerba fecisti. Ceterum Patroclum non amicum, sed Achillus parasitum fuisse, quo pacto testatum facies? Paralipsum o Tychiade Patroclum quod parasitus fuerit, dico

centem tibi exhibebo. Ty. Admiranda dicit. Para.
Audi igitur hosce uersiculos. illud. 1

Ne mea Pelida condi patiare scorfim
Offa, sed amborum sint uno tecta sepulchro,
Sicut & ante domi muriti uiximus unà. 22

Et rursus eodem in loco.

Nan me suscepturn Peleus studiosus alebat,
Nomine, neq; tuum noto Theraponta uocauit. 22

Hoc est parasitū esse uoluit. Etenim si Patroclū Achil-
lis amicū dicere uoluisset, haud illū theraponta nominas-
set. Erat enim Patroclus liberalior, quam ut Achillis ser-
uus dici sustinuissest. Quos igitur dicit esse therapontas,
qui neq; serui sunt, neq; amici, nempe parasitos. Quo no-
mine & Merionem Idomenei theraponta cōpellat. Atq;
ita tunc parasitos dictos esse planè conjectura auguror.
Quia etiā hoc consydera, quam ob rem Idomena louis
filium non dignatus sit Marti aequalē dicere, uerū Me-
rionem eius parasitum? Nonne uero & Aristides ut po-
pularis existens & pauper, ut inquit Thucydides, para-
situs fuit Armodij? nonne & amator? Sunt enim para-
si suorum alumnorum peramantes. Huius itaq; para-
sti opera Atheniensium Reipub. tyrannide oppressae, li-
bertas iterum recuperata est. Et nunc in foro stat ancus
inter reliqua ciuitatis monumenta spectabilis. Illi equia
dem cum tanta uirtute claruerint, tamen parasitos age-
bant. Tu uero, quo nam animalium animo parasitum in

O P V S C V L A

bello esse putas? Nonne sub initium talis curato probet.
 illud. corpore sumpto ientaculo prodit in aitem, quemadmo-
 dum et Ulysse fas esse contendit? Quippe cui statim
 sub aurorae exortum pugnandum erit, ille prius cibam
 sumat necesse est. Et quo tempore alijs milites, pra-
 metu, hic quidem galeam diligenter adornat, ille thoracem
 curiose induit, alijs aliud quiddam malum belli su-
 spicans trepidat, parasitus uultu prorsus bilaro et ex-
 porrecto indulget epulis, ac mox postquam in aciem
 progressus est, inter primos fortissime dirucat. Ceterum
 qui alit parasitum tum in ordine subsequitur, quem
 ille non secus atq; Alex Teucrum clypeo defendit. Cu-
 git enim impensius suum seruare alumnum parasitus,
 quam scipsum tueri incolorem. Quid si etiam in bello
 cæsus parasitus occubuerit, neq; imperatorem, neq; milie-
 tum quemquam pudore afficit, tantum existens cadauerit, qua-
 li corporis dignitate quondam in symposijs accumbere
 solitus est. Adeo ut indignus sit facinus philosophi cada-
 uer huic appositum conspici, aridum et sordidum, prolixo
 barbitio informe, hominem prorsus miserabilem, et qui ante
 initum preliu mortuus fit, imbellis atq; inuolidus. Quis
 uero eam ciuitatem non extreme contemneret, cuius tam
 serandos atq; infelices cerneret satellites? Quis no-
 nurbem cum robustis tum animosis auxiliatoribus egere exin-
 stinet, qui adeo pallidos et comatos bomuntiones inter
 militum cadauera dispersos intuitus fuerit, eosq; qui in
 excubijis

excubijs stationes agunt, nullus in bello esse precij. Tales euidem sunt in rebus bellicis parasiti cum phis
iosophis atq; rhetoribus comparati. Ceterum in pa-
ce tantum precellit philosophiam parasitica, quantum
ipsa pax bello prestat. Ac primum si uidetur pacis
loca atq; studia contempleremur. Ty. Nondum te
ne, quid hec tua sibi uelut oratio, consideremus tamen.
Ra. Igitur forum, et iudicia, et palestrae, et gymna-
sia, tum uenationes et symposia ego ciuitatis loca, atq;
loca tranquillo urbis statu esse dixerim? Ty. Et recte
sancte. Pa. Quod aut parasitus in forum caussas actu-
ras non prodit, quodq; in iudiciis nulli clementiorum uo-
catus patronus presto est, banc ego subesse caussam op-
nor, quod isti loci magis sycophantis et rabulis illis fo-
rensisibus patet atq; conueniant, quodq; nihil modera-
ti in illis fieri solent. Palestrae uero atq; gymnasia una
cum symposijs parasitus frequentat sedulo, quibus
solus ille ornamento est, atq; decori. Quoniam quis
nam philosophorum aut rhetorum exutus uestimentis
in palestra digne componendus esset cum parasiti corpo-
re? Aut quis illorum confpectus in gymnasio non po-
tius probro atq; dedecore locum afficeret? Atqui ne in
deserto quidem illorum quippe irruentis alicuius be-
lue impetum sustineret. At parasitus carundem uim
atq; ferociam fidenter expectat, ac sine negotio com-
pescit, quippe qui easdem in coniuicj contemnere

O P V S C V L A

didicerit. Sed neq; cœruus, neq; fūs, fetis inhorrefens pia-
rafiam conteret, sed sue aduersus illum dentes acuente-
te, parasitus aduersus suem contracuit terribilis. Ca-
rum lepusculos magis insectatur, quam illus canis u-
naticus. Porro autem in coniuio, quis cum parasi-
to certamen susciperebat, aut iocos ciente aut comedente?
Et quis magis coniuiorum tristiam discutit? an ille
cantillans ridicula, ex ludens dicterijs: an homo potius
nihil ridens, in sordida tritaq; lacerna accumbens,
terram tristis intuens, quasi ad luctum non ad sympos-
sium uocatus uenisset. Ac mihi projecto late quiddam
in symposio uidetur esse philosophus, quod Canis in-
Balneo. Sed age istis posthabitis, ad istam parasiti uitam
nos confreramus excutientes atq; comparates illum. Præ-
mum igitur quis est qui nō uidet parasitū nunquam nō
cōtemptrē esse glorie, quippe cui nihil care est quā de-
se opinionē homines obtineant. At uero ipsos rhetores
atq; philosophos nō saltē illorū aliquos, sed in univer-
sum oēs fastu atq; gloria transuersos agi quaspiā inuenie-
rit, ac nō tantū glorie deditos, sed quod adhuc turpius
est, argenti sifientissimos. Sed enim parasitus, hoc erga
pecuniam affectus est animo, quo non aliquis negligen-
tiore erga lapillos paſsim projectos in littore animatus
est. Ac nihil illi inter aurum ex igne uideatur esse di-
scriminis. Rhetores autem, ex quod absurdius est, etiam
illi, qui philosophie profisione se uenditent, tam audes-

erga

argentō inbiant, quasi hac ratione maximam fīlī nūnā
conciliarent & opinonem & auctoritatē philosophia.
Dō rhetorib⁹ quid multa attinet decere, cum ille corru-
ptus largitionib⁹ caussam orare soleat, aliis dicendi at-
tem profitens à discenib⁹ mercedem exigit. Tertium a
rege similiuer premium flagitat, non ob aliud nisi quod
cum illo conuersationem societ, nec pudore suffunditur.
Est præterea aliis qui iam etate confecti, non ob aliud
peregre proficisciuntur, quād ut lucrum faciat aut stipend-
io moereat, non aliter atq; Indus quispiam aut Scytha
captiuus. Neq; cūndem pudet nominis, quod merces sit
illud quod accipit. Non solum uero bis uitij̄ eos inueni-
es obnoxios, sed sunt adhuc alij degeneris animi affec-
tus, quibus sunt plenisimi, nempe moleste perturbatio-
nes, iracundia, inuidentia, ac omnis generis concupiscē-
tie. Parasitus autē his omnibus uacans affectibus, neq;
irascitur propter animi tolerantiam, tum etiam quod illi
nemo sit cui trasceretur. Atq; etiam siquando uictus men-
tis impotētia indignatur, nihil tamen mali aut iniuriae
iracundie impulsu designat perperam, Quin potius ri-
sam omnibus eius excedētientia exētit, ac oblectamē-
to est connēctantibus. Minime uero, omnium perturba-
tor tristitia, aut illa mentis molestia discriutatur. Etenim
tam præsens illi parasitica suppeditat aduersus cīnes
molestias remedium, ut nulla etiam caussa existat, quam
obrem afficiat tristitia. Neq; enim illi sunt opes, neq;

O P V S C V L A

domus, neq; famulus ullus, non uxor, non liber, quibus
 percutiibus habentem discruciatu*r* animo omnimo necf.
 se est, si borum iacturam fecerit. Atqui neq; glorie null
 us est appetens, neque opulentiam, sed nec formosam
 quenquam defuderat. Ty. Veruntamen, o Simo,
 planè conscientiam est illum ob uictus indigentiam per
 turbari animo. Para. Ignoras, o Tychiade statim ini-
 cito bunc non esse parasitum, quicunq; laborat uictus in-
 opia. Neque enim fortis inopia fortitudinis fortis perbi-
 bendus est, neq; sapiens sapientie penuria sapiens pun-
 datus, alioqui parasitus esse non posse. Nos enim de co-
 qui re ipsa parasitum agit, loquimur, non de eo qui foliū
 parasiti nomen falso obtinet. Nam si fortis non ali ratio-
 ne quam praesente fortitudine fortis, et sapiens praece-
 te sapientia sapiens habendus est, sequitur, neque para-
 situm nisi parasitandi facultas suppetat parasitum esse
 posse. Quare nisi hoc illi suppediatum fuerit ab alio,
 nequaquam parasitus existimandus est. Ty. Proinde.
 Parasitus nunq; alimēti laborabu*m* inopias. Para. Ita qui-
 dem adparet. Itaq; neq; hisus neq; alterius cuiuspiā re-
 gratia discruciatu*r* animo. Verum omnes ad unum phi-
 losophi pariter atq; rhetores maximo sc̄mper in meto
 sunt. Illorum igitur plurimos plerunq; ligno armatos in
 publicum prodre uidemus. Quid proculdubio non fa-
 ccerent nisi armatos metuerent. Quid? quod ctiam iannae
 probe opp̄essulatas concludunt, metuentes, ne quis non
 etudo.

tu domum ingressus, illis perniciem machinetur. At pa-
rasites et diculae sue ianuam quidem claudit, sed planè
incuriosæ et temere, ne uidelicet uenti violentia irruens
aperiat. Cæterum noctu ortu tumultu, non magis am-
bitio timore concutitur, quam si nullus extitisset. Prete-
rea per sola loca uer faciens, nullo accinctus gladio arm-
bulat, nibil enim prorsus uspiam gentium metuit. At
ego sè penitus uidi philosophos nullius periculi ne su-
spicione quidè existente arcus adparantes. Semper enim
baculis armati incedunt, atq; etiam si quando in balneari-
lotum abeunt, aut uocati ad prandium. Nullus uero est
qui Parasitum aut adulterij, aut violentie, aut rapine,
aut alterius cuiuspiam delicti insimulare posse. Quondam
qui talibus uelijis esset contaminatus, iam non amplius
parasitus foret perhibendus, sed se ipse gravissima
inuincie exponeret. Itaque adulterium flagitiose com-
mittens, unâ cum perpetrato delicto, etiam flagitiij no-
men incurrit. Quemadmodum autem qui improbus fu-
erit non bonus sed malus habendus est, sic quoq; parasi-
tus si quid turpiter in se admiserit. Illud enim ipsum quod
fuerat abiicit, assumit autem id quod deliquit per flagiti-
um. Cæterū ciui generis prava facinora permulta extitae
a philosophis et rhetoribus turpisime perpetrata, que
non nobis tantu[m] cōperta sunt, utpote que nostro tempore
saltē designata forent, sed libris eiusdem reliqua monumenta.

O P V S C V L A

habemus eorum facinorum, quorum illi authores extiterunt. Extat apologia Socratis, extat Aeschimis atque Hyperide; neq; non Demosthenis. Ac fermè plurimorū rhetorum atq; philosophorum defensiones etiam hodie deguntur. At nulla extat parasiti apologia, nec ullus est qui pro uero affirmare posse, ubi parasito iniuriarum scriptam esse dicam. Ty. At per loucum parasitus mediorū quam rhetores atq; philosophi uiuendi conditionē fruatur, Fato tamen deteriorē absuntur. Para. Evidēt longe diuersum est quod dicas, nam ex Fato multo feliciore functus ē uiuis migrat Parasitus. Quippe comperit explorātiū habemus philosophos ferē omnes, aut illorum maximam partem malo extinctos esse exilio. Nonnullos condemnatione iudicij in maximis flagitijs manifesto deprehensos sumpto ueneno, alios toto corpore exustos, plerosq; urinandi difficultate absumptos, ali os ex fuga retractos atq; occisos. At quis tandem tali qua- pium exitio Parasitū fablatū esse referrere potest, sed mors felicissima ferē illi cōtingit edenti atq; bibenti. Quod si quis etiam violenta morte defungi uidetur, mortuus auctoritate creditur. Ty. Hec equidē satis superq; tibi pro parasito contra philosophos decertata sunt. Superest ut ex illud explices, num honesta ex utilis sit hec alementis possessio. Si quidem opulentiores mihi uidetur parasitos atere tanquam officiosi ex beneuole gratificātes illorum tenutati, quod ego ei qui alius dedecus esse existimo.

Para.

Para. Quām simpliciter fatum te esse constat, o Ty
 chiade, si hoc nequas intelligere hominem diutem, cū
 am si Gygis opulentiam posideret, solum edentem esse
 pauperem. Atq; ille progrediens in publicum non con-
 mitante parasito mendicus est. Et quemadmodum miles
 sine armis habetur despectior, et uestis sine purpura uis-
 lior, et equus sine phaleris leuior: sic etiam diues egre-
 gie. et ampliter nummatus longe adparet sine parasiti
 satellito humilior atque contemptior. Atqui parasitus
 quoq; non parum ornamento est duxi, diues parasito
 non uem. Alioqui neq; probrum est, ut tu ait, huic pa-
 rasiti, ut prestantiori deteriore. Quod autem opu-
 lento utile sit parasitum alere, praeier quām quod orne-
 mentum non uidare illi adiungit, etiam securitate mula-
 tam parasiti praesentia et comitatus diuini suppeditat.
 Neque enim quispiam temere pugna adorietur diuem,
 qui hunc illius lateri assistentem confixerit, sed neque
 misendum est cum ueneno peritum, qui parasitum
 conniuam habuerit. Quis enim auderet insidijs petere
 quempiam, hoc præmandante atq; præbiente? Itaque
 diues non tanquam à parasito ornatur, sed eius quoq; ope-
 ra à maximis periculis tutus conservatur. Ita enim pa-
 rasitus propter charitatis officium, qua diutem ex ante-
 mo cōpletitur, omnibus semet abieciat periculis. Neq;
 tantum concedit solum cibum sumere, sed una quoque
 edens exceptat oppelere. Ty. Omnia mihi, o Sane-

O P V S C V L A

satis diserte differuisse uideris, nec quicquam quod artē
tuam commendandam pertinet pretermisisti. Neq; ut tu
doxisti ad hanc rem inexercitatus accessisti, sed plane om̄e
nū instructissimus atq; exercitatissumus. Quod reliquā
est scire gestio, an parasiti cōpellatio nō turpis & deder-
corosa habenda sit. Para. Vide qd' responsum à me exi-
gas, si sufficienter super his uerba tibi fecisse uideor. Re-
spōde uero mihi uicissim ad questionē si recte factū exi-
stamus. Age tñ p̄prisci illu quo uocarunt nomine? Ty.
Alimenti uocabulo. Para. Quid autem orationē duc,
nonne alere? Ty. Sanctuero. Para. Est ergo in
confesso neq; aliud esse parasitari. Ty. At illud ipsum
Simeo est, quod turpe esse adparet. Para. Age iterum
mihi respōde, qd' tibi discriminis esse uidetur, aut utrisq;
propositis, utrum electurus es, num nauigare an ad-
nauigare? Ty. Ego quidem eligerem ad nauigare.
Para. Quid autem, currere an adcurrere? Ty. Ad-
currere. Para. Quid autē, equitare an adequitare?
Ty. Adequitare. Para. Quid autem, iaculari an ad-
ioculari? Ty. Adioculari. Para. Proinde non alias
quoque ratione pro edere parasitari sat scio quoque eli-
geres. Ty. Velim nolim sententiae tue refragari
non possum. Ac te quidem in posterum ueluti pueri &
sub auroram & à prandio accedam, arti tuae perdiscen-
de operam daturus. Tu uero eandem docebis citra in-
midiam ingenue, quoniam primus tibi ero discipulus.

Peribent

Perhibent autem & matres primam prolem adanare
impensis.

LVCIANI

DIALOGVS, HERMOTIMVS

scu de Sectis, Vim. Obsopœ in

terprete. Lucianus.

Quantum cum ex codice, tum properandi studio
conjecturam facere licet, Hermotime, ad prece-
ptorem gradū maturū similis esse videris. Vo-
luntas uero sedula agitatione inter progrediēdū aliquid
in animo, cum ipse labia cōmouere soleas sensim & tacē-
te submurmurando. Quinetiā ipsam manū iam in hāc
iam in alterā partem transfers, quasi orationem, aliquā
apud te digeras. Questionem aut̄ aut̄ alioqui ex obliquis
illis captiunculis quiddam componis, aut̄ etiam discepta-
tionem sophisticā cōminisceris. Ita, ut neq; per uiam in-
cedens otium agere sustineas, uerum semper in negotio
seruens & sedulus nunquā non quidplam seruerei conse-
cis, adeo, ut timeris quoq; laborem ad disciplinarū exer-
citium referre soleas. Her. Sane per Iouem Luciane,
tale quiddā est quod dicis. Cōmodū enim besterna dispu-
tationis cōuersationē, queq; ille ad nos differuerat singu-
late recognitādo inter eundū in memoriā reuocabā. Aequō
uero esse opinor, ne quod tēpus raciū laboris temere et

O P V S C V L A

negligenter pretereamus, presertim cum nobis obscurum non sit uerissimum esse quod medicus dixit Hipocrates, nimurum hanc uitam angustis circumscriptam esse terminis, ipsam uero artem infinite prolixitatis. Sed etiam hoc ipsum ille de arte Medica protulit, que quidem res multominore labore perdiscitur. Ceterum philosophia multo tempore haud ita comprehensu facilis est, nisi quis summa uigilantia inconnuenter ex perpetuo oculis habuerit in eam coniectos. At qui neq; de paruis rebus aut ludicris in periculum uenimus, aut enim operet miseram ex cruentosam in promiscua pruatorum multitudine etiam agere, aut philosophie studijs excutum, uitam felicem degere. Luc. Enim uero ipse premia que dixisti, o Hermotime, admirationis plena sunt, ex quantumvis precijs existimanda. Porro opinor illa ipsa ferme te contigisse, neq; ita procul a te esse se posita, si quomodo fas est conjecturam facere ex temporis longitudo, quod in philosophie studijs perdiscendis contrististi. Insuper etiam ex labore, quem mihi non mediocrem iam olim impendiisse usus es. Quippe, si recte commenini, hic ferme annus est uigesimus, ex quo te nihil aliud res facere confexi, quam preceptores frequentantem, et quam plurimum libris prona ex obliquo capite intentum. Adhuc dissertationum philosophicarum commentarios descrebentem, semper diuinis curis ex cogitationibus pallidum, ex aucto corpore profus aridum, adcosse sonum

solum inquit; parci si minus mihi uisus sis, ea tua est in studiis
 in uigilantia frequentia et sedulitas. Hec itaque cum mea
 cum memoria repetenter, brevi fore spero, ut ex optata
 felicitatem apprehendas, atque adeo nisi nobis ignoratis im-
 posueris, iam dudum cum illa conuersatus es. Her. Vnde
 de uam hanc antno spem concipis, o Luciane, qui ad ultimam
 prolatu*m*iam primum capite prospicere incipio. Ipse
 porro uetus, si quid Hesiodo credimus, ualde procul sita
 est, ad quam pertingendam, ut uia est longa, ita non mie-
 nus ardua et aspera, non parum sudoris et laboris uide-
 toribus exhibens. Luc. Ergo nondum satis tibi fude-
 tum est, neque satis consecutum uimeriss? Her. Mihi que-
 dem non uidetur, nihil enim praepedimento mihi esse ui-
 derem, quo minus non per omnia felix essem, si unquam
 mihi concessum fuisset in summo fastigio consistere, nunc
 uero Lucifer tantum adhuc incipio. Luc. Atqui prime
 cipiamus ille ipse Hesiodus dimidium totius esse dixit.
 Itaque si uox a medium te ingressum esse dixerimus, for-
 tasse non multum a uero aberrabimus. Her. Nullo
 modo, ne hoc quidem dixeris, quantumuis multum nou-
 bis consecutu*m* sit. Luc. Proinde ubi tandem in itinere
 te constitutu*m* esse recte dixerimus? Her. In ipso mon-
 tis radice consistentem o Luciane, modo porro ire conan-
 tem. Est uero omnino uia lubrica et aspera, ac planè co-
 opus est, qui manu protensa ascendentem subleuet.
 Luc. Nūquid igitur preceptor tuus ad hoc ubi satis id

O P V S C V L I A

nens est, quemadmodum Iupiter Homerius, cibentia quadam aurea ex summo demissa, suas ipsius orationes, opinor, quibus te uidelicet subductum, cum ad se, cum ad Virtutem subleuare queat, presertim cum ipse multo ante ascenderet. Her. Hoc ipsum profecto Luciane quod dixisti, a preceptore sedulo factum est. Etenim quantum ad illius operam attinet, iam olim subductus sum, et cum illis conuersationem habui, quantum uero ad me attinet, nondum ascendi. Luc. Atqui bonum animum habere oportet, optima spe mente concepta, ad itineris suum et felicitatem in summo propositam conspicientem, maxime uero illo animosis inclamacionibus cōbante et inclamante. Veruntamē ualde scire possum, quemā spes ab illo tibi ostensa sit, superato iā cacumine? An mox futurū connectandum sit, te in summo fore post mysteria, aut oīno post Panathinica. Her. Parvissimum est quod dicas, Luciane. Luc. An post quinquennium iā subsequens? Her. Et hoc quidem modicū est cum ad Virtutem exercendam, tu ad felicitatis possessionem consequeris. Luc. Proinde ad summū post decenniū. Nisi extreme pigri et lenti haberi uelitis, cum neque tanto tempore ad uirtutis fastigium ascendere queatis, quanto unius aliquiter à columnis Herculeis ad Indos usque; haud difficulter ut atque redire possit, et si non recta aue circa intermissionem perpetua profectione iter faceret, uerū apud populos iacentes in medio paulisper cōmoratus oberraret. Et quo

quo nā modo tandem credibile est, petrā, supra quā uobis
Virtus habitare creditur, altiore declivioremq; esse illa
Aornā Indica, que paucis in diebus ab Alexandro sum-
ma ui euersa est funditus. Her. Dissimile prorsus est qd;
adversus Luciane, neq; enim eadē res est quam tu confin-
gis, que tā in exiguo temporis spatio cōfici aut capi que-
at, nō si infiniti Alexandri ad unum oēs suas uires cōuni-
xerint. Quoniam multi qui concendere moliebantur, fue-
runt, iam uero nō parum multi ualde fortē ascendunt antē
mo, et proficiunt partim quidē non nimium, partim ue-
tro altius. Ceterum, ubi medium uineris iam attigerint,
multis perplexi difficultatibus, protinus omnia fastidi-
ant, et reuertuntur grauiter anhelantes, multoq; sudō
re perfluentes, itineris laboritus absterriti. Quicūq; at-
tem omnibus nauiter superatis incommodis et discernē-
tibus in finem usq; animose perdurauerint, illi tandem
ad fastigium usq; concendunt, et ex illo felices facti, ut
tam quandam admirandā per reliquā etatē exigunt,
alius quidem mortaliū non secus atq; formicas ē sublimē
contemplantes. Luc. Papae ḥermotime, quanti-
tudos homunctiones nos esse ostendis, qui neq; Pyga-
meis quidem ipsis nos conferre dignaris, sed in totam
humī repentes, in cauernis terræ degere configis;
non iniuria alta, et que sursum sunt sapis. Nos uero
infime plebeculae extrema fix, et quotquot per humī
repentes sumus, post Dcos etiam nos supplicibus uolis

deuenerantur in alto constitutos, animataq; properem
 di addentes concendentibus. Her. Vitam saltus
 ascendendi facultas unquam nobis daretur, uerū multū
 adhuc uiae conficiende superest. Luc. At tu nondū ex
 posuisti, quanto temporis spatio opus sit, ut in cōplexu
 uirtutis interquiescas. Her. Neq; ipse admodum hoc
 ipsum exacte calco, o Luciane, opinor tamen nō minus
 uiginti annis peropus esse, quibus exactis, oīno me in sū
 mo fastigio futurum esse confido. Luc. o Hercules, per
 longū est quod dicis. Her. Siquidē de maximis rebus
 nobis labor est propositus. Luc. fortasse illud uerū es
 se nō ualde negauerim. Quid aut uiginti annos adhuc
 uicturus sis, quo nā modo praeceptor tuus certū te reddi
 dit, nedum sapiens existens, uerū etiam fatidico spirite
 prædictus, aut unus ex illis, qui Chaldaica disciplina sunt
 imbuti? Atunt itaq; & hec sciri posse, neq; enim uerisi
 mile est, adeoq; iniquū esset, ut tu uite tue incertus, nā
 unquam in humanis agens uirtutē amplecturus sis, tam
 eos labores temere susciperes, tot perpeſis diu, noctuq;
 difficultatibus, præcipue uero cū prorsus ignores, man
 ī propinquo summitatis te consistentem immens Par
 ea pede correptum, atq; ab omniſpe potiunde uirtutis
 deiectum deorsum detractura sit. Her. Apage ista,
 quippe nefas & irreligiosum est talia loqui o Luciane.
 At qui abunde sat est, si unicam tantum dieculam sapiens
 factus, felicitate illa perfruar. Luc. Ergo pro tentis
 exanila

ex ampliatis laboribus unius dieculæ spacium tibi satis eſe ſe uideatur? Her. Mihi euidem breuiſtum etiam tempus culum ſatis eſt. Luc. Cæterum illam ſupera ne contingendam felicitatem, cuiuſmodi nam fit, cuiuſ gratia dignum existimas nihil non perferendum eſſe, unde nam habes perefpectam & cognitam, neq; enim ipſe unquid in uitutis uſq; cacumen aſcendiſtis? Her. At ego preceptorи diſſerenti fidem habere ſoleo, cui hec ad unguem explorata eſſe dubium non eſt, cum præ oculis ſit in ſummo uitutis fastigio excelfiſtus. Luc. Dic uero per Deos, qualia nam illic eſſe, aut cuiuſmodi tandem felicitatem gnauiter aſcendentes manere adſtrinabat? Nanquid conſertas diuitias? an dignitatem & gloriam? aut uoluptates quaſpiam non aſtimandas? Her. Bona uerba ò amice, neq; enim hec quicquam faciunt ad uitam uituti uacentem. Luc. Que igitur ſunt alia bona, ſi ne hec quidem hi, qui ad exercitiū finem deueniunt habituri ſunt? Her. Sapientiam, animi magnitudinem, ipſiusq; honesti & iusti pretium, præterea autem omnium rerum exactam & abſolutam cognitionem, certo & conſtanter perſuafum nihil sapientem defyderaturum. Porro diuitias, dignitates, uoluptates, & cætera quæcumq; ſunt corporis, hec inquam, in uniuersum infra relinquit. Quibus exutis & abiectis, oī euicta difficultate, in ſummitatem emerget, nō ſecus atq; Heroulem in Octa monte combuſtū, ad Deos migraſſe tradūc.

O P V S C V L A

& ipsum Deum factum. Etenim ille cum à se abiceisset,
 quicquid à matre humani atq; mortalis contractū acce-
 perat, scruata pura & incorrupta diuinitate, probè pri-
 us exiructæ pyre incendio purgatus, in cœlū subuolasse
 creditur. Ad hunc modū illi quoq; philosophie opera et
 adminiculo tanquam igni quodā perpurgati, oībus illis
 recisis, & à se amputatis, que vulgi animis digna precia
 & admiratiōe uidentur, parū recto & sano utentis. iudi-
 cō, consenso cacumine felicē & beatam degunt uitā, di-
 uinarū, dignitatum & uoluptatū ne memores quidē am-
 plius. E sublimi deridentes eos potius, à quibus hac alti-
 cuius momenti esse ducuntur. Luc. Ita sano per Herculē
 Octū Hermatime, est quædā animi excellētia, magnitu-
 doq; & felicitas, que penes ipsos est. Ceterū hoc mihi
 quæso edissere, an nūquām ē fastigio illo Virtutis ubi ne-
 lint regrediātur post lūminio, rebus quas à tergo relique-
 runt usuri? An oīno necessariū est semel delatos in uerti-
 cem, ibidem perpetuam uitam agere, cum ipsa Virtute
 suauiter conuersantes, medio ungue ostensis diuitijs, ho-
 noribus & uoluptatibus. Hcr. Non solum hoc il-
 lis liberū esse scias ò Luciane, sed quæcunq; Virtute can-
 summatum confixeris, eundem neq; iracundie, neq; ti-
 mori, neq; ullis concupiscentijs turpiter deditū esse aut
 scriuire putato. . Non, si rebus insigniter dubijs iactetur,
 aut tristitia affectus fuerit, ullum animo dolorem conci-
 pit. . Luc. Sed enīm si fas foret, me nihil reueritum

Vcrte

Veritatem proloqui uerū satius esse opinor optabilius
 & iucundiora afferre in mediu, neq; religiosum esse ac
 curatore indagine ea perquirere, que sunt à sapientibus.
 Her. Nequaquam, immo quicquid habes audacter di-
 cito. Luc. Vide mi amice, quam omnibus modis ad
 disendum pigre, & cunctanter affectus sim. Her.
 Atque nibil est o generose, quod apud me solum dicero
 responides. Luc. Enim uero alia omnia, que dixisti
 Hermotime, haud difficulter persuasus, ut se habere cre-
 didi, nam irū sapientes esse philosophos, & magno anno
 mo præditos, neq; non æqui scruentes. Et me hercule nō
 mediocrem tua oratione persensi dulcedinem. At ubi eos
 dem affirmabas, & diuinarum contemptores, atq; etiā
 dignitatis & uoluptatum negligentes esse, neq; moueri
 iuacundia, neq; tristitia conturbari, non potui (solentem
 solis) non uchementer addubitare, cum in mentem ea
 ubi uenirent, que non multo ante uidebam fieri. Atq;
 eum si placet, producam quendam? & si hoc non par-
 tibi esse uidetur, etiam nullo edito nomine? Her. Nū
 quam facias, uerū nominatim perstringe eundem, qui-
 cunq; tandem fuerū. Luc. Ille ipse preceptor tuus, sur-
 sum aliás quidem uenerandus, tum etate penè confor-
 mata. Her. Quod igitur se indignum admisit scelen-
 sis? Luc. Hospitem illum Heracleotem, qui multo iā
 tempore in ijsdem philosophie studijs discipulus eius fu-
 it, flauicomum & contentiosum illum nouissi? Her.

OPUSCULA

scord quem dicas, Dionis, si fallor, illi nomen est. **Luce.** Illum ipsum dico, proinde cum fortasse non reddidisset illi mercedem in tempore, ad pretorem paulo ante repuit usserum, pallio eius collo inicto uociferans et ex candescens admodum. Et nisi e familiaribus quidam a manibus furiosi adolescentem eripuerint, qui forte futuna ei rei interfuerant, periculum erat, ne nares ussero mordicus auulisset senex, adeo impotenter debacchabatur incensus iracundia. **Her.** Semper quidem et ali ac durus et implacabilis esse consuevit, si quis non in tempore paciam mercedem Luciane numeret, nunquam domen aduersus illos non paucos, quibus usque pena denda gratia mutuo dedit utendam pecuniam, quicquam tale designavit, siquidem ad prescriptum tempus presentaria pecunia semper reddunt foenora. **Luc.** Quid sunt ne obitate, qui illi pendant foenora? An dum etiam illi a philosophia diligentissime perpurgato eorum rerum faciendarum cura est, quibus in Octa relictis nihil opus habet? **Her.** Evidem hec sua gratia, ut tu fortasse falso suspicaris, non facit, sed sunt illi infantes patrum, quorum, ne olim pressi moria grauiter egeant, evanescere cogitur. **Luc.** Atqui conueniebat obier motim, ut ex illos ad uitutem subduceret, quo communi cum illo felicitate posthabitatis diutius una fruenteretur. **Her.** Non est mihi sancte bisce de rebus tecum dispendi otium Luciane, accelero enim ut ipsam iam audiā, ne per-

ne per oēm etatē in obscuro nubi delitescendū sit. Luc.
 Bono animo esio ò bone, quippe hodie à philosophicis
 commentationibus uacatio promulgata est. Itaq; quod
 reliquum est itineris, tecum unā conficiam. Her.
 Quomodo dicas? Luc. In praesentia quidem ipsius
 tibi non dabitur uidendi aut audiendi copia, si qua fides
 inscriptioni babenda est. Si quidem tabella que plam pre-
 foribus suffēsa literis maiusculis in hunc loquebatur mo-
 dae. Hodie philosophicis dissertationibus non uacabim-
 us. Porro tuum preceptorem apud Eucraten, filium
 sue natalitia celebrantem, hesterna nocte coenitasse di-
 cebat. Multa præterea in symposio super rebus philoso-
 phicis commentatum esse, adhuc aduersus Euthydemū
 peripateticum nonnihil exasperatum esse, suscepta cum
 eo ipso his de rebus contentionē, pro quibus nunquam
 non cum Stoicis dogladiari solent Peripatetici. Præ nia-
 ma uero uociferatione, etiam capit is dolorem & uebe-
 mentem quidem contraxisse, & in multam usq; noctem
 sudasse, producta in longum disputatione. Quintiam
 iusto largius, ut arbitror, poculis semet inuitauerat, cū
 hi qui aderant frequentius, ut par est, præbentes eum
 dem philosofis provocassent. Insuper in ipsa coena hinc
 modestiori crapula quam seni conuenerat, semetipsum
 oneravit, adeo ut domum reuersus multa eucmēcē cogē-
 tur. Solas uero carnium portiunculas quas puerū à ter-
 go assisterū in connivio adscrivandas dederat, numero

O P I V S C V L A

tas recepit, ne quē intrmitteret magno opere interminās.
 Hec itaq; è Mida famulo eius audiuī, discipulis quibusdā
 commemorante, qui & ipsi cum illorum essent non pa-
 ci, domum regredi sunt. Her. Vter uero illorum Lu-
 ciane obtinuit uictoriā, praeceptor nūs an Euthyde-
 mus? Nunquid etiam tale quippiam Midam commemo-
 rantem inaudisti? Luc. Initio quidem Hermotimē,
 aiebat illos penē per oīa fuisse pares, ipsum uero finē uic-
 toriae tandem penes uos fuisse, ut ut senex longe fuerit in
 pugna superior. Euthydemū porrō incruentiū haud qua-
 quam abisse, nempe qui permagnū in capite inflatum
 uulnus haberet. Cum enim immodice esset arrogans &
 contentious, nec persuaderi uolebat, neq; seni se prebe-
 ret facile redarguendam atq; conuincendū, praeceptor
 tuus ille uir optimus eidem uictia accumbenti inuictata
 illad. magnitudine et pondere scypham Nestoreū, quem forte
 A. Vi tenebat in manib; fortiter incutiendo in caput illestit,
 de Ne atq; hac quidem ratione uictoria palmā superato aduen-
 storei sario obtinuit. Her. Malte animo praeceptor, atqui
 poculi haud sanè alio modo & equum erat agere cum his qui recu-
 descri- fant cedere melioribus. Luc. Probabilis quidem ada-
 piuōne modum sunt que dicas Hermotimē, Quorsum enim atti-
 nebat, ut Euthydemus hominem senem exasperaret, ali-
 enum ab iracundia, animaq; longe præstantiorem, scy-
 phum insuper tam grandem & grauem tenentē in manib;
 bus. Sed enim otium iam agimus, quid obstat, quo minus
 nubi

mibi tuo familiariter exponis, quo nam modo sub initio p̄bē
lo sophari moeperis, ut et ipse si fieri posse, cōmunem uo
biscū profectionē suscipiam, nunc primū facto ad cāndā
exordio? Neq; enim temere me excludetis à cōmuni uin
nere hominē familiarē. Her. Si modo hæc res tibi cor
di est Luciane, breui uidebis quantū excellas omnes ca
teros, pueros sat scio optimaberis omnes altos p̄ te, tam
tum ipse ingenio & intelligentia p̄apollabis. Luc.
Mibi uero abunde satis est, si post uiginti annos iam ex
actos, talis euaderem, qualis tu nunc es. Her. Profes
sio & ego ipse cum in tua esset aetate, tunc primū ad
philosophiā animū appuli, iam fermè annos quadrage
ta natus, à quibus te non multum abesse arbitror. Luc.
Rem ipsam putasti Hermotime, tot enī annos iā habebo.
Quare si eam iam cōprehensam tenes, age & me addu
cito, haud enim postulo. Et primū quidē, hoc mibi respō
de, est ne philosophiæ candidatis relicta & concessa cō
tradicendi libertas, si quod parū recte dictum illis uide
biūr, aut nō hæc libera est natu iunioribus? Her. haud
admodū, tibi tamen si quid uolueris, interea et querendi
et cōtradicendi facultatem liberā facio, ita enim facilius
perdisces singula. Luc. Euge sanc per Mercuriū, o Her
motime, dic mihi, est ne unica via ad philosophiam addu
cens uidelicet Stoicorū uestrorū. Nisi enī falsa audierim,
etiam alios cōplures esse certū est. Her. Et ualde qui
dem multi sunt, uidelicet Peripatetici & Epicurei, &
qui Platonis titulo philosophiam profiteriur. Sunt uicem

O P V S C V L A

compliores quoq; Diogenis & Antisthenis affectat, tunc
 etiam ipsius Pythagoræ imitatores, & alij his quoq; loce
 ge numerosiores. Luc. Vera sunt hæc, omnino enim
 illorum magnus est numerus. Verum autem Hermotimus,
 vadem omnes uno ore dicant, an duerſa? Her. De
 uerſissima. Luc. Prorsum tamen unum alicubi eſſe
 uerum, in quo conſentiant omnes credibile eſt: ita, ut
 non omnia pugnent que ab illis pro uero affirmantur.
 Her. admodum. Luc. Proinde age o amice, hoc mihi
 expedi, cui nam fidem habuisti tu ſub initium quando
 ibas philosophie operam daturus, cum multas uideres
 ianuas tibi apertas et patentes, omnibus alijs progrediens
 do deuitatis, in Stoicorum potiſſimum duerteris, tandem
 hæc ſola uera fuerit, ac illa que compendiosam ad uitium
 tem uiam ingredientibus exhiberet, alijs omnibus in ob
 liqua & deuia ducentibus? Quibus nam argumentis,
 aut coniecturis hæc cum potuisti deprehendere? ac mibi
 non cum qui nunc es in animo concipe ſiuē ſemiſapien
 tem, ſiuē absolute ſapientię Hermotium, qui nunc pre
 multis millibus optima diſcernere & iudicare poſſit. Sed
 ita reſponde ac quipiam homo idiota, qualem tunc age
 bas, aut ego nunc poſsim. Her. Quid ſibi hæc tua
 uerba uelint Luciane haud intelligo. Luc. Atqui non
 admodum obliquum eſt quod percontaber, cum multi ſine
 philosophie principes, uidelicet Plato, Aristoteles, An
 tisthenes, præterea maiores nostri Chrysippus et Zenon
 alijs

alijs; complures quotquot tandem sunt, cui nam inquam credidisti, posthabitis & omisiss alijs, ut ea ex omnibus desumens, que quidem à te selecta sunt, sustineas iuxta illa philosophiae studijs incumbere? Nunquid etiam te ut Cherephonem, Apollo Delphicus, ad Stoicorum placita delegauit, ubi prædixisset oraculo illos ex omnibus longe esse optimos? Siquidem illi mos erat, alium ad alii an philosophiae rationem & formam cohortandi, quippe cui probe perspectum erat, ut opinor, que cuicunque potius simum congrueret. Her. Nihil tale est à Luciane neque de his unquam Deum consului. Luc. Quid? an indignam estimabas hanc rem diuina consultatione, aut ipse sufficiens tibi videbare, qui quod optimum erat & prestantissimum, per te ipsum possis eligere, non consulto Deo monitore. Her. Ita mihi quidem videbar. Luc. Quin igitur & nos istuc ipsum doces, quo nam modo statim ab initio queamus noscere, que optima sit & uerissima philosophandi ratio, et quam quispiam, praetermissis alijs rectissime eligeret. Her. Ego haud quaquam istuc dicere grauabor, cū multos uiderem ad eandem certam uia affectantes, facile estimabā Stoicā philosophandi rationem ceteris esse prestantiorem. Luc. Quorum igitur numerosior erat turba, Epicureorum, an Platonicorum, an Peripateticorum? Proinde illos numerasti ueluti inferendis colligendisque suffragijs usuuenire soles: Her. Atqui non numeravi, sed conuectus.

O P V S C V L A

doprehendi. Luc. Ut quid igitur me tanto pere cupiens
 rem non doces, sed uana spe lactas, ac decipis, affirmas
 de tantis rebus coniectura et multitudine fretum iudicas
 sc. Her. Non solum hoc quidem o Luciane, sed omnes
 quoq; ceteros mortales se per numero affirmantes audiunt.
 Epicureos quidem esse corruptos delitijs, uoluptatumq;
 extreme amantes. Peripateticos autem ad rem attentio-
 res, parandis cumulandisq; dñitijis inservire, et quosdā
 ex illis immodece contentiosos. Porro Platonicos arrogā-
 tes, et nimio fastu turgidos, glorieq; cupientissimos. Ca-
 terum de Stoicis maliorum semper idem fuit testimoni-
 um, uidelicet qd' uiriles essent, masculo animo prædicti,
 et nibil illos furgeret. Et quod eam uiam ingressus, son-
 tus rex, solus diues, solus sapiens, breuer in tunuera-
 sum nihil non esset. Luc. Videbat ista tibi de illis
 dixerunt alij. Neque enim uerisimile est hæc illis de se
 ipsis prædicantibus, suaq; superbe collaudantibus te cre-
 didisse. Her. Non, uerum hec ab alijs predicata au-
 diui. Luc. Facile tamen coniçio hec diuersæ sectæ et
 opinionis affirmasse neminem. Quare an illi quos tu te
 audiuisse prædicas, è numero philosophantium fuerint,
 nescio. Her. Ne iij quidem. Luc. Proinde homin-
 es idiotas hæc dixisse credibile est. Her. Et uelde
 quidem. Luc. Vide obsecro, ut utrum me deceptum
 ab omni spe deiijcere soleas: neq; ueram sermonem expo-
 sis, sed existimus te cum Margito quopianam insulso cor-
 stupido

stupido uerba facere, ut plane persuasum haberem, Her-
mofidum uirum singulari præditum, cum ingenio tum
industria, annos nunc natum quadraginta, hominibus
tamē idiotis de sapientie studio, deq; uiris philosophie cā
datus credidisse, illorumq; inductum testimonio et pre-
dicatione rectiore uia philosophantium electionē fecisse,
neq; enim ista tibi prædicanti facile crediderim. Her-
At ne hoc quidem te fugiat Luciane, me non solum crea-
didisse alijs, uerum mihi quoq; ipsi. Etenim confpicie-
bam illos honeste & ornate incidentes, splendido & de
center amictos, nunq; non certis commentationibus cogi-
tabundo animo intentos, aspectu tetricos & terribiles,
demissa barba, & longa coma uenerandos, nibil molle
aut parum uirile, aut citra delectū aliquid admittentes,
quod quidem alijs stuporem induceret, aut plane uidere
tur impudens & Cynicum: sed in media & regia uia cō-
futatos, que quidem ab omnibus affirmabatur esse opti-
ma. Luc. Numquid igitur & hac illa, que paulo an-
te præceptorem facientem me uidisse testabar, ipsoſ deſi-
gnantes uidisti? uidelicet ſcenori & uſuræ ſcruiētes, ama-
rulenter & contentioſe mercedem à discipulis exigen-
tes, in conuiuijs aut colloquijs immodeste & perimagi-
ter digladiātes, aliaq; quecunq; indecore plerumq; pef-
care confuerant. Aut fortasse harum rerū nullam curā
habendā eſſe existimat, modo uestitus ſit probè mundus
et nitide cōpositus, et barba pſunda, prolixaq; in capue

O P V S C V L A

cesariorum? Quare in posterum, ut video, hic nobis certus erit canon & regulare recto philosophantes exacte cognoscendi, quem uidelicet proponit Hermotimus, oportet; omnino ex habitu mundiore, gravoreq; incessu & capillo prolixiore optimorum cognitionem sumere. Itaq; cui hec deesse uiderimus, neq; ille tetricus fuerit, aut perpetuis intentus cogitationibus obambulauerit, reprobandus & nihil estimandus est. Sed video Hermotimus, ne & hec illudendi gratia ad me dixeris, periculum faciendo, num deceptum me esse sentiam. Her. Quorūsum istud dicas. Luc. Quod hec, o bone, restitus statuarum sit cognitio atq; indagatio, quam tu a habitu sumendam esse dixisti. Omnino enim ille habitus sibi sunt elegantiore & amictu ornatiore, quas aue Phidias quispiam, aut Alcmenes, aut Myron ad pulcherrimum absolute forme archetypum expresserit. Quod si etiam maxime inde conjectura capienda est in illis dignoscendis, quid ille ager, qui iuſu captus philosophie perdiscendae desiderio tenetur? Qui enim fieri potest, ut in habendo delectu non tota via aberret, cum neq; habitus neque incessus perspiciendi facultatem habeat. Her. Ego nero, o Luciane, non ad cæcos uerba facio, neq; illorum mibi quicquam cura est. Luc. At qui conuenit edat, o bone, ut tantarum rerum, adeoq; omnibus necessariarum cognitu, communis quedam esset cognitione. Sed enī quando ita tibi uidetur à philosophie conuictio,

caci excus

oculis excludi manent, posteaquam orbati sunt oculis, tñ
 cisticum primis operis pretium mihi videbatur, illos pra-
 emnibus alijs philosophie studio incumbere, ne acce-
 piam amissi usus calamitatem ferrente immoderatione. Ca-
 terum illi qui probè uident, etiamsi fuerint perspicaci-
 ma oculorum atque prediti, quo nam pastore ea que in an-
 mo tecta sunt peruidere possunt, ab illa externa uestitu
 mundiue? Nisi enim me fallat anitius, tale quoddam est
 quod dicturus sum, nimurum te parande ex colligendo
 sapientia, cupiditate, cum istiusmodi uiris cōuersari, utq;
 etiades aucta curuлатiua euadas melior. Her. 66
 maxime quidem. Luc. Qui igitur tibi promptū sian-
 te, atq; adeo factu possibile, ut ab iis ipsis, quas dixisti
 cognitionibus, philosophantem aut secus perspiceres?
 Neq; enim ista perinde solent propalante esse conspicua,
 sed sunt abstrusa ualde, atq; adeo in obscuro reposita,
 quam multis utrō orationibus ex congregib; postremā
 uero operibus consimilib; licet animaduertere. Quae-
 haenam Momus in Vulcano reprehenderu, opinor alii
 quando inaudiisse te: quod si me fallit opinio, audi iam
 nunc, sic enim habet fabula, nimurū Mineruam, Neptu-
 num, ex Vulcanum contentionem inter se suscepisse, de
 artificij principatu ex præstantia, atq; ipsum quidem
 Neptunum taurum effinxisse, Mineruam uero domum
 excogitasse, porro Vulcanus hominem composuit, fabri-
 canitq;. Cæterum, ubi iam ad Momum uenimus eſſet, quæ-

certaminis arbitram et expensas eum elegerant, ex illis
 singulorum opera diligentissime inspexisset, in alijs quia
 dem, que reprobenderit superius auctum fortasse fore
 referre. Illud tamen in hominis opificio possumus
 calumnias est, atq; ipsum quidem Architectum Vulca-
 nū non mediocre perousit, quod artifex nō in pectore
 opiole quedā addidisset, quibus apertis et reclusis, per
 spicuum fieret omnibus, quid ille uelit, aut in animo stru-
 eret et cogitaret, num mentiretur, an uerum diceret.
 Atq; ille quidem uelut cæcuciens sic de hominibus figura-
 ture. Tu uero nobis ipso etiam Lynceo es perspicax,
 qui, sicuti uidetur, per pectus ipsum, que intus sunt cer-
 nis, suntq; tibi aperta omnia, adeo ut non solum certo-
 teneas, quid quisq; uelit aut cogitet, uerum etiam uer sit
 melior aut deterior. Her. Tu quidem Luciane luo-
 dos ex me facis, ego uero Apollinis ductu et auspicio
 delectum habui, neq; prorsus electionem moror, atq;
 bac quidem satis Hermolimo. Lucia. Attamen ne
 sic quidem mihi dignaris exponere, ò amice, sed me in
 ima uulgi sece uersantem superbe contemnis. Her.
 Nihil fortasse illorum tibi placebit, que dixero.
 Luc. Nequaquam, ò bone, uerum nihil eorum uis di-
 cere, quod me delectaturum esset. Et quia tu me cælos de-
 industria, nobis inuidens, ne forte tibi parcs euadamus,
 si philosophie indagande studio operam nauaremus,
 periculum faciam, si quo modo fieri possit, ut per-

me exactione indicandi rationem, minimeq; fallibilem
defectus habendi suam inueniam. Quocircu[m] si non
lucris a rectis auribus attento fac sis animo. HER-
MOT Prorsus istuc uolo, o Luciane, fortassis quid-
dam scitu dignum dicturus es. LVCIA. At uide,
ne neso me suspendas, si illud omnino ruficaneq; in-
pte proposuero. Ita enim facto opus esse video, postea
quam tu qui harum rerum es multo peritior, illud me-
nifestum & difteriu[m] explicare granaris. Itaq; Virtutia
urbis instar esse fingas uolo, que ciues habeat honesti-
tine & integerrime Rempub. administrantes, quemad
modum tuus quoq; preceptor, qui istuc aliquando per-
uenit. idem hoc affirmare non dubitat: preterea sum
me sapientia uiros exornatos, magno i[n]fractioq; ani-
mo praditos, iusticie seruantissimos, modestia admi-
randos, perum infra Deorum conditionem consisten-
tes. Cuiusmodi malta apud nos designantur, repri-
ma, uolentia, iniuria, habendi cupidime, eorum flagi-
tiorum, ne tantillum quidem quenquam audere in ea ut
be conspiceres. Sed pacati & concordes Reipublice
multa simus obcunt & administrant. Nec iniuria, ea
enim que alijs in urbis seditionum, & factiosorum
conciusionum concitandarum occasionem suppeditant,
quorunq; gratia alter alterum clandestinis petit insidiis
is, ex inquam, omnia e medio illorum sublata et remota
sunt. Neg[er] enim aut auerum, aut uoluptates, aut bonorum

res habet in pretio, tanquam alicuius momenti ista apud
 illos habenda sunt, uerum iam olim haec in conuersuua
 tanquam parum necessaria existimantes, ad bene gete-
 dam Rempub. urbe eiecerunt. Neq; tranquillam quicquid
 & omnibus modis felicem degunt uitam, bonis legibus,
 equalitate, libertate, & omnibus deniq; bonis institutis.
 Her. Quid igitur, o Luclane, an non tibi uidetur aequi-
 sum esse, ut omnes certatim eius urbis cives fieri desy-
 derent, ut a ut uimeris tam laboriosi molestiam prouibet
 lo reputent, neq; temporis longinquitate uicti animus
 desponteant, certo & constanter persuasum habentes,
 Se omni euicta difficultate in ciuium numerum relativam
 tri, eiusq; politie se participes futuros. Luc. Sanè per
 louem, o Hermotime omnibus omnes neruos in hoc in-
 tendendos esse arbitror, cetera uero negligenda, ne pa-
 triæ tentaciter nobis inherentis magna cura habenda
 est. Neq; ualde moueri decet, aut frangi animo parentis
 cum, aut liberorum nos detinendum complorationibus.
 Sed ex illi part opera ad eandem profectionem nobiscum
 fuscipiendam cohortandi sunt. Quod si aut sequi nos re-
 cusauerint, aut per etatem non potuerint, illis relectis ex
 possibilius, rectâ ad urbem omnium felicissimam animo
 se tendendum erit, reiectis etiam uestimentis, si eisdem
 amitti detineremur, illic haud dubie conuicti. Neq;
 enim periculum est, ne quis te eo nudo corpore delata
 exclusurus sit, tamen ex aliis uirtutin multa eam te re-

uerendum differentem audiri, qui nam illic se res haberent, meq; magnopere cohortabatur ille, ut me ei ad urbem eunti comitem adiungerem, siquidem pollicebatur ut meritis ducem se fore, et quod me cuitate donare uellet, inumq; ex tribulibus facere eius adscriptum sodalitio, adeo ut nulla non ex parte bene & feliciter agerem. Ceterum ego id etatis recte monenti non obtemperabam, stultitia & rudibus annis dehortantibus, nondum enim egressus eram annum quintum & decimum, fortassis si se eatus fuisset, iam in suburbio aut praepartis consisterem. Porro ciuitate, si recte commemini, cum alia multa, tu haec quoq; predicare solebat, quemadmodum oes eius urbis incole essent aduenae & peregrini, nec ullus esset indigena? Quim etiam illud addebat, non parum multos in eadem Repub. uerari barbaros, & seruulis conditionis hoies insimes, modicos pauperes, breuiter neminem non eius Rei pub. fore partipem, quem penes modo uoluntas esset, contendere. Quandoquidem illis morem ciuitate donandi auctuens affirmabat non sumi, aut ab externa cultus & uestitus elegantia, aut a corporis proceritate & formositate, neq; a generis splendore aut claris maioribus, sed ea prouinchia estuari apud illos. Oportere tamen eos, qui ciuitatis ius indupisci uelint, intelligentia instructos esse, rectiusq; honestatum tangi cupidine, labore non frangi, nullis uoluptatibus illecebris capi, neq; effoeminari, aut emollescere rebus dubijs & difficilibus inter cundum ingru-

O P V S C V L A

entibus. Quisquis itaq; bac prefliterit, exposuitq;
ubi primum urbem attigerit, ac tutum in ciuium con-
munionem assumitur, quicunq; tandem fuerit parvus ex-
perturus honorem. Porro prior, an melior, an nobilis,
an ingenerosus, an seruus, an liber, aut an prorsus in-
fame sortis ex conditionis homo sit, in ea ciuitate, ne non
mittantur quidem. Her. Hinc perspicere potes Lu-
ciane, quod non temere, aut pro rebus ficiueis, tantos
sudores perferam, cum adeo felicis et exoptatae Reip-
cuis fieri concupiscam. Her. Et ego quidem harum
rerum cōmuni tecum cupiditate teneor, atq; haud scio,
an quicquam sit, quod perinde pre his mihi uotis expre-
tendum paret. Iam si in propinquuo urbs sita foret, et
omnii prospectu exposita, iam olim ut scis, nulla animi
ambiguitate prepeditus, eam siuissim ingressus, inq; ea
multū iam temporis uerando contriuissim. Postea quād
uero, quemadmodum uos perhibetis, nimurum tu et
Hesiodus ille rapsodus, ualde procul hinc remota est,
opere pretium mudi esse uidetur, ut etiam ipsam, qua
recta nos ad urbem ducat, inuestigemus, nec minus ope-
re et studij in duce quam optimo deligendo ponamus.
An non ita quoq; tibi faciendam uidetur Hieronome.
Her. Et qui nam alia ratione eo quis perueniret?
Luc. Nonne uides igitur immensam multitudinem pro-
mittentium et affirmantium se uie peritos esse. Multi
enim ad hoc parati circumstant, quorum nemo non se
indiget.

indigenam esse persimile diceret. Ceterum non esse unam tantum viam, illud apparet liquido, sed innumeras & ualde diuersas, nec quicquam habentes, in quo inter se conueniant. Nam hec quidem ad occidentalem plagam uergit, illa ad solem exorientem, mox altera ad Septentrionem viatorem ducit, altera uero recta ad meridiem. Rursus, hec quidem per florida prata, per molles plantas sub umbra amoenas & delectabilis, nihil habens asperitatis aut difficultatis. Altera autem petricosa, & omnibus modis aspera, multum exhibens uatoribus, cum si sis, tum ardoris, tum etiam labiorum & molestiae. Et tamen omnes ille cum multis sint, ad eandem urbem, que una est, tendere perhibentur, tametsi sint inter se diuersissimae. Inde incredibilis animum meum habet perplexitas & hæfitantia, etenim in quancunq; forte fortuna incidero, utrum quempiam circa ingressum dueritculi consistentem offendendo, antequa Virtute & fide admirandum, statim in introitu accedenti manus porrigitem, uchementerq; cobortaniè, ne ipsum uta ingrediar, usq; adeo certatum unusquisq; illorum se compendiose uie gnaru: esse latitat identidè. Alios uero tota uite aberrasse, neq; unquā cō peruenisse, neq; aliorū insequentiū duces esse posse. Tandem ubi proximum accessero, audio & illum de sua magnifice pollicentē, aliosq; malitiose uituperantem. Ad eū quoq; modis facies is, qui hunc uicinus est, & sic deinceps omnes reliqui.

O P V S C Y L A.

Hinc itaq; uiarum multitudine ex diuersis non medie
 eriter me conturbant, animūq; meam incertum diuer-
 se distrahunt, maxime uero duces ipsi pr̄ter modum
 uociferantes, dum quisq; sua impudicis laudibus depra-
 dicat. Neq; enim calleo in quam declinans, aut quem po-
 tissimum ex ducibus secutus, urbem accedere queam.
 Her. At ego te Lucianē, ab omni hestatione libera-
 bo. Etenim haud facile, si ijs qui ante nos idem iunior
 consecerunt, fidem habueris, aberrabis. Luc. Quid
 bus tu habendum fidem dicis? aut quem ex ducibus se-
 quiti sunt, aut per quam viam ingressi sunt? Iterum
 enim nobis sub alia forma eadem apparet animi perple-
 xitas, à rebus ad homines translatis. Her. Quo nam
 modo istuc dicis? Luc. Quoniam quidem qui in Pla-
 tonis viam digressus est, ex illo duce se in viam dedu-
 illam haud dubie laudaturus est. Rursus qui Epicurū da-
 em sibi sequendum elegit, Epicuri, ita omnino alijs alij
 am cōmendabit. Tu uero uestrā omnibus alijs preferes.
 Aut non uta futurum esse Hermotimē credendum est?
 Her. Et cur non. Luc. Proinde, ab anticipi animi pen-
 plexitate me non liberas, cum etiamnū ignorem ex vi-
 taribus, cui nam potissimum fides adhibenda sit. Vbi
 deo enim unumquenq; illorum, ex ipsum exducem cinc-
 quis tantum uie fecisse periculum, ac illam lauda-
 re affirmantem, banc solam esse que perducet ad ur-
 bem. Ego autem nūc herum dicat, scire non possum

Quid

Quod enim ad finem aliquem delatus sit, et ciuitatem
quondam cōspexerit, fortasse illi haud difficulter concess
serim. Ceterum nam illam uiderit, quam oportebat, in
ciuis Repub. ego et tu uersari concupiscimus, in Cor
inibum Delati, ille autem Babylonem profectus Co
rinthum se uidisse putabit, quod quidem etiamnam mi
bi incertum est. Neque enim ille qui aliquam ciuitatem ui
dit, statim et Corinthum uidit, siquidem non sola Cor
inthus est ciuius. Quod quem omnium maxime me fa
cit animi incertum et ambiguum, illud est, quod sciam
necessario unam aq; adeo ueram esse uiam, siquidem nec
plures quam una Corinthus est, alie autem quoquo gen
uum magis uarorem quam in Corinthum perducunt.
Nisi quis usq; adeo delatus esset et mente captus, ut pu
taret, et eam que ad Indos tendit, et in Corinthum
recto tramite perducere. Her. Quoniam pacto hoc
fieri posset o Luciane cum alia, aliò tendat. Luc. Pro
inde, o bone Hermoime, non mediocri opus est consilio
in eligendis, cum uis, tum ducibus. Neque illud uulgo
iustitiae prouerbij committendum est, ut quocunq; nos
pedes duxerint, eo inconsulto abeamus, quomodo ut
haud dubie precepit pro Corintho ad Babylonos,
aut Bactras abiemus. Atqui ne hoc quidem ualde mihi
consilium factu uidetur, ut fortune tantam rem commit
tam, tanquam optimam fortasse adprehendentes, si
circa omnem uarum exactam peruestigationem, in una

O P V S C V E A

aliquam quamcunq; tandem temere irrueremus. Nihil enim
obstat, quo minus et hoc fieri possit, et fortasse iam olate
in iara temporis longinquitate factum est. Haud quaquam vero
equum esse opinor, ut tam inconsideranter de rebus adeo
magnis spem abiiciamus, aut ita in angustiu coactione co-
stringamus, ut quicunque scappa, (quod ait) Argentum aut
tonium transmutare uolentes. Neque enim recte aut pro-
babiliter fortunam incusaremus, si sagittando et iacula-
do non protinus affectata sit ueram illam uitam, uiam nam
ruris inter tot infinitas, falsas et erroneas existentem.
Quod nec Homericu quidem sagittario concessum fuit.
qui cum debuisset columbam arcu fixam deuicere, lince
uincula rupit, opinor autem fuisse Teucrum. Sed enim
hoc multo magis rationi consentaneum est, spem haber-
re multa vulnerandi, et iaculo petendi, quam omnino
illud unum ex omnibus. Quoniam periculum non me-
diocre est, si pro recta et compendiosa via, in uiam
ex erraticis et devijs imprudentes incideremus, speran-
tes fortunam meliorem pro nobis electuram esse: opio-
nor autem in tali re comparatione utendum et demonstra-
dum esse. Neque enim promptum et facile est rendi
care cursum, saluumq; et incolorem retro eundere,
si quis soluta nauis mari se semel commiserit: uerum ne-
cessarium est, in pelago fluctuum arbitrio iactari et
circumferri, nauicantem ut plurimum, et metu per-
tulsum, capitq; marinis fluctibus gradatum. Aequum
vero

mero fuerat, sub initium priusquam uela uentis permis-
sisset, consensa specula explorare si mare esset nau-
gibile, & secundus flaret uentus, Corinthum nau-
gare uolentibus. Et per Iouem quidem gubernator
quaspiam optimus summo cum iudicio illi diligendus fu-
erat, praterea nauis satis forma conuendit, qua tan-
tis fluctibus & cursu par esse potuisse. Her. Est
quidem Luciane, quod dicas non improbandum. Ven-
rum enim uero hoc satis certificio, quod si etiam per
circulum omnes ad unum accesseris, non tamets alios
inuenies, neque duces meliores, neque gubernatores
maiori peritia predditos quam Stoicos. Atque si am-
mus tibi est aliquando Corinthum perueniendi, illos
sequendos esse putabis, per Chrysippi & Zenonis
uestigio incedendo, alioqui frustra hanc viam tentau-
bis. Luc. An non sensis o Hermotime, commu-
ne quoddam te dixisse, haud dubie enim hoc ipsum
dixerit, & quisque qui communem cum Platone viam
ingreditur, & qui Epicurum ducem sequitur: insu-
per & alij, me uidelicet Corinthum nunquam uentu-
ram, nisi cum illorum aliquo itineri meuet accingam;
ita ut neccffarium mihi esse uideam, aut omnibus sine
discrimine credere, quod absurdissimum est, aut omni-
bus uoxia diffidere, quod quidem multo tutissimum
esse opinor, donec uera pollicentem inuenierimus.

O P Y S C V L A

Age vero, si quemadmodum nunc ignoramus, etiam
quoniam certum non habens, qui nam ex omnibus philosophis
vnum ordine et numero uerum diceret, uestræ seculæ me
addiccerem, habita tibi fide uero amico et familiari, atque
men Stoicæ saltu philosophie perito, tantumq; unica
illam uiam ingresso. Postea uero Deorum aliquis ab inse
ris in uitam reuocaret Platonem et Aristotelem, preter
ea etiam alios omnis generis philosophos. Illi autem cir
cumstinentes interrogarent, et per louem quoq; in iur
pertractum contumelie accusarent, dicentes, Quid ne
ro passus es optimus Luciane, aut a quo persuasus Chry
sippam et Zenonem nobis qui multo ante suorum pro
posueris, homines heresi et pauloante natas, cum nos
neq; sermonis participes feceris, neq; prorsus que loqua
murus tentaris. Quod si hec ab illis dicerentur, quid nam
illis responderemus? An satis mibi fore existimas, si dixe
ro me ab Hermotimo uero familiariter ita persuasum esse?
At qui dicerent sat scio, uero Luciane, quis ille sit Her
motinus uicta cum imperitis ignoramus, sed neque ille
nos nouit. Quare equum non fuit omnibus in totum re
pudiatis nos in dicta causa condemnare, fidem dantem
uero unicum tantum in philosophia uiam, sed neq; illam
fortasse exacte satis perspectam habenti. Sed enim legū
conditores o Luciane, ad hunc modum non imperant fa
cieundum iudicibus, nimis ut altero tantum audito,
allicri facultas pro se loquendi ea que ex usu suo esse in
tellexerit

letexerit non concedatur: Verum utrumq; iuxta audiens
 nullum esse prescribunt, quo facilius diversis sermonibus
 inter se etiam in anima et per pensis, quae uerae; que falsa
 sint in mente queant. Quod nisi sic factitiam suorum
 permitti lex appellandam libertatem, ut in aliud iudicium
 ea transferantur, quo illos loqui par est. Aut si quisdam
 fortasse illorum me interrogaret, Dic mihi inquietus o La-
 eliane, si quis Aethiops, qui nunquam alios homines eis
 spexisset, quales nos sumus, propterea quod nunquam
 peregre extra patriam profectus sit, in quadam corona
 et conuentu Aethiopum pertinaciter affirmaret, dicens
 Neque, nusquam gentium homines albos aut flavos repe-
 riri, neque ullus alterius coloris quam nigros, nunquid
 alii fidei suis dictis ficeret? Diceret autem ad illeum quis-
 plam ex senioribus Aethiopibus, Tu uero unde haec co-
 gnita et explorata affirmas audacissime, neque enim unq;
 a nobis suscepta ad exteriores populos profectio peregrini-
 tatus es, neque per Iouem qualia apud exterias nationes
 sunt unquam peruestigasti, aut presens oculorum te
 timonio didicisti. An uero hunc senem non recte et gra-
 uiter sentire praedicarem? Aut quid tu consilij in mediis
 aduersis Hermotume? Her. Imo uero tua sententia af-
 ferior, iustissime enim mihi uidetur eius temeritas ita
 posse compesci. Luc. Et quidem mihi o Hermotume.
 Ceterum quod posthac dicturus sum, quomodo tibi me
 cum conueniat, scire non possum. Mihi quidem et illud

iam nolle persuasum est. Her. Quale nam illud est
 Luc. Nempe ut ille probabili inductione inferet disti-
 rne, ergo absurde propositus est nobis quispiā Luciane,
 qui saltē Stoicorum placita calluerit, quemadmodum
 amicus illi tuus Hermotimus. Cum autem nunquā pere-
 gre profectus, neq; ad Platonis Academiā se conculerit,
 neq; apud Epicurum diuenterit, neq; omnino cum alio
 quoq; familiaritatē contraxerit. Itaq; si dixerū, nihil de
 pulchrum, aut ita uerum inueniri apud omnes reliquos,
 qualia Stoicorum sunt, & que ab illis assertuntur, an non
 uere optimo temerarius & audax tibi uideri debeat, de
 omnibus definiendi & pronunciandi authoritatem fibi
 sumere, maxime uero cum tantū unius scītæ peritus sit,
 neq; unquā ex Aethiopia, uel alterum pedē protulerit.
 Quid uero existimas illi respondendum esse? Num ueris
 sumam illud nos uidelicet Stoicis addictos illorum philoso-
 phiam perdiscere, iuxta quam dignū putemus philosop-
 phari. Neq; tamē nobis obscura sunt ea que dicuntur ab
 alijs. Si quidem praeceptor noster & illa inter differendū
 proponit, refellēs subuertensq; illa satis arguit. Nū uero
 existimas hoc responso auditō, tacituros esse Platonicos
 & Epicureos, tum etiam alios? An non in risum soluti-
 ure optimo ad me dicent, qualia nā facit familiaris tu
 tu Hermotimus o Luciane? qui dignatur aduersarijs de re-
 bus nostris fidē habere, profus exultans, et usmodi esse
 omnia pastraria, qualia ipsi falso confingunt et dictant.

quorū

quorum aut ipsi imperii sunt, aut ipsam ueritatem de iniustie celantes obfuscant improbi. Aut igitur si uideret aliquem ex athletis exercitum se priusquam in barenum defenderit, calcurentem in era, aut pugnis in anem quā pueri plagam inferentes, quasi cedernet aduersarii, illū ideo statim proclamat p̄fectus certaminis esse invincibilem? Aut non potius existimat per facile et uenientem esse, ita pueriliter et ueniliter Thrasonem gloriarum plenum agere, nullo aduersario illi repugnante: ipsam autē uictoriam tunc primum decernendam esse, quando aduersarium fortius deuictum prostrauerit, et superior certando euaserit, altero latitudine certi facto, altoqui uero nequaquam. Proinde, neque Hannes ab his quibus preceptores sui aduersum nos absentes, in umbra dimicant atque digladiantur, illos uictores esse potest, aut ea quae à nobis afferuntur, tam sine negotio posse refelli, aut subuerti. Quoniam illud perfidile esset puerorum ediculis, quos illi ut informas parare solent, ita protinus subuertunt ac diriunt. Aut per iouem etiam his, qui exercitio sagittandi sunt occupati, qui stipulis quibuspiam colligatis, et super conium fixis, nec ita procul positis emisso telo iaculantur: ac si quando forte fortuna collimantes scopulat etigerint stipulasque prefixas iaculo penetraverint, illico exclamant, quasi re magna peracta, si telum per formantia euolarit. Ceterum nequaquam ad huc modum

OPPISTIC VLA

Persae facere consuerunt, sed neq; Scythae quotquot illa
rum arcu, et arte iaculandi precellunt: uerum initio
ipsi equis insidientes, obequiando emittunt iaculum.
Deinde etiam ea ipsa faciunt mobilia, ad que arcu colli-
mantur, non stabilia aut sagittam expectantia donec incide-
re, sed cum plurimum fugientia, nempe feras, et ma-
xime volucres ferunt. Quod si nonnunquam scopus
quaq; feriendus est, emisso ieci firmitate et impetu, lignum
transuersum obiectum aut scutum bouinis coriis conser-
tatis proponentes, transfigunt: at tunc quidem bonarum
spem habent, farcire ut eorum tela etiam per arma ubi usus
arts penotrent. Quapropter o Luciane, dic nostris uerbis
Hec unditmo, preceptores eius farmentorum seu stipula-
trum fasciculos, propositos telis petere: deinde ambitio
se gloriari homines armatos se deuicisse: insuper aduer-
sus imagines nostras depictas pugilum more depugnare
quibus etiam, ut par est, superatis nos prostratos esse ex-
stiment. At qui unusquisq; nostrum ad illos dicere posse
mit, quod ab Achille dictum est de Hectore, ille meam
hanc quoquam galeam, cristasq; comantes aspicere non
debit. Hec quidem uno ore dicturi sunt omnes, singulae-
rū autem aliis alia. Plato. hanc dubie mihi uidetur alia
quid narraturus, eorum que facta comperit in Sicilia,
quorum non pauca habet comperita. Si quidem perhabebit
Gelone Syracusiorum Tyranno os fuisse putridum, infe-
ctumq; grauolentia, id quod per multum temporis illa
latuit.

tenuit, cum nemo auderet ob hoc ipsum reprehenderet, ut
 tam præpotentem Tyrannide, donec illi mulier peregrina
 adducta, rem ut se haberet, sumpta audacia exposu-
 set. Quare ille inflammatus iracundia, uicorem suam ac-
 ceperit, grauiter cum ea expostulans, quod illi non palam
 fecisset facti oris graueolentiam, cum eius uiciose ani-
 me probè fuisse conscientia. Illa uero oravit sibi habendā
 esse ueniam, propterea quod nunquam antea ullum alio
 um uorum sit experita, neq; cum quoquā tam prope cō-
 gressa, ita ut pro certo putarit in uniuersum omnes nō
 ros, non aliam animam ore exhalare. Itaq; Hermotimus
 quia cum solis Stoicis cōcertium habuit, proculdubio dī-
 ceret Plato, non iniuria nescius est, qualia nam altiorum
 sint ora. Non dissimilia fortasse & Chrysippus diceret,
 & his etiam multo plura, si illo indemnato & indicta
 causa relictio, ad Platonis Academiam à quodam eius as-
 secla persuasus me recipere. Nam, ut tandem paucissim
 mis uerbis totius sc̄i summam complectar, ita statuo, diū
 quidem in incerto fuerit, que natuera sit sc̄cta philoso-
 phandi, nullam esse eligendam, propterea quod non ca-
 reat contumelia, si hac electa, aliam neglexerit. Her-
 Per societatem domesticam Luciane age, Platonem quin-
 dem & Aristotelem, quia etiam Epicurum, & alios mis-
 sos faciamus. Neq; enim ex dignitate mea est, ut adver-
 sus illos ego confluer. Ceterum nos duo, ego inquam
 & tu, accurate discutiamus, numeris philosophica tale

O P V S C V L X

quiddam sit, cuiusmodi ego esse affirmo. Aethiopae autem, aut Gelonis uxorculam, quorsam nam opes erat, ex Syracusis usque ad nostrum colloquium accersere? Luc. Sancti illos quidem missos faciamus, quandoquidem tibi ad nostram disceptationem, parum uiles et superuacanei uisi sunt. Tu uero dic modo, appares enim similis quiddam ad mirandi dicturo. Her. Mihi equidem prorsus uidetur Luciane, oibus modis fieri posse, cum, qui tantummodo Stoicorum dogmata perdidicerit, ex illis ad unguem cognitis uerum nosse, tametsi aliorum decretis posthabitis neque quam singula per discendo excusserit. Considera uero, tecum ad hunc modum ratione muta, si quis hoc tantum ad te dixerit duabus dyadibus numerum quaternarium absoluiri. Ergo tibi iam circuncundum est, et uirum exquirendum ab alijs omnibus, quotquot arithmeticè non sūntrudes, ne forte quispiam inter illos sit qui dicat, bis duabus quinq; aut septem constitui? An non illico tibi planum sit cum uirum uera dicere? Luc. Illico quidem, o Hermolime. Her. Qui igitur tibi fieri posse non uidentur cum, qui solum in Stoicorum scholam inciderit ueritatem dicentium, illorumque sermonibus plane persuasum, aliorum non amplius egere ductu et auspicijs, cum certus iam factus sit, nunquam fore, ut quatuor quinq; fiant, non si infiniti Platones, aut Pythagore diuersum affirmauerint. Luc. Nibil aduersum, quod aitne, dicas, o Hermolime, cum ea que omnibus iudicandum sunt

Fuit certa et persuasa, rebus dubijs et incertis assimilare non dubius, longe lateque inter se se disidentia. Quid autem respondes? esse ne aliquem quo cum tu sermonem sociaris contendentem duas dyadas conunctas, aut septenarum aut undecenarum numerum constitutere? Her. Haud quaquam ego, nisi fortasse per insaniam deliraret, negans ex his non nisi quatuor excrescere.

Luc. Quid autem incidisti ne aliquando (et per Gratias uerum dici uolo) in Stoicum aliquem, et Epicureum, de rerum principijs, et bonorum fine inter se non disidentes? Her. Nunquam. Luc. Proinde etiam atque etiam uide, ne tuis falsis et euaniidis rationibus me fraudulenter decipias, maxime uero amicum tuum existentem. Cum enim nos subinde queramus, qui nam in philosophiae studijs uera loquuntur, tu nubil cunctatus hoc preoccupatum Stoicis attribuisti, dicens, illos esse, qui bis duo quatuor esse statuerint, quod quidem obscurum est, num ita se res habeat, fortasse enim dicent, Epicurei, aut Platonici, uestram hanc esse compositionem, nos autem quinq; aut septem illa esse dicimus, An non uidentur hoc ipsum tibi egregie prestare, cum uobis hoc solum quod honestum est bonum esse putatis, Epicurei uoluptatem summum bonum esse statuant. Et cum uos perimacissime contendatis omnia esse corporea, Platonice eius opinio est, ut censat in rerum natura, non nihil quoque esse incorporeum. Et quod primo loco dixi,

O P V S C V L A

Nimium autem illud quod in dubio versatur tanquam inde
nime dubitanter proprium illud Stoicis habendum tradi-
disti. Iam cum alij hoc sibi uendicent, dicantq; illud esse;
sane ibi tum summo iudicio opus esse opinor. Porro au-
tem si apud omnes in confessō esset, solos Stoicos uere
autumare, bis duo esse quatuor, alijs mea quidem senten-
tia conticescendum est. Quamdiu uero ea de re intet
ipsos contentiose digladiantes anceps est controuersia,
omnes ex æquo audiendi sunt, aut compertū babere uide-
ri nos ad gratiam ferre uidiū. Her. Non uidere mihi
Luciane intellexisse quid dicerē uoluerim. Luc. Ergo
etrasius & manifestius explicandum tibi erit aliud quippe
dicturo, tantū uide ne tale aliquid dehinc adducas. Her.
Scies actutū cuiusmodi sit quod dico. Ponamus enim da-
os aliquos in Aesculapij, aut Dionysij sanum ingressor,
deinde phialam quandam ē rebus sacris esse sublatam,
atq; deperditam, haud dubie iam summopere necessari-
um est, ut ambos inuestigatione habita perscrutemur,
uter nam illorum phialam in sinu abditam habeat.
Luc. Maxime. Her. Omnino autem alterum habe-
re necesse est. Luc. Et cur non, siquidem deperdita
est. Her. Proinde, si apud priorē amissam phialam
inuenieris, alterū nequaquam excundum esse putas, iam
enī palam est illam non habere. Luc. Sanē palam
est. Her. Eisi in prioris sinu reperta non fuerit, alter-
rum habere sane consentaneum est, neq; hic longa pet-
scrutia

scrutatione opus est. Luc. Certe enim habet.
 Her. Ergo nos quoq; si apud Stoicos phialam iam
 invenientam habemus, alios perscrutandos esse superuacu
 um et indignum existimamus, habentes quod dudum
 tantoper querebamus, aut quam ob rem inane labore
 nos ipsos amplius defatigaremus? Luc. Nullius pro
 fecto gratia, si reperta phiala penes uos fuerit, illaq;
 incerta pro certo compertum habetis, illud ipsum esse,
 quod erat deperditum, aut plane uobis cognitum est
 donarium. Iam uero o amice, non solum duo sunt,
 qui templum ingrediuntur, ut necessarium sit alterum
 habere rem furtu subtractam, uerum profecto illorum
 magna est copia. Deinde non minus obscurum est,
 quid illud tandem sit, quod deperditum est, num phia
 la quepiam, nū scyphus, num corona. Quotquot enim
 sacerdotes sunt, subinde aliud aliud esse affirmat, quippe
 qui neq; de ipsa materia unanimiter consentiunt, uero
 cum hi ex aere, alijs ex argento factum, partim autem au
 reum, partim uero argenteum illud esse dictitant. Itaq;
 plane operae pretium esse uides, detractis uestimentis
 omnes in templum ingressos exui, si animus est rem
 amissam inuenire. Quanquam enim apud primum au
 rea phiala ubi reperta fuerit, nihil secus tamen et cœ
 teri pari opera sunt excundi. Her. Quam ob rem ue
 ro o Luciane. Luc. Propterea quod incertum sit,
 quum phiala illud ipsum sit, quod erat amissum. Tametsi

O P V S C V L A

uero et hoc uno ore omnes confessi fuerant, tandem
 men omnes auream fuisse Phialam confirmabunt. Por-
 ro autem ut maxime inter omnes confitetur auream Phia-
 lam esse amissam, tamen ne sic quidem alios perscrutandi
 finem facies, neque enim tibi constabit, num Dei
 sit illa ipsa, aut non reputas infinitas esse Phialas aure-
 as. Her. Sane censco. Luc. Igitur omnibus mo-
 dis necessarium est perscrutantem omnes accedere, et
 illis que apud quenquam inuenierit in medium depositis,
 coniucere, quid nam ex eisdem diuinum donarium
 potissimum sit existimandum. Etenim quod omnium
 maxime dubio inuoluit animum, illud est, quod unus-
 quisque exitorum aliquid apud se habeat, hic scyphum,
 ille phialam, aliis coronam, et hic quidem ex ferro
 fabricatam, alter autem auream, tertius argenteam.
 Nondum uero clarum est et perspicuum, num hec
 sit res sacra quod habetur. Quare magnam tibi impo-
 sitam esse uides necessitatem dubitandi, quem nam ex
 tanto numero sacrilegij insimules. Vbi uero omnibus
 essent paria et similia, iuxta foret incertum cognitu-
 qui nam diuina donaria sustulisset, sunt enim barum re-
 rum possessiones etiam priuatae. Ceterum ignorantie ei-
 sam unam esse arbitror, quod nullo titulo inscripta sit
 desperita phiala. Ponamus enim amissam esse Phia-
 lam, que si Dei nomine, aut eius qui illam templo dice-
 tam consecravit, foret insignita titulo, minor in perser-
 uando

bendo labore defatigaremur, & ea que inscriptiuncula
 la notata force reperta, finem faceremus alios excundi
 & perturbandi. Opinor autem Hermotime, iam te se
 penumero gymnicis certaminibus interfuisse. Her-
 mot. Et recte quidem opinaris, iam enim persepe
 interfui. Luc. Nunquid igitur etiam aliquando u-
 xta Athlothesas consedisti? Hermot. Per louem
 super in Olympijs leuum latus iudicum sedendo clau-
 debam, Euandrida Elei filio inter ciues suos specta-
 culum mihi preoccupante. Cupiebam enim singu-
 la proprius inspecta cognoscere, que fierent circa iudia-
 ces. Luc. Proinde, etiam illud exploratum habes,
 qua sortiendi ratione uii soleant, cui nam cum quoq;
 luctandum, aut Pancratio decertandum sit. Her. Pla-
 ne perspectum habeo. Luc. Longe uiaq; promptius
 & melius tu expedes, qui ista proprius & curiosius sis
 contemplatus. Her. Apud priscos quidē praesidente
 in certaminibus Hercule, laurcea folia. Luc. Ne miti-
 bi queso priscorum instituta percenscas Hermotime,
 sed que ipse coram conspexisti cedo. Hermot. Inि-
 tio quidem urna argentea Deo sacra in medium pro-
 ponitur, in eam parue quedam sortes coniunctuntur,
 fabacea ferme magnitudine literis inscriptae. Inscribun-
 tur autem due utraq; uidelicet litera α , deinde in altera
 rediua scribuntur β , mox in alias γ , ac demecepis uia-
 xta candem rationem inscribuntur, & relique prouin-

O P V S C V L A

mero athletarū, si plures fuerint, ita ut semper bīne & sor-
 tas ijsdē sint insignite literis. Accedit deinde quisq; ex
 athletis suscepis notis lōi supplicans, immissaq; in ur-
 nam manu, unam ex sortibus extrahit, & post illicum
 aliis. Quibus singulis aſſtens flagelliffr protensa
 manu obſtat, ne legantur literæ, que à singulis extra-
 ete ſunt. Ceterum ubi iam singuli singulas ſortes ha-
 buerint, tum deum Alytarches, ut ego opinor, aut
 non ex iudicibus, neq; enim amplius memoria teneo,
 circumendo contemplatur, & explorat ſortes in circu-
 lo conſiſtentium. Atq; ita cum quidem, qui & habuerit,
 cum altero ſortem & inſcriptam habente, aut luctu, aut
 Pancratio decertaturum committit. Deinde pari ratio-
 ne etiam cum qui 3 habet extractum cum alio cius-
 dem literæ, qui tenor committendi ſcrutatur, etiam in
 alijs conſimilium literarū ſortes habentibus. Et hec eſt
 ratio componendorū athletarū numero illorū equali ſeu
 pari existente, nimis ſi octo aut quattuor, aut duodecim
 illorū fuerint. Quod ſi diſpareſ acceſſerint, quinq; uideli-
 cet, qui ſeptem ſeu nouem, tum litera que piam ſuperua-
 cuia ſorti inſcripta, una cū alijs in urnam mittiuit, non
 habens literam ſibi respondentem. Quicunq; ergo il-
 lam extrabendo consecutus fuerit, alijs ad ultimum uſq;
 preſidet, expectans donec alij finitis certaminibus de-
 certauerint, neq; enim habet literam ſue oppofitam.
 Eſtq; illa non mediocris athleta felicitas, quippe qui

adbus

alibuc uribus integer, cū defessis congressus sit. Luc.
 Nam quidem paulisper interquiesce, etenī illud est, cuius
 cogebam maxime, ergo illorum iam nouē sunt, omnesq;
 immissa in urnam, manu sortem extraxerūt, tu uero age
 iam circumundo (prospectatore enim certaminis iudici-
 os officium tibi deferam) contemplare literas. Haud
 quaq; enim credo prius te cognitum, quis ex illis pra-
 ses dicendus sit, quam ad omnes ueneris, et illos inter-
 se composueris. Her. Quorsum uero ista dicas Luca-
 ne. Luc. Horsum uidelicet, quod nullo modo fieri
 posse uideatur, ut illico reperiatur litera illa declarans
 pr̄esidem, fortasse enim inuenire potes literam, incertue-
 tamen eris, num illa sit, neq; enim illa exceptione pra-
 dictum est κ, aut μ, aut ι, fore eam literam, que presi-
 dem sit constitutura. Atqui ubi in α incideris, aliis α ha-
 bens tibi querendus est, quo inuenio, illos inter se ad cō-
 gredichidum componis. Deinceps in β prolapsus alter-
 rum β ubi sit stades inuestigare, quod inuenio aduer-
 sum est. Ac ita quidem agis cum ceteris omnibus donec
 ille tibi relictus fuerit, qui solitariam habuerit literam,
 nullum aduersarium indicantem. Her. Quid autem
 si ad illum forte fortuna prima, aut secunda uice delatus
 fueris, quid tum faciendum tibi uidetur? Luc. Nihil
 equidem, ueram tu gr̄ecorum iudex, scire posim quid
 facturus sis, an actuū eundem pro pr̄eside sis procla-
 maturus, aut potius putes omnes in circulo necessario et

O P V S C V E A

cēdendos, & inspiciendos esse, num uspiam consimilis
penes aliquem reliqua esset litera, ita ut nisi omnium for-
tes utritim tibi inspectae fuerint, nunquam cognoscas
præsidem. Her. Atqui per facile scire possum Lucia-
ne, nouem illorum existentibus. Etenim sic, primo aut
secundo loco inuenero, planè certus sum cum fore pre-
sidem, qui eo sortem inscriptam habuerit. Luc.
Quo nam pacto o Hermotime? Her. Ad hunc quā
dein modum, illorum enim duo a habere certum est, cō-
similiter etiam alij duo β, sibi uendicant. iam cum ad-
huc quatuor sint reliqui, duos illorum γ, alteros Δ,
extraxisse, dubium non est. Et iam quatuor litere in-
octo athletas distributæ & absumptæ sunt. Pro certo igit
tur constat tantummodo superesse ε, quod qui extraxe-
rit, preses haud dubie constituitur. Luc. Vtrum
igitur Hermotime, collaudem ne ego te ob singularem
ingenij-tui industriam, an placet, ut ea refellam, quo-
buscunque tandem probabiliter contradici posse reor?
Her. Ita per louem: uebementer enim animi pen-
deo, etiam atque etiam cogitans, quid nam his ratione
probabili posis contradicere. Luc. Eundem tu, quem
admodum literæ pinguntur ex ordine dixisti, ueluti pri-
mo loco α ponitur, secundo β, ac deinceps aliae secun-
dam illarum seriem, usq; ad unam illam in qua termina-
tur athletarum numerus. Et sane facile assentior tibi ua-
sciri in Olympicis certaminibus. Quid aut si nō seruato
literas

literarum ordine quinq; ex omnibus indiscriminatim ell
 geremus, uidelicet ipsum χ, deinde σ, mox ζ, postre
 mo κ, ετερο. Quatuor itaq; literæ octo sortibus inscri-
 bentur, ipsum autem ζ super nonam solum, quo pre-
 ses nobis indicabitur. Quid ergo iam facies statim sub
 initium literula ζ, inuenta? Quomodo uero cognoscer
 presidem existentem cum qui illam habuerit, nisi omnes
 accedens, nibil huus simile inuenieris? Neq; enim ubi
 integrum erit, quemadmodum nunc ex illarum ordine
 cognoscendi presidis conjecturam facere. Her. Rem
 arduam ex me interrogas, ad quam ut tibi respondeam,
 mihi promptum non est. Luc. Age si placet hoc ip-
 sum alia ratione considerandum tibi proponam. Quid
 si nullis literarū figuris, sed signis quibusdam ετερ
 literibus sortes connotarentur, cuiusmodi permulta lite-
 rarum loco depingunt Aegyptij, puta homines caninis,
 aut leoninis caputibus. Aut illa quidem, si uidetur, missa
 faciamus, cum sint peregrina ετ exotica, ετ à nostro in-
 stituto prorsus aliena. Age uero simplicia illa ετ unifor-
 mita sortibus inscribamus, quēadmodū fieri potest assimili-
 lantes, numerū binis sortibus hoīes, deinde binos equos
 alteris binis, mox duos gallos, postremo duos canes. Por-
 rō non ē tanq; præstantissime leonis imago insculpta sit.
 Proinde, si mox initio in sortē leoninā ferentem imaginē
 incideris, quibus nam cōiecturis persuasus, dices eā esse
 qua preses designatur, nisi oēs accurate circunspiciendo

geribus traueis, num quis etiam alius preter hunc ad sit
 habens sortem leoniferam. Her. Nihil habeo Lucian-
 us, quod tibi ad hec respondeam. Non iniuria, neque
 enim video, quid posse apte respondi, adeo, ut si animus
 inducerimus, aut cum inuenire, penes quem sacra sit
 phiala, aut que inter atbletas praesidis loco habedus sit,
 aut cuius ductu ex auspicio felicissime in Corinthum ux-
 bennillam florentissimam peruenire queamus, omnes ne-
 cessario accedendos esse putem, summaq; diligentia de-
 tractis uestimentis, omnibus tentatis solertiissimo exqui-
 rendos, etenim uix etiam sic ueritatem indagantes per-
 uestigabimus. Quod si quis mihi unquam fuerit esset
 consiliarius fide dignus super rebus philosophicis, con-
 tendens omnino operam esse nauandam philosophie stu-
 diis, ille demum solus erit, quem eorum que dicuntur ab
 omnibus, ad unguem peruum esse cognouero. Reliquos
 autem omnes ut inuiles, ex nulla re dignos contemnam
 nihil fidei illis habiturus, donec etiam unus fuerint nescij,
 que fortasse ex illis esse posse omnium optima. Neq; ene-
 signis adducto homine formoso dicat, hunc ex omnibus
 hominem esse formosissimum, statim ille suis uerbis mi-
 bi fidem facturus est, ut credam cum uera loqui, nisi cer-
 tum habuero, omnes hoies illi uisos esse fieri enim fortas
 se potest, ut hic homo non sit contemnenda eleganter;
 qd autem summae sit inter omnes forme ex uenustatis, scire
 haud quaquam possum, nondum uisis omnibus. Nos
 porto

porro non formoso tantum egemus, sed formosissimo; quem nisi inuenierimus, parum sudatum, et nihil actum esse putabo. Non enim contenti erimus, in qualcumque tandem amabilis et honeste forme hominem incidimus, uerum summam illam, qua maior esse non potest, forme elegantiam peruestigamus, quam necessario una esse negare non potes. Her. Vera sunt hec. Luc. Quando ergo aliquem mibi produces, totius in philosophia itineris peritum, quemque ea non fugiant, que cum à Pythagora, tum à Platone, praeterea que ab Aristotele, Chrysippo et Epicuro, aliisque omnibus dicuntur et affirmantur. Denique, qui una uia ex omnibus electa experimento edoctus pro certo compertum habeat, eam solam esse viam quae recta ducat uiatores ad felicitatem santo persequitam. Etenim, si talem quempiam querendo consecuti essemus, definieremus nos molestis onerare negotijs. Her. haud quaquam Luciane eiusmodi uitium facili est. Luc. Quid igitur faciemus Her motime, neque enim animus abiiciendus est, propterea quod eiusmodi dictis inopia in presentia laboramus. Ergo illud aggrediamur, quod facta mihi uidetur multo consultissimum et tutissimum, ut quisque ab initio exorsus, omnes sectas percurrat, eaque accurata et diligentia inde gine consultando examinet, que dicta sunt ab omnibus. Her. Quantum quidem tua uerba intelligo, ita facta opus esse uidetur, nisi quod illud quod non multo

O P V S C V L A

Ante à te dictum est, cum his mihi pugnare uidetur, vide
licet arduum & graue esse, cum qui uni uie iam se se tra-
diderat expansis denuo uelis recurrere. Quomodo enim
fieri potest, ut is qui in priori iam occupatus detinetur,
relequas omnes percurrat. Luc. Illud e quidem pen-
cis tibi expediam, nimis Thesei institutum inuabili-
mum, filoq; à tragica illa Ariadne accepto, nullam
non Labyrintū ingrediemur nec dubito quim sine nego-
tio tantum ductu filii ita nobis licebit regredi. Her.
At unde tandem nobis illa Ariadne comparebit, aut son-
de filium parabimus? Luc. Bonum habe animum è
amicis, iam enim uideor nubil reperisse, cuius ductus
sequenti haud dubie egrediemur. Her. Quod nam
igitur illud est? Luc. Certe meum non est quod
dicturus sum, sed cuiusdam ex sapientibus uiri summi,
nempe illud, sobrium esto, & memento diffidendum esse
Etenim, si minime leuiter & facile persuasi, quibusvis
uidetis fidem habuerimus, sed more iudicium, alijs
quoque fandi copiam concesserimus, fortasse haud diffi-
cultur horum Labyrintiorū inextricabiles errores effu-
gierimus. Her. Bene sane dicas, illud quoque nobis
faciendum intelligo. Luc. Videlicet, ceterum ad
quem illorum omnium primum nos conferemus? aut
non permagni illud interesse putas? Ab eo tandem qui
cunque sit incipiamus, nempe à Pythagora, quandoque

dicitur

dem ita cœsbit. Quantum uero temporis statuemus omnibus Pythagorice philosophie, placitis perdiscendis sufficieturum? Volo autem annos, in quibus subiitum Pythagorice secte candidatus consileendum est, excepit. Opinor omnino cum illis quinque satis fore triginta, aut ad minimum omnibus modis uiginti peropus est. Her. Ponamus ita esse, deinceps uero totidem alijs Platoni concedendi sunt, ac mox nihilo pauciores Aristoteli. Luc. Non pauciores profecto. Her. Chrysippo autem quot impendendi sint, non est quod multis te interrogem. Iam enim certus, antea ex te audiui quadraginta utrū sufficiuros esse. Luc. Ita sane. Deinde Epicuro et alijs. Quod autem non nimis omni illis tribuere videar, binc perdiscere facilium, apud animum tuum considerando, quot nam sint octogenarij cum Stoicis cum Epicureis, atque etiam Platonici ingenue satentes, nondum cuncta sue secta sibi esse explorata et cognita, ita ut in disciplinarum cognitione, nihil in ipsis desiderari queat. Quod si alijs in hoc tergiuerari uidentur, non tamen, ut opinor, hoc negabit Chrysippus et Aristotleles et Plato. Potissimum autem praesertim Socrates, illis certo non postponendus, qui omnium testimonio professus est, se non tantum omnia, sed in uniuersum nihil nosse, aut hoc tamen se sciens, quod nesciret. Computemus igitur subducta ratione.

O P V S C V L A

ab initio, sicuti Pythagore attributi sunt, deinde tali
decim alijs Platoni, mox nihil pauciores alijs cōcessimus.
Quot ergo in summa isti sunt anni simul comprehensi,
si decem saltē in philosophia disciplinarum sectas con-
flituerimus. Her. Plures quād ducenti o Luciane.
Luc. Ergo si tibi consultum factū uidetur, quarta pars
annorum auferatur, saltē quindecim studijs nostris se-
tis facere putantes, aut omnino partem dimidiam. Her.
Tu quidem multo melius hac de re quid faciendum sit,
statues. Ego hoc probē perspicio, perquād paucos ad
hunc modū omnes sectas percursuros, tamē si statim ab
iaciente pueritia philosophiae studium exorsi fuerint.
Luc. Quid autem faciendum suades Hermotime, cum
ita se res habeat? An subvertenda et refellenda ea existi-
mas, que iam ante haud dubitanter confessi sumus, nem̄
nem uidelicet unquam electurum, id quod ex multis ou-
stantum est præstantissimum, nisi omnium facto pericu-
lo singula degustauerit. Adeo, ut qui magistra experien-
tia delectum non habuerit, ei oraculo magis aut respon-
so Veritatem inuestigandam esse. An non istiusmodi
inter nos dicta sunt? Her. Sancte. Luc. Primum
summopere necessarium esse uideo, tantum temporis
nos etatem agere, si unquam omnibus pertentatis recte
eligere consilium est, long; acto delectu philosophie in-
cumbere, qua percepta et cognita felicem uitam nire
re queamus. Prins uero quād fecerimus, in tenebris,
quod

quod aivit, fallaremus, in quæcunq; inciderimus illo
pede impingimus. Et quodcunq; primum in manus
nobis uenerit, illud quod querimus esse existimabimus,
propter ueritatis ignorantiam. Quod si etiam maxime
bona fortuna ad illud delati fuerimus, constanter tamen
nunquam sciemus, num id sit quod tantopere à nobis
quesitum est. Sunt enim non parum multa his ipsis simili,
singulis affirmantibus hoc ipsum esse multo omnium
uerisimum. Her. Haud scio, ô Luciane, quam me
bi uideare argumenta persuasionis bonarumq; rationum
plena inter disputandum producere, uerum enim uero
non mediocriter me perturbas ista differendo, nimiumq;
urgite & anxiæ disquirendo, quod ad rem parum attin-
net. Fortasse autem uideor etiam inauspicato hodie pen-
dem domo extulisse, cum egressus tibi obuiam uenerim,
qui me prope spet portum consistentem, inicitabuena
animi desperationem iniecisti ueritatis inuentionem ina-
possibilem esse ostendens, tantum uidelicet temporis re-
quirementem. Luc. Cut ergo hoc ipsum, ô amice, non
multo iustius num patre tuo Menecrate, & matre tua
quodcunq; tandem illi nomen fuerit, neq; enī teneo, ex
postular: aut potius cum natura omnium nostrorum pa-
rente, quod te quoq; non ut Tithonum annosum & lon-
geum constituerit, sed præfinito destinarit homini uia-
cam etiam longissimam centum annorum numerum nō
excedentem. Ceterum, ego ecce cum considerando reppe-

O P V S C V L A

re, quod è disputatione nostra potissimum potuit elicitur.
 Her. Nequaquam, uerum tu semper quidem conuicione
 pores, atq; h[ab]eas scio q[uod] i[n]am factum sit, ut tu extreme
 odio habeas philosophiam, eosq; qui sapientie studijs
 sunt addicti salibus & dictijs delusos n[on] so[s]pendas?
 Luc. Cuiusmodi nam res sit Veritas ò Hermotime, nos
 longe melius & promptius, qui sapientia ornata estis, ex
 peditis, nimurum tu & preceptor tuus. Ego saltem hoc
 me planè scire arbitror, hanc non nimium auditu uenit
 datur, & dulcem esse mortaliibus, quoniam longe lateq;
 mandatio est inferior & uilior. Est enim hoc apud homi
 nes multo in speciem formosius & preccellentius, aeq[ue]
 hoc nomine quoq; auditu iucundius & dulcius. Illa uero
 quia nihil in se habet insinceritatis aut adulterini, cuius
 sibi esset conscientia, magna cum libertate differt inter ho
 mines, eanq; ob rem pleriq; intolerabilem adfert mole
 stiam. Q[ui] gemadmodum & tu nunc indignaris, nec mea
 dicta fers humaniter, quibus tecum super hisce rebus
 Veritatem erui, tibiq; planè indicium feci, cuiusmodi ea
 sint, quorum uiriq; iuxta immodico & amore & desy-
 terio teneamus, quam prorsus illa nactu non sint facilia-
 tis. Et ut si istuam aliquam non informem insando amore
 deperires, caq; se posse potiri, in animum induceres, su-
 spicans esse hominem. Ego uero mentitur, aut lapidem,
 aut areum esse simulachrum pro mea in te benevolen-
 tia; ibi significarem, rerum quarum potundarum nulla
 esset.

effet rehila copia, te amore capi, ac tu unquam tunc eā
malevolentem me tibi censeris, quia nolim te decipi ab
sorda et monstrofa, nec spci consentanea sperantem.
Her. Eò igitur bæc tibi dicta sunt Luciane, quasi putes
nullam operam philosophie studijs nobis nauandā esse
sed oportere nos socratice et incertis addictos privatā
vitam in terris agere. Luc. Et quando aut ubi ista me
decemēt audiuiisti? Ego quidem non eō quasi non si-
philosophandum ista dico, uerū quandoquidem omnino
philosophie studendum est, ut aū ad illā sine non par-
ce, quarū nullū non perhibetur cōpendiosissimū esse ad
Uirtutē diuerticulū, tametsi etiamnū m incerto sit, qua-
ex illis uera sit, diligētē et exquisitam diuisiōnem faci-
endam eſſe exūtimo. Qui enī fieri posse sperē, multo:
nobis propositis, ex illis eligere quod optimum eſt, nifā
quis omnia faciendi periculi gratia accesserit. Deinde,
num longa adhuc superfit peregrinatio, aut an finis iā
instare uisus sit. Caterum quid tibi uidetur? iam enī
deintegro te interrogabo, num cum qui subiutum tu-
bi occurrit, sequeris? cumq; illo communibus philoso-
phie disciplinis inungilabis, atq; ille te certum faciet?
Her. Quid uero tibi amplius respondēam? qui neges
quenquam recte discernere posse, nisi phœnicis antīos
uicerit, omnesq; per orbem periculum faciendo ac-
cesserit. Neq; dignum ducis fidem habere illis, qui
dum olim hærum rerū sunt experitissimi, neq; multis illis.

Ita collaudantibus, suoq; testimonio comprobantibus.
 Luc. Quos tu mihi multos illos narras, num qui hanc
 rerum sunt probe gnari, et iudem iam omniū facta in da
 gine periti. Quod si quisdam talis esset, mibi quidē nel
 unus sufficeret, neq; multis opus haberē. Porro si ī ape
 ritos dixeris, nūquā illorū multitudine adduci potero ad
 credendū, donec de oībus nullius ignari definiēdi faculta
 tē sibi parauerint. Her. Proinde, tu solus Veritatem per
 spexistī, ceteri uero quotquot philosophantur, in univer
 sum oīs recordes sunt, ex sine iuditio. Luc. Tu quidē
 Hermotime, falso me mendatiū coarguis, cū dicere non
 acrearis, quod me ipse ceteris oībus anteponam, aut ou
 mino in numero eruditorum haberi contendam, pos
 rūq; memor esse uidere eorū, que per me antedicta sunt.
 Idcūq; quidem me p̄e alijs Veritatem dinoscere contem
 nōsc nociferor, uerū ingenue fateor, me cum alijs oīni
 bus iuxta iugurum esse. Her. Atqui Luciane, quod aīs
 omnes accedendos esse, eorūq; experimentū sumendum
 que dicuntur ab alijs, neq; aliam rationē meliorum cū
 gendorū superesse, fortasse non ualde improbarim. Cete
 rum, cuiq; experientiae tot annos impendi oportere, per
 quam ridiculum mihi uidetur, quasi uero non ē p̄a
 eis cuncta perdisci queant. Mihi equidem ista perpen
 denti, haud quaquam graue, aut opacissum hoc uidetur,
 quodq; multo exercitio eget minime. Siquidē aiunt quē
 dam ex statuarijs, opinor aut. fuisse Phidiam, tantum ab

migne

unque leonis cōspecto estimasse, in quantā magnitudinē totus leo exugeret, si iuxta unguis rationem fuisset scutatus atq; formatus. Neq; mibi dubium est, quin et tu, si quis tantum hominis manū tibi commonstrareret, reliquo corpore obvulato, nihil cunctatus actutum scies hominem esse, quod absconditum est, et si totum corpus non uideris. Ita quoq; rerū capita, de quibus multis est multorum sermo, sine negotio in exiguo etiam puncto dicti perdisces. Accurata autem, et exacta harum rerum cognitio, cui consequendae longa perquisitione opus est, nullo modo ad electionem melioris requiritur, uerū etiam ab illis que dixi, indicium facere lucebit. Luc. Pa-
pe, quād forma sunt et fortia que dixisti Hermotime, contendens ex partibus totū cognosci posse. Quanquā ego me tuę sententia diuersum audire memini, ut qui totum cognouerit, etiā partem perspectam habeat. Porro qui partem saltem, is non statim etiam totū habet cognitum. Iam tu hoc mali quoq; responde, quomodo Phidius, quondā leonis ungue cōspecto, cognoscere potuit leonum esse unguem, nisi ante alias totū leonem uidisset? An uero tu hominis manu saltem uisa dicere posses hominis esse, cū antea hominē neq; uidisses, neq; cognosses unquam? Cur aut taces? Nunquid uis, ut ego pro te respondeam, ad questionem tibi propositam, uidelicet, quod nullo modo posses adeo ut periculum sit, ne Rhinoceros infectare abeat, leone ne quicquam inceptio et ex-

scupto. Nihil enim ista ad Bacchum, que à te proponi
 tur, faciūt. Aut quomodo haec inter se sunt similia? Neq;
 enī tibi et Phidias alia cognoscendarū partium causa
 fuit, quām prior totius cognitio, hominis dico cyclonis.
 Ceterū in philosophia, nempe quam tradunt Stoici, quo
 nam pacto ex aliqua parte cognita, etiā reliqua cognos-
 ces? Aut quomodo illa ut honesta et pulchra demon-
 strabis? Neq; enim totum nouisti, cuius illa sunt partes.
 Quod autem dicas, totum philosophiae capita, auditu facile
 posse cōprehendi, etiam inmodica diei portuncula, nūm
 rū que rerū sunt principia, qui finis, quā opinionem de
 Dīs habent philosophi, preterea quid animā esse sen-
 tiant. Et quod nonnulli omnia corporea esse affirmant,
 rursum alij etiam pleraq; incorporea esse contendant.
 Tum quod pars illorum uoluptatem, pars autem nescia
 quod honestum, sumū bonum, felicitatemq; esse statu-
 ant, atq; id genus sententia alia. Hec, inquam, auditu fa-
 cile discerni et definiri posse, mibiliq; in his excutien-
 dis et statuendis esse opere, nosse autem cum qua uera
 dicat, vide ne unius saltē dieculae particulam requirat,
 sed multorū potius dierum opus et labor sit. Aut quid
 animū illis fuisse putas, qui de his ipsis rebus, aliquot la-
 bororum ceteris et Chyliades conscribere non grā-
 suati sunt, nūm rū non ob aliā caussam, quām ut persua-
 sum facere omnibus uera esse, ut mea fert opinio, pau-
 ga illa et modica, que ubi uidentur facili, nulloq; labo-
 re come-

de comprehensibilia. Iam uero omnino uate tibi opus
esse opinor ad meliorum electionem faciendam, nisi, ut
dixi, exercitij impigro studio illud consecutus fueris, ut
in deligendo accurate uniuersa discussias, et unum a
quæcunque totum ad unguem exploratum cognoveris. Haec
enim ualde negauerim hoc pacto philosophiam in com
pendium contrahi posse, neque habuitur multas uaria
rum rerum comprehensiones, neque ullam moram aut
eunctionem, si constitutum uatem omnium rerum com
puta percensentem audieris, et inter audiendum ad sim
pula mactatis hostijs sacra feceris. Hoc enim pacto insi
nuiis laboribus Deus te subleuabit, postea quam ex obla
tis extis tibi commonstrauerit, que nam polissimum tra
bile eligenda sint. Quod si autem uolueris, et aliud mul
to minoris negotij compendium eligendi tibi subiiciam,
quod secutus, neque victimæ tibi offerende sunt, neque
illius ex sacerdotibus magna mercede conducendis tibi
asciscendus est, uerum connectis in urnam literulis, cui
tusque philosophorum nomina habentibus, uice puerum
aliquem impuerem florescente etatula, ad urnam ac
cedentem extrahere eam lucram, quemcumque primum
ille sub manum uenerit, ac tandem inspecta lucula du
ce cognosces, quæ tibi in philosophia sequendū existimo
merit. Ista quidem Luciane scurrili dicacitate à te, et non
ex animo, dicta sunt. Tu uero responde mihi, nunquam
te ipse huius commercatus es? LUC. Et persepe quide

O P V S C V L A

Her. Nunquid ergo per orbem circuire soles, quo^{que}quot
in urbe sunt capones, degustans, licitans, atq; expen-
dens uina? Luc. Nequaquam. Her. Opinor enim illa
lud, cui subimitum bono et digno incideris, auferendū tibi
esse. Luc. Ita per louem. Her. Proinde à modice illa
et tenui degustatiuncula, pronunciare iam potes de
toto uino cuiusmodi sit. Luc. Haud dubie possum.

Her. Porro si dices, assistens caponibus, postea
quam uini festarium coemere statuerim, agite o emiri
date que so uniusquisq; uestrū totum dolium mihi ciben-
dum, ut oībus exhaustis certū habeam, qui nam uestrū
generosiora uina uenalia habeat, et unde mihi uinum
sit commercandum. Quod si hec inquit dices, an non
ure optimo pro insano ab illis deridendus es? atq; si il-
los acriter instando perturbandi finem non faceres, for-
tasse etiam aqua ab illis perfundere. Luc. Sanè opinor
et profecto meritis meis dignissima paterer. Her. Nō
secus se quoq; habent res philosophica, quid enim necesse
est totum uas exhaurire potando, cū etiam à mode
ca illa degustatiuncula nobis promptum sit nosse, quale
sit futurū. Luc. Quām lubricus es, o Hermotimus;
quancū tergiuersando laberis ē manibus, uerū profecto
tua tergiuersatione parum promouisti, cum enim spera-
res te effugisse, in easdē plagarē incidisti. Her. Quorū
sum ista dicas? Luc. Quoniam rei per se plane et in
dubitate omnibus certe et cognite, nempe uino, longe
difficile

ge dissimilata assimulando comparas, et ea quidem de
qibus nemo non incertus animi ambigit in obscuro con-
sistentibus. Ita ut ego me Hercule dicere nequeam, qua-
tenus tibi unum ex philosophia similia videantur. Niſi
fortasse in hoc solo, quod ex philosophi in queſu ha-
beant disciplinas uenum expositas, quemadmodum can-
pones unum, quas quidem commiscentes dolose ex fra-
duleter adulterant, ex maligna mensura diuenditare.
Ad hunc uero modum, quod dicas conſiderabimus. Ais
autem unum in uase exceptum, totum esse ſui ſimile,
ex proſecto nihil absurdum in hoc a te dictum eſt. Atqui ſi
quis etiam deguftauerit illud hauiſto ſaltē modico ſtatim
comptum habet, quale totum ſit dolium, ex hoc in
confeſſo eſt apud omnes, nec eſt quod quicquā tibi in hiis
cōtradicā: uide uero etiā poſthac, philosophia eiusq; alii
nisi, nempe p̄receptor tuus, num eadē quotidianiſ p̄r-
lectionibus ad nos diſserit, iſdemq; de rebus nunquam
non uerba facere conſueuit, an non ſubinde alio tempo-
re alia uobis ſolet p̄eponere? Eſſe enim non parum mul-
ta philosophie abſtrusa myſteria, iam olim amice nemī
ni obſcurum eſt. An non uero tu etiamnum, ut par eſt,
iſtar Ulyſſis apud illum perduras circumendo ex ober-
rando, ſi ſemper ſonat eadem, per eadem, at fortasse
ſatis eſt ſi ſemel quippiā inaudieris. Her. Et cur non
Luc. Qui nam igitū fieri potuit, ut tu primo gulfuſta
tim noſceres uniuerſa? Neq; enim ſemper eandem can-

alienam nobis solet occidere, sed subinde nostra nostra dif-
 ferendo agglomerat. Non à amice, ut unum quod scire
 per idem est, adeo ut nisi totum uas strenue exhausteris,
 ne quicquam inebriatus obambulabis. Planè enim in fuc-
 do mibi uisus est Deus philosophie adyta, abstrusissime sub
 ipsam fecem usq;. Itaq;, totum dolium postremo exhaust-
 eris necesse est, si unquam consilium tibi fuit ne te ar-
 em illam potionem inueniendi, quam aridis fauibus iam
 alii audierint sitre mihi uisus es. Porro autem eam per-
 suasionem tibi persuasi, ut putes tale quippe esse
 philosophiam, ut si saltem leuiter illa primoribus, quod
 auunt, labijs degustaueris, statim fore, ut omnibus sapi-
 entia numeris euadas absolutissimum. Quemadmodum
 peribent de diuinitate illa in Delphis, que simulatq;
 sacra fluenta degustauerit, actutum afflate numine acci-
 cedentibus respondet oracula. Atqui non ita se habet
 philosophie studium. Itaque te, quem ultra medium iam
 dolij ebibisse constat, adhuc incipere perhibeas. Quid
 re uide, ne rectius huic philosophia comparari queat.
 Dolium enim ex cauponem, adhuc tibi finemus, nibil
 autem insit uini, sed potum, omnium frugum confusione
 quoddam seminarium, in summo quidem triticum, cui
 sabsint fabæ, quibus deinde subiectum si hordeum,
 mox lentes, quanto cicera, postremo alia quepiam di-
 uerorum seminum species ex genera. Iam si insitores
 accederes, seminum mercatorum gratia, illeq; à summo
 tritici

L V C I A N I

critici aliquot grana inspicienda in manum tibi tradicere posse ne igitur conspectis granis dicere, cicer esse mundum, et lentes probe purgatas, fabas autem inaneas.

Her. Nullo modo. Luc. Proinde, neq; philosophia ab uno aliquo eorum que quis dixerit uniuersam per noscere, cuiusmodi tota sit. Neque enim una aliqua res est, quale est uinum, cui quidem tu illam, tametsi ualde inaequali comparatione contulisti, contendens similem esse totam primo gustui. Quod autem diuersum quiddam uisum est, curiosa perscrutatione non eget. Etenim, si quis uinum acetosum, aut alioqui malum emerit, duorum obudorum iacturam facit. Porro autem in media plebe uersari, sicut et tu dixisti statim in illo non mediocre malum est. Alioqui qui totum uas epotare uoluerit, ut tini festarium coemat, damno cauponem afficiet, tam inciviliter et insolenter degustando. Nihil autem tale philosophia patitur, uerum tametsi nimis multa biberis, uas tamen non immunitur, neque ullam iacturam facit cauponam exercens. In idem enim loci fluit exhaustum negotium laboris, iuxta prouerbiu[m], et contra fit atque in Danandum dolio, illud enim quid infusum fuerit, non continet, sed protinus hac atque illac perficit. Hinc uero etiam si multa abstuleris, multo tamen plura relinquentur. Ceterum aliud quidam non dissimile de philosophia gustu tibi proponam, tu uero eaen putes, in philosophia contumeliam igne

O P V S C V L A

me dicere, si dixero illam similem esse exitiali ex per-
 mittioso pharmaco, cuiusmodi est cicuta, aut aconitum,
 aut aliud tale quipiam. Neq; enim illa tametsi sint leta-
 lia ex mortifera, statim mortem infundunt, si quis modico
 quopiam de illis ablato, summo ungue degustauerit: ne-
 rum si non tantum, quantum ad cōsciscendam mortem
 necessarium est, ex qua ratione fieri oporteat, et cum
 quibus sumendum sit certe non moreris. Tu autem con-
 tendis ad totius cognitionem parandam minimū quodq;
 sufficere. Her. Sunt sancta ista Luciane, quemadmo-
 dum ipse uolueris, quorsum igitur centum annos nobis
 uiuendum autemas, et tantorum negotiorum molem su-
 stinendam, quasi uero aliqui nobis philosophari non fo-
 ret integrum. Luc. Non profecto Hermotime, neq;
 hoc tibi graue ex arduū auditu uideatur. Etenim si sub
 initium uera dixisti, uitam uidelicet breuem esse, arte
 uero longam, nunc nescio qui fiat, ut tu graviter succen-
 seres soleas, nisi priusquam sol diurni cursus pensum ab
 soluerit, nobis Chrysippus, aut Plato, aut Pythagorus
 euadas. Her. Insidiose imponis mihi o Luciane, neq;
 in angustū constringis, nihil unquam mali à me passus, ni-
 smorum præiudicia, quod ego quidem in disciplinis non
 nullum operæpræcum fecerim, te ipsum uero nihil pen-
 dens dare soles neglectui, nullis disciplinis liberalibus
 animum excolens tantus etate existens. Luc. Scis
 igitur quid faciendum tibi putem? Mihi quidem tanquam

atribili percito, ex insenienti ne dicto audiens est, ne
ne mentem adhibeas, sed sine nugari me libere. Tu uen-
to ut quidem iam facis in presentia, porro, perge tiam
tuam, atq; ad illa que initio decreuisti persequi, alacri-
ter contendere. Her. Atqui tu nullam mihi permittis
diligendi copiam, tam uehementer ex uolenter me ura-
ges nisi omnium experimentum sumpsero. Luc. Si
quidem plane peritum esse oportet, ut ne quid interim
dicam aliud. Quod autem me violentum dicas, uidere
mihi insontem ex inculpabilem iuxta Poëtam incusare,
nisi dum altera tibi inuenta fuerit oratio pro te faciens,
manquam quod iam illatum est auferitur à violentia. Ecce
bis multo etiam uehementiora tibi proponeret oratio,
tu uero illa omissa me fortasse incusares. Her. Qua
lia nam? demiror enim si quid etiamdum abstrusum illi
relictum sit. Luc. Parum esse ait, neq; sufficere, o
mnia perspexisse, illaq; obiter perlustrasse, ut possis iam
optimum eligere, uerum adhuc opus esse re quapiā max-
ima. Her. Qua tandem? Luc. Critico quo
piam o admirande, excussoq; iudicio, menteq; acuta et
solerti, intelligentia insuper summa ex acri, qualēm esse
summopere necessarium est, de rebus tantis iudicantem.
Aut semel nequicquam uniuersa uisa sunt, quinetiam per
multum temporis huic rei tribuendum esse confirmat,
quod omnibus exacte ex diligenter excutiendis ex inde-
gandis sufficiat, omnibusq; in medium propositis, eligo

ne oportere cunctantem ex tardantem nullo modo ani-
tem differentis annos spectandos esse, neque habet una
suspicendum, neque opinionem sapientie reuereri opor-
tere, sed immortem Areopagitarum cuncta esse facienda
da quibus mos est noctu ex in tenebris cognoscendis cas-
sis dare operam, ut non indicentes, sed in ea que dicantur
defigant oculos. Ad hunc quidem modum tibi elo-
ganti promptum erit philosophari. Hor. lux et uita
rationem tu dicas, ex his enim que dixisti, nullus homi-
nis uita satis longa esse potest, ut omnia percurrat, ex.
unumquodque non oscitanter perspiciat, perspectaque
dicet, iamque indicata eligat, delectaque habitu, philoso-
phetur. Hac enim sola ratione, uerum inuenire posse
contendis, alioqui nequaquam. Luc. Vereor ad te
dicere o Hermotimae, ne hoc quidem satis esse, uerum
ad huc mihi uideatur nosmetipso fallere, existimantes
aliquid certi et firmi nobis inuentum esse, cum tamen uibis
inuenierimus. Quemadmodum hoc ipsam non raro
inuenire solet pescatoribus, qui cum in capturam retia
eicerint, ex aliquid graue ac ponderosum senserint,
attrahunt rete, sperantes piscium copiosam multitudinem
nem conclusam esse. Deinde, postquam attrahendo
nimium delassati fuerint, aut ingens lapis, aut uerum alia
quod arena refertum, preter spem illis adparet. Proinde
de, etiam atque etiam ubi considerandum est, ne ex noa-
tale quippani subtraxerimus. Hoc. Non intelligo
quid sibi

quid fibi ista uelint retia, plane tamen ijsdem me irrem
erit in uoluis. Luc. Proinde ego te rursum exirca
re conabor. Neq; enim nubi dubium est peritia natandi
te precessere, si quis etiam alius. Etenim ego, et si ad unum
uerbos uenerimus experimenti sumendi gratia, ex illud
aliquando fecerimus, nondum tamen planum ex cer-
tum esse existimo, penes quem illorum, illud quod que-
rumus delitescat. Possibile enim est, ut eius omnes in toto
sum ignari sint. Her. Quid agis? an opinaris penes
nullum horum esse? Luc. Incertum est, nunquid non
uidetur tibi fieri posse, ut mentiantur oes, ipsaq; ueritas
ala quepiare sū, que penes nullū horū inueniri queat?
Her. Qui nam fieri posse credam? Luc. Ad hunc mo-
dum, si enim nobis certus aliquis numerus excōposu-
cōstitutus, nempe uiginti. Iam si quis uiginti fabas in ma-
num sumeret, et ea clausa decem quo spiam interrogaret,
quot nam fabas in manu sua cōclusas haberet. Illi autē du-
cti cōlectura, hic quidem septem, ille triginta, alter uero
decem aut quindecim, prorsusq; aliis alium numerū duc-
naret. Possibile enim est aliquē forte fortuna uerū ducere
san nō uerisimile tibi uidetur? Her. Sane. Luc. Ergo
ne hoc quidem factu impossibile credendū est, ut omnes
ex aequo alii alium numerum dicat, falsum tamen, et à
quo longe lateq; absit certus ille numerus, adeo ut nullus
ex illis dicat uirū in manu sua habere uiginti fabas. Quid
autē tu ad ista respondes. Her. Fieri posse. Luc. Non

O P V S C V L A

alia ratione quotquot philosophantur felicitatem quere
 se insistunt, cuiusmodi nam tandem res sit, planeq; alii
 ma aliud quiddam esse somniando confirmat. Hic quadem
 nolaptatem, ille honestum, alius alia quæpiam de illa
 comminiscitur. Cōsentaneum autem est, unum quiddam
 ex illis esse felicitatem. Contra uerisimile est, preter hec
 omnia aliud quiddam esse. Ac nos plane uidemus conuer-
 so rerum ordine secus quam oportet ante inuictum prim-
 riump ad finem festinare. Oportebat autē prius, ut mea
 fuit opinio, manifestum esse, ueritatem esse cognitam,
 esseq; ex philosophantium numero aliquem, qui candē
 certo cognorit. Deinde primum querere, cui potissi-
 mum fides adhibenda sit. Her. Ergo ea ista dicas Lu-
 ciane, quod & si omnem philosophiam excusserimus,
 nunquam tamen facultatem nobis parabimus ueritatem
 inueniendi. Luc. Quid me interrogas, è bone, quia
 potius ipsum sermonem exquiris, & fortasse responde-
 bit tibi nunquam hoc fore, quoad incertum fuerit, Num
 unum quiddam illorum sit, de quibus illi uerba faciunt.
 Her. Proinde nunquam, ut tu contendis, philosophie
 dabimus operam, sed necessarium omnino esse video ea
 abdicata, priuatam quandā uitam cum uulgo nos agere.
 Luc. Illud quidē accidit, quod dicas philosophari prou-
 prium non esse, estq; ei qui quidem homo sit inevitabile.
 subest enim, ut is qui philosophie operam daturus sit, sit
 diminutio optimam quanq; deligat. Ipsius autē delectus
babendi

babendi, ratio in hoc solo accurate tibi uidetur consistere, si tota philosophia perlustrata, elegans quam versusimam. Deinde numerum quoque anteriorum computando, quantus unicuique perscrutande satis est, longe lateque excidit omni spe frustratus, ipsum negotium producere atque reijsiens in aliud seculum, ita ut ipsa ueritas uniuscuiusque uite ultra praestitum tempus uix deprehendatur. Postremo, ne hoc quidem ut ambiguum unquam perpendisti, cum incertum esse dicat, num à philosophia iani olim intenta sit ueritas, nec ne. Ceterum tu Hermotinus, posses ne iure iurando interposito conformatte, ab illis inuentati esse? ego quidem ne quaquam iurare uelimi. Non ilibenter uero et alia multa tacens prætergredior, que et ipsa indagatione non diligentissimamente forent. Her. Quid galla nam sunt illas? Luc. Nonne audis Stoicos aut Epicureos, aut Platonicos dicentes, esse parvum quidem, qui teneant omnium veritatem, parvum uero illorum prorsus esse rudes et inaperitos, ex quibus pernubili sunt fide longe spectabilisima. Her. Vt a sunt haec. Luc. Primum, discere peritos, ab imperitis, sciret tamen peritos peribitibus, nonne res tibi uidetur plena laboris et negotiis. Her. Ita propositio. Luc. Oportebit itaque te, si uolucris Stoicorum optimum cogitoscere, tametsi non ad omnes, ad plurimos tamen illorum accedere, corundemque pertulum facere, melioraque preceptore presumere,

O P V S C V L A.

qui prius multis fuit exercitatus, quicq; censoris quidam cili
gendorum praceptorum facultate animū tuum imbua.
se indebet tibi imponat, deterior per electionē et ceterā
praeponitus. At qui hoc tibi quoq; cōsiderandum nent,
quantū hoc requirat tēporis, quod ego de industria p̄ra
termisi, ueritus, ne tu meis uerbis cōmotus stomachare
re. Et sancē quod maximū iuxta ac summopere necessariū
est in talibus p̄uis rebus hisce dubijs et ambiguis, unū
illud esse opinor. Insuper sola fides et spes non fallere cū
inconstans tibi relata est ueritatis eiusq; intentionis cō
sequende, alioqui nihil aliud, quā ut discernere queat, et
scungere à ueris que falsa sunt, utq; possit in morē ar
gentiorū discernere ea que proba sunt, et non adulte
rima, à fucatis et facticijs. Hanc inquā, facultatem et ar
tem consequutus, conferre te potes ad supradictorū per
pensionē, sīn minus, plane tibi persuasum esto, nihil ob
staculo esse, quo manus nō ab uno quoq; nare (qd' autē)
traberis, aut prelatū et florēscētē olim et ramū te segui
periode ut oves. Magis aut aque cuius in mensa usum est
assimilabere, in quācūq; enim partē te quispiū traxeris
summo dōgito ducris. Aut per louē arūdini cū pīā funda
li uicta luctus enate, ad quēcūq; flatū semet fletenu, et
si tennis et permōdica quepiā aura flauerit, illā illico cō
movere solet. Non secus tecū quoq; agetur praceptor, et
quopiā inuero, qui de demonstratiōibus et rebus dubijs dis
cernēdis aliquis artis gnarus te docuerit, cēssabis hanc
dubie

dabile temetipsum onerare negotijs. Siquidē actuum quod
optimum est tibi comparebit, ipsaq; ueritas arte illa com-
pendiaria et demonstrativa eructur, neq; non mendaci
um deprehensum redarguetur. Tuq; iam certo et con-
fidenti iudicio detectu habito philosophus perdiscēde na-
tubis operam, atq; ter exoptatam felicitatem consequi-
tur, conuersationem cū illa sociabis iucundissimam, uni-
ueris bonis in totū semel fruens et abundans. Pet. En-
ge ò Luciane, quanto tā prestantiora et spem nō medio-
crem ostendentia quādudū dixisti. Eſiq; nobis oīno, nō
par esse uidetur, eismodi utr quippiā studiose cōquieren-
dam, cuius opera carā rerum cognitionē et iudiciū nobis
paremus, et quod maximū est, infallibilē demonstratio-
nē. Hoc padio confido fore, cetera deinceps cōprehensia
facilia, nec nimū operosa aut laboriosa futura, queq; nō
multū sint requifitū exercitiū. Atq; ego quidē magnas
tibi iam habeo gratias, proptera quod nobis tandem cō-
pendiariā quandā, et optimā viā inuenieris. Luc. Alqui-
nre optimo nulle mihi abs te habenda sunt gracie, neq;
enim quicquam meo labore inuentū tibi demonstrau-
i, quo spem tibi formorem, aut ei te uicinorēm fecissem,
sed multo magis ab omni spe remori excidimus, quād
ante fueramus. Ac prorsus iuxta vulgo iactaiū pronet-
bium nobiscum agitur, Cū multū laborauerimus, in con-
dem loco sumus. Her. Quorsum istuc Luciane? uidere
quiddam supra medium tristis et admirandum dicere.

LAC. Quidam ò amice, tametsi inventus nobis ficeret
 sit, qui pollicatur se quādam scire demonstrationem cer-
 tan et infallibilem, scq; doctrinam alium, non statim
 propterea, ut opinor, illi fidem habebimus, sed alium ali-
 quem querere conabimur, qui iudicio exacte habito dī-
 facit nō maleat, num vir ille uera pollicetur. Nam ubi eti-
 am illum ex sententia nocti erimus, nihil secus tamen eti-
 am dum incerti erimus, num ille quem ad cognoscendū
 ascindimus, probē cognoscere posuit recte iudicantem,
 nec ne, et sic iterū deinceps ad priorē alio ad cognoscendū
 dū apposito nobis opus erit. Nos enim, unde nam tanta
 predicti intelligentia sciremus discernere cū qui optimo
 rum iudiciū habere possit? Vides ne quoq; protende-
 tur, et quādū innensum fiat, anxiō et suspenso animo
 esse eum, qui comprehendere nequeat. Quandoquidē
 ipsas quoq; demonstrationes, qualeſcunq; tandem inuen-
 tierit, dubias et incertas esse comperties, nihil habentes
 in se firmundū. Plurime igitur ex ipsis per alias non
 minus dubias ad persuadendum nos certe esse per uia
 adiunguntur. Alię autem rebus omnium confessi manife-
 stis obscurissima contingentes, et ne tantillum quādū
 dem cum illis participantia, illorum tamen demonstratio-
 nes esse perhibentur. Veluti si quis contendet, ita de-
 monstrari posse Deos esse, quod in illorum cultum et bo-
 norum arte passim constructe cernerentur. Proinde, o
 Hermotim, nescio quo nem modo, quemadmodum ij.
 qui

qui in circulo curarunt, ad ipsum initij carceres, & omni-
um rerum desirerationem deuenientus. Her. Quam
in signi me affidis iniuria Luclane, cum pro thesauro nō
misericardones mibi exhibeas. Et quemadmodum uerisip-
mule esse uidetur, tot anni quos studijs philosophie im-
pendi, mibi plane sine fructu periere: insuper etiam lan-
ber ille, & sudor immodicus ne quicquam exhaustus est.
Luc. Sed enim o Hermotime, multo minum animo per-
turbato discruciaberis, si cogitaueris te nō solum rerum
speculatorum desiderio falli & frustrari, uerum omnes,
ut habeat proverbiū, de asini umbra digladiantur phi-
losophi. Aut, potest ne quispiam per hæc omnia, que die-
zx uagari & discorrere, quod quidem nullo modo fieri
posse non ante ipse confessus es. Nunc autem non absiu-
mile quiddam mibi uidere facere, quam si quis perfun-
dendo lachrymas fortunam culparet, quod illi in coelum
non licet descendere. Aut, quod non perinde ut mon-
stra uatantia mare ingressus à Sicilia natando apud Cy-
prum emerget. Aut, quod non in sublime sublatuore
magno alarum uno die e Græcia ad Indos usq; extremos
peruolaret. Causa autem eius tristitia ea est, quod spera-
uerit, ut ophior, aut uisum aliquando somnium cuiusmo-
di, aut rem à seipso iua fibi confictam, cum parum subini-
tiuum expenderit, nam ea in optatis habuerit, que conse-
qui poterat, neq; essent preter hominis naturam. Prece-
pue uero te o amice, multa & admiranda uersantem in-

O P V S C V L A

Somniis cū pupugisset ratio è somno te exilire fecit. Deinde in illam cōmetus, excanduisti, ux dū aperiens oculos, somnūq; non facile discutiens pte uoluptate eorum que uidisti. Patiuntur idem ecum persepe, qui inanem quandam uoluptatem ex euaniā sibi confingunt, cū interea sibi uidentur ampliter esse nummati, effodantes thesauros, regnantes & dominantes, brenner, quoniam tū ad omnia alia attinet felicem uitam agentes. Quodis perquam multa Dea illa sine negotio operatur, nempe uotū existens liberalē & magnificū, nullū rei quantibet absurdē cōtradicens, adeo ut si quis alatus fieri cōcupiscat, aut Collosca mole esse cōspicuum, aut optet montes prorsus aureos inuenire. Qd' si igitur hec ab illis in aīo uersantibus puer accedens postularet aliquid rerū necesarū, uidelet unde panis esset coquendus, aut quid nā responsū dandum sit, pro locatis edibus pensionem flagitā, qui multo lā tēpore expectasset, adeo inflammatuſ tra cundia, ac si ab interrogante & odioſe inturbante oībus illis bonis uel cū puluisculo fuit exuti atq; dispolati, ac propemodum pueri interpellantis nasiū solent mor dicus abripere. Veruntamen, o amice, ne ad hunc modū uelis quoq; erga me animatus esse, si te thesauros effodi entem & uolantē, cogitatioſeq; quasiā natura nostrā nō consentaneas animo concipientem, euq; sperantes que nullo modo te consequi posse video, amicus tibi exiſcas, nō patiar aut permittā per oīm uiam, nequicquā somnia

Somnio iucundo fortasse illo & dulci, somnio tamen con-
gredientem oblectari, cuan ueberius te cupiam te regres-
sum ad sanitatem agere quiddam, quod magis ex usu tuo
esset. Cūq; te emittere cogitem, ut reliquā etatis quod
superest ad communes cū alijs nite actiones sapientius
institutum cōponeres. Nam quod hactenus fecisti, &
tunc facis, siq; etiam tecū uersari in animo nullo discri-
mine à fabulosa Hippocentaurū & Chimerarū, Gor-
gonūq; narratione discerni potest. Præterea quæcunq;
alia cū à somnijs offeruntur, tum à poëtis & pictoribus
confinguntur, que neq; fuerint unquam, neq; post uni-
quam fieri possunt, quibus tamen promiscua uulgi multe-
tudo credit, & non mediocri uoluptate ista uidendo aut
audiendo adficitur, quia peregrina sunt & auditu admira-
randa, nec paſsim obvia. Et tu, fabulator quopiam audi-
to confirmante mulierem quandam esse supra modū for-
mosam, quippe qua ipsas Gratias pulchritudine supererit,
queq; planè coelesti quadam forma preedita sit, nō prius
apud animum tuum expendens tum uero diccret, & nū
uispiciam gentium esse putanda sit, eiusmodi tam amabili-
bis forme malier, statim eadem misere deperires, quem
admodum perhibent Medeam ex solo somnio exar-
sisse in amorem Iasonis. Hoc autem quod maxime ad
amorem te ellexit, aliosq; quotquot ciui simulacri de-
syderio inflammati sunt, illud erat, ueluti multi con-
iecturam facientres appareat, quod is qui de muliere

memorabat, posteaquād statim initio narrationis credere
 tūc est uera dixisse, priori orationi non alicne aut difamā
 lia induxisse wideretur. In hoc enim solam attenti cōfūs,
 & per hoc nare uos trahit, posteaquād semel illa subimi
 quam ansam suppeditastis, uarq; ad dilectam perducit,
 per eam quam prædicebat rectam uiam. Nulla enim dif
 ficultate conficiuntur, ex reliqua, ut ego quidem opi
 nor, neq; quisquam ex uobis iuxta ingressum conuersus
 exquirerat, num uerus sit, ex an obliuione seu errore du
 cīt, eam uiam ingressus esset, quam deuitare oporten
 bat. Verum ille corum qui præcesserunt sequendo insi
 stit uestigijs, ueluti oues præcedentem pastorem, que
 arictem consequuntur, cum equum fuerat statim in in
 gressu perpendere, nunquid in eam uiam diuertendū fue
 rai. Unde autem quod dicturus sum, manifestius fortasse ex
 facilius intelliges, si tale quiddam non absimile priori
 perspexeris. Quid si enim quispiam ex Poetis Hercu
 lea audacia nihil nō affirmare audentibus diceret, olim
 fuisse tricipitem quandam ex senis manibus instructum
 hominem. Nam si statim initio ista non grauatum cre
 denda suscepseris, neq; habita ratione discusseris, num
 fidei consentanea dixerit, sed nihil cunctatus, constan
 ter credis ita se habere, pariratione ex reliqua infret,
 uidelicet quod etiam senes habuerint oculos, neq; non
 senas auriculas, præterea quod tres uoces semel pariter
 emiserit, quodq; per tria oracib; sumpserit, quod tri
 ginta

ginta digitos habuerit, non quemadmodum quisq; non strum decem in utrisq; manibus. Tum quoties illi bellicandum erat, tres manus tenebat unaquaq; aut palam, aut parvam persicam, aut clypeum. Tres autem aliis, illa quidem securis ancipitem ferrebat, altera basiam iubratabat, tertia gladio utens depugnabat. Et quiniam haec illi affirmantur fidem habere dignabitur? Valde enim haec omnia principio sunt similia & consuetanea, de quo flatim sub initium considerandum fuerat, num ista omnia circa contradictionem suscipienda & concedenda erant ita se constanter & pro certo habere. Perro autem si semel illa concesseris, etiam certa consequuntur. Nec iam facile est illis fidem denegare, posteaquam ista à principio prius concessa, non disscrpant, sed plane cum illo conueniunt, cuiusmodi ex nos patimini. Siquidem pre magnitudine amoris & alacritatis, non expendentes ea, que circaquaque in ingressum uobis obiectantur, quo pacto cuncta se habent, subinde porro progredimur, rerum consequentie dum sit protracti, parum, aut nunquam in deliberationem sumentes, num quod priori uidetur consentaneum etiam falso esse posse. Veluti, si quis diceret, bis quinq; sepe esse, & tu illi fide habita, persuasus, apud te non numerares, haud dubie consimili quoq; ratione inferet, ter quinq; esse quatuordecim, quod quidem faciet, quoq; libuerit, aut sibi uisum fuerit. Qualia permala-

O P V S C V L A

ea admiranda illa geometria facilitare consuevit. Etenim
 illa ab his qui primum eam artem exordiuntur, cum po-
 stulata que piam exoticā ex absurda efflagitet, eāq; ipsa
 sibi concedi contendat, nullo modo subsistere queuntia,
 signa nonnulla indivisibilia, literasq; quae piam infor-
 mes, diaq; eius generis confimilia eiūmodi fundamen-
 tis putridis substruit, uolens ad demonstrationem facien-
 dam uera adducere, tametsi à falso facto initio, artem
 exordiuntur. Non secus uos quoque unamquamq; sectores
 exorsū, ceteris quibusq; deinceps sequentibus fidem
 habetis, ueritatis certam cognitionem illorum con-
 sequentiam, licet falsam esse existimantes. Interēt
 partim quidem uestrū sp̄ebus, ne quiquām am-
 plis ex magnificis animo conceptis, immoriantur ar-
 te aliquanto, quām ueritatem cōsp̄exerint, eosq; à qua-
 bus illis turpiter imposūum est, dudicerint. Partim uero
 tametsi sagaciter subodorati fuerint, se miseri modis de-
 ceptos esse, sero tamen cum iam penè senio sine confessi,
 piget illos ab incepto regredire, uerentes ne tantū natu cū
 sint, confessi cogantur, se puerilibus negotijs hactenus
 siuisse occupatos. Proinde, pudore obstante in studijs se
 mel cōceptis persecuerant, ea immodice collaudantes ex
 commendantes. Et quoſeuq; persuadere possunt, ad ea
 pertrahunt, ut non ipſi ſoli decepti uiuant, ſed conuoca-
 tionem habeant ex his, qui eadem fraude illeſti, conuoca-
 biles eam illis malis confluantur. Etenim et illud aucte
 perpe

perfpererunt: quod si ueritatem semel ingenue faterentur fore, ut non amplius uenerandi haberentur, quemadmodum in praesentia, neq; supra plebeiam sortem in illo precio estimarentur. Sed ne tanillum quidem, ut primi, ullo bonore habito, honeste consalutarentur. Quare haud quamquam libenter ista fatendo commemorant, cum non sint nescij à quibus rebus illis excidendum foret, et aquili cum alijs omnibus, bonore et forte fruendum. Vitae enim fieri potest, ut in perquam paucos illorum incidas, qui magnitudine animi prædicti, se deceptos esse, confundere audeant, aliosq; ab iniurioso instituto auertere atq; debortari similia tentare que flatuissent. Quod si in eiusmodi virum unquam incideris, illum sanè, ueruatis amant, et virum bonum, et iustum, atq; etiam si uis philosophum cōpellato. Hunc enim solū huic nominis cōpellatione dignum exstimatorum. Ceteri uero aut nibil de uero cōpertum habent, uicunq; sibi cum guari et periiti esse uideantur, aut si aliiquid explorati habuerint, illud tamen præparuitate animi et pudore, et desiderio quo præ alijs in præclara hominum opinione et precijs haberi concupiscunt, occultant sedulo. Et sanc per Nasu ueruam, quecunq; hactenus à me disputata sunt, missa faciamus hoc ipso loco abiecia, et sit sempiterna quedam omnium illorum obliuio, qualem fuisse peribent earum rerum que sub Euclide duce Athenis peracte sunt. Ceterum ponamus philosophiam Stoicam præ omnibus alijs ueram et rectam esse, dispiiciamusque num

O P V S C V L A

aliam illo modo queant consequi, aut non bi frustre
 laetitiae afficienur male locata opera, quicunq; cum
 consequenda desiderio capiti sunt. Etenim promissiones
 magnificas, et illas quidem admirandas audio, videlicet
 per omnia felices et beatos fore, quicunq; ad summum
 philosophie fastigium unquam concenderint. Solos enim
 illos omnibus bonis baud dubie semel potuturos perbibet
 Sed enim quod deinceps dicturus sum, tu me longe exa-
 cius scire potes, num unquam cum eiusmodi Stoico tibi
 conuentum fuerit, atq; inter Stoicos summo illo, num
 rum quem nullus affectus animi, illa tristitia nebula per-
 turbaret, quem nulle voluptatum illecebra commouer-
 rent, qui non inflammatus iracundia, aliquando in furo-
 rem erumperet, qui iniudie contagio non esset infectus,
 qui dunitarum amore et desiderio non tangeretur, sed
 illas pro nihilo duceret, breviter qui per omnia felix esset,
 quam regulam et amissim certissimam esse oportet, via ple-
 ne virtuosa. Etenim in quo uel minimum quiddam desy-
 deratur, ille etiamdum imperfectus habendus est, tamet
 si, ceteris omnibus abundet, hoc tamen cum consecu-
 tur non sit, nondum exoptate et tantopere que sit et felici-
 citatis particeps dicendum est. Her. Nullam quidem
 calorem unquam me uidisse, mihi sum conscius. Luc.
 Euge Hermotime, quandoquidem lubens mendacium
 non dixeris. Ad quem ergo finem intentus, philosophie
 perdiscende impensis operari, cum neq; preceptioris

CHAP.

quam, neq; illius, neq; ullū alium ex prioribus, neq; si ad
decim retro secula descenderis, quenquām Stororum
perfecte sapientem uideas, et per hoc quoq; fuisse felic-
iter? Neq; enim, ut opinor, hoc à te recte dicitur, fuis-
sicerē, si quis saltem felicitati proximus fuerit, posteaq;
mibilimē fructus et utilitas capi posuit. Nibiloscens
enī extra viā sub diu uersatur is, qui iuxta ostium foris
stat exclusus, quām qui enim adhuc labore itineris cō-
ficitur. Nisi, quod uerisimile est, illum non mediocri per-
urbatione discruciarū, uidentem in propinquō ea quibus
pertinet est. Deinde, ut quām proxime etiam felicitatem
accedas (illud enim tibi concedam) tante laborando per-
fers, temetipsum nūseris modis absument et conficiens,
atq; ita tantum etatis per socordiam et supremam ne-
gligentiam tibi elapsum est, immenso labore et uigilijs
multis attenuato, et obstipo capite in terram defixo.
Quin etiam de integro, ut aīs, alios uiginti annos ad mi-
nimum laboribus temetipsum exercebis; ut euadas octo
generis. Quis autem obstricta fide sponsor tibi factus
est, te certo tot annos uictarū? Nihilominus tū eorum
in numero habeberis, qui felicitatis nondum sunt con-
potes, nisi tu solus putes illud te constanter consequen-
tum, et insectando capturum, quod ante te non parvus
multi et boni, multoq; uelocitate praeflantiores omni-
bus uiribus cōsestantes comprehendere non potuerunt.
Sed esto, si uidetur te comprehendisse, iamq; uotis triū

OPUSCULA

opere omnino contigisse, tamē omnī primū bonum
illud cuiusmodi nam sit, non possum perspicere, num tan-
tis laboribus pro illo consequendo impensis et exhaustio-
dignum & conueniens estimari debeat. Deinde, non nō
deo quam illo per reliquum etatem iucunde & dulciter
frui possit, tantus natu cum sis, quippe iam incurvatus
senio & ad omnē voluptatem capiendam parum aptus,
& accommodus, ut capulo uicimus, & alterum pedem
(quod erunt) leculo insertum habens. Nisi fortasse, &
generose Hermotime, ad aliam uitam uarijs laboribus te-
met ipsum exercetas, ut in illam iam delatus uiue mollius
& suauius, certior iam factus, quemadmodum uita im-
postorum instituenda sit. Quod nubi perinde uidetur
factū, atque si quis deambulatiuncula & exercitijs qua-
buspiam se prepararet atque instrueret, quo maiore
cum uoluptate coenaret, donec nescius pre fame neca-
retur. Ceterum ne hoc unquam mihi animaduertissē id-
dere, ut opinor, solidam uitutem in actione consista-
re, uidelicet in recte & sapienter factis, & ijs que for-
unt magno animo. Vos autem sumini nempe philosophi,
quos per uos quoties dixero innuere folco, posse
quam in his investigandis & faciendis parum effici oculi
pati, uoculas quaspiam misericonfectantes meditam-
ni, connectentes syllogismos & perplexitates, atque in
his maiorem uite partem sine fructu conteritis. At quā
cūq; in connectendis promptius fieri & dexterius,

buc

hunc victorie palmarum unanimi consensu deferris. Quia
 nomine, ut ego quidem opinor, etiam preceptor tunc
 tanopere nobis est in admiratione et existimatione mul-
 te, utr quidem etatis decrepitate, quia suos affectus und
 secum sermonem sociantes, perplexis et captiosis qua-
 stiunculis probè callat inuolere, temens quid querem-
 dum, et quo quisque pacto Sophisticis nugis sit circum-
 ducendus, optimum nimtrum dolose et callide agendi,
 inq; non erubiles laqueos coniuncti magister exercit
 eatussum. Hoc planè nbi aliquid esse confirmare ausim,
 quam neglecto fructu circa corticem occupatos esse,
 adeo ut tantum folia in disputationibus uestris uicissim
 decutere videamini. Aut fortasse alia que piā sunt Herma-
 tine, qua uos à summo mane ad uesperam usque facen-
 re credendum est? Her. Non profecto, sed ea ipsa
 sunt que facilitare solemus. Luc. An non igitur re-
 ste quis dixerit, nos religo corpore solam umbram uena-
 ri, aut neglecto uiu serpens tractu, saltu exuuium cō-
 sectari? Aut potius huic perfunctis in agendo, qui insie-
 san in mortarium aquam ferreo pustulo magno conatu
 tunderet, rem quampiā summopere cōducibile se facere
 existimans, ignarus tamen quod etiam si humeros, ut
 erant, uerberando decutiat, tamen aquam quamlibet
 contusum manere aquam. Permitte uero, ut ego te
 deinceps libere interrogem, dic mihi, num innotis ha-

O P V S C V L A

bess excepta eruditione in ceteris omnibus per omnia
 praeceptor tuo esse finitus, nempe ut ita sis ad tracundii
 am propensus, ita morosus, ita sordidus, ita contentio-
 sus, deniq; in tantum voluptatibus deditus, tametsi per
 lumen ita paucis esse videatur. **Hec.** Quibus tam-
 dem. **Luc.** Si placuerit Herodotus, ea tibi cōmēmo-
 tabo, que virum quempiam multa canitie infectum su-
 per philosophia differentem audiu, ad quem permulti
 lucenes sapientie cōparande gratia certatum cōmigrant.
 Cum enim à quodam ex discipulis mercedem exigere,
 iuvenienter incanduit, affirmans ultra prescriptum tem-
 pus solutionem debiti sibi prorogari, quod ante decimā
 sextum diem dissoluendum fuerat. Ita enim pactum esse,
 & ob hoc quidem indignabatur. Cum autem forte for-
 tunata astaret, ibidem eius uuenis auunculus, homo rusti-
 cus ex nostrarum rerū minime peritus, **Define,** inquit,
 iur admirande, te magna iniuria affectum esse contestan-
 ri, si uoculas à te commercantes nescio quas mercedem
 tibi nondum reddiderimus. **Ba** enim que nobis fecisti,
 etiamdum ipse integra habes & possides, neq; quicquā
 tibi immunitum est ex disciplinis suis. In ceteris autem
 quibus subinitium adolescentem tibi offens, evendem
 & syderabam imbui, nihil melior tua opera factus est.
Quippe qui mei uicini Echecratis filie rapte per uim uā-
 tum intulit, & sanè poenam dedisset damnatus iudicio,
 nisi ego à uicino paupere talento multam redemissim.

Porro

Horro autem ipsi matre nuper incusit alapas, quod ipsum
 in manifesto facto deprehendisset, sub finu cadum effe-
 rentem, ut haberet, nisi fallor, unde cum sodalibus bi-
 bens deponeret symbolum. Etenim quantum ad iracuna-
 diam, et furorem, et impudentiam, et audatiam, et
 proloquenda mendacia, aliaq; utria attinet, superioribus
 quidem annis longe melius sese habebat, quam nunc, cum
 his ipsis sit omnium contumacissimus. At qui plane mihi
 persuaseram in hisce uitandis et dediscendis, illum
 praecepue a te adiutum et formatum iri, magis quidem,
 quam quod illa perdisceret, que quotidie ille ad nos, quibus
 illa audire superuacaneum est in mensa consuevit dis-
 serere, quemadmodum Crocodilus rapuisse puerum, pa-
 triq; pollicitus esset se reddituru, si respondisset nescio
 quid. Aut, quod cum dies sit, necesse esse noctem non esse.
 Non inquam et cornua nobis affingere solet genero-
 sum ille, nescio quo pacto sermonem coniungens. Nos alte-
 tem bis auditis ridere solemus, maxime uero quando ob-
 structis auribus sedula agitatione secum meditatur, habi-
 tus et dispositiones quaspiam, praterea Catalepses et
 Imaginations, multa deniq; id genus notitia percura-
 rendo. Quicquid non raro ipsum dicentem audiuimus
 Deum in celo non esse, sed per omnia certatim penetra-
 re, nimirum per ligna, per lapides, per animantia usq;
 ad ea, que sunt omnium respectissima. Ceterum matre
 illum interrogantem, cur ad hunc modum delirans ipsa

O P N S C V L Y A

factū nūgaretur, subsannare solet. Sed si eae nūgas, inquit
exacte perdidicero, nihil uideo obstare mibi, quo minus
nō solus duies, nō solus rex sim, ceteri uero mibi collati,
mancipia & hominum purgamenta existimandi sunt.
Hec cum dixisset vir ille, uide mi Hermotime, cuiusmodi
responsum ille dederit philosophus, quām uero mat-
rum & senile. At qui nisi me ille, inquit, accessisset, non
me putas quod longe peiora flagitia admisisset, aut per
touem etiam traditus fuisse torquendus carnifici. Nunc
autem frenum quoddam illi iniecit Philosophia uexta ac
uerecundi, & ob hoc ipsum modestior uobis nostra ope-
ra factus est, & moribus adhuc tolerabilis. Illud enim
pudorem illi incutit, quod indignus habitu & nomine
philosophie appareat. Ceterum que à nobis abstulit,
ea illum in disciplina continent, ita ut iustus esse uidear,
si mercedem à uobis accepero, et si illum haud multo nie-
liorem reddiderim, nam in his que nondum admisi, phi-
losophiam reueritus est. Postea quām nutrices quoq; tan-
lia de pueris dictitare soleant, nempe preceptoris aedes
affis adeundas esse. Siquidem nusquam alibi locoruū pu-
eris relicta est copia bonū quiddam perdiscendi, sed neq;
mali quippiā unquam in se admittunt, quāndiu sub pre-
ceptorum custodia militauerint. Ego quidem oēs officij
mei partes in excolendo iuuene mihi implesse videor, nā
quicunq; tibi placuerit nostrarū rerum non imperium,
illo tecum assumpto cras me accēdas, & uidebis quām
prompte

expedit interrogat alios, quanq; ingeniose & argute ad quæsita respondat, tum quantam eruditionem sibi mea opera parat, & quos iam libtos evoluerit, de propositis ac syllogismis, de cōplexionibus & officijs, deq; alijs multis & varijs. Ceterū quod matrem pugnis ceciderit, atq; etiam raptas uirgines uiliarit, quid hæc ad me attinet? neq; enim me illi pro pedagogo constitutiss. Hec quidem homo senex de philosophia disserebat. Tu fortasse & ipse Hermotimus dico res, abunde satis esse, si ob hoc ipsum philosopharemur, ne quid Deorū que malitia & uitiosa sunt faceremus. An non uero mitio longe ampliori spe induci philosophandū nobis esse existimabamus, non ob hoc saltē, quod paulo quam priuatim quispiam ex uulgo honestiores essemas. Cur igitur non & ad hoc dignaris dare responsum. Her. Quid uero aliud tibi respondeam, quam quod propemodum etiam mihi lachrymandum esse intelligo, usq; adeo me commouit oratio tua nimium uera. Et iam quidem graviiter lugeo me miserum tantum temporis frustra insunni p̄fisse, & contriuisse, adhac mercedē tam grandem pro laboribus impendisse. Iam enim tanquam ex ebrietate profunda ad sobrietatem reuersus video, cuiusmodi illa fuit, quorum amore capiebar, tum quantas erumus pro illis consequendis ego miser exhauserim. Luc. Eletū quidem & lachrymis, haud opus est, o bone, longe autem prestabilium & prudentius esse opinor,

O P V S C V L A

quod in fabulis Aesopus commemorat. Aut enim quem dan in maris littore confeditisse, conantem singulas undas per numerare, cunq; undarum mutuo se trudentium, multitudine obructur, animoq; grauerter angeretur, quod eas numero complecti non posset, adueniens callida uulps, non in doneo consilio hominis perturbatione subleuauit. Quid discutiaris, inquit, propter undas que prætergressæ sunt, hinc numerare incipias oportet, illas missas facito. Et tu, quandoquidem ita tibi uidetur, post hac magis ex usu tuo feceris, si communem cum alijs ut tam uiuere decreueris, ac ita quidem cum multis in Rca pub. uersaberis, nihil absurdum aut fastuosum animo concipiens aut sperans. Nec est quod pudore afficiaris, quod iam primum decurso uite spatio recte sapere incipias, ane multato consilio ad meliora te recipias. Proinde haec omnia, ò amice, que cunq; à me dicta sunt, nolim putes me de industria præmeditatum et instructum aduersus Stoicos, quasi mihi cum illis essent suscepie iniunctae, dixisse, sed communem aduersus omnes orationem esse putato. Neq; alia contra te protulissem, si aut Platonicis, aut Aristotelis sectatorem esse testatus essem, catenaris in dicta causa, contemptis et posthabuis. Nanc amicè poste aquam Stoicos ceteris omnibus anteferebas, aduersus Stoicam omnem disputationem quoq; nostrā instituimus, nihil aliqui simultatis, aut dissidij aduersus illā suscepimus habentes. Her. Bene sane dicas. Iam uaq; abeo,

abeo, ut ego me totum unà cum uestitu & habitu commutem. Videbis igitur in brevi, non ueluti nunc me neq;
 barba tam densa & profunda horridum, neq; ita afflita
 etiam & asperam uictus rationem, uerū molliora omnia,
 magisq; libero homine digna sequentem, fortasse neq;
 purpuram induere grauabor, ut omnibus fiat perspicuum,
 mihi priores nugas non amplius curae esse. Atq; uis
 nam etiam ex intimis cordis penetralibus euomere ea
 omnia possem, quæcunq; ab illis unquam audita deuora-
 se. Et ut pro certo scias, neq; helleborum ebibere formi-
 dabo, propter hoc ipsum contra quam Chrysippus con-
 sueuit, ne quid corū unquam posthac, que dixerunt, mihi
 in mentem ueniat. Cæterum tibi Luciane, non medio
 erem habeo gratiam, quod me hactenus iactatum & cir-
 cumlatum à turbido torrente & aspero, iuxtaq; fluxum
 unà cum undis fluitantem extraxeris, assistens iuxta tra-
 goedorum prouerbium Deus ex improviso ostensus. Vin-
 decor autem mihi non absurde facturus, si & caput rafe-
 ro, quemadmodum facere soluti sunt, qui & naufragijs
 evanescant incolumes, ita ut salutis mea festinatatem hodie
 concelebrem, poste aquam tantarum nebularum caligo
 ab oculis meis discussa est. Porro autem conspectum phi-
 losophi posthac, & si inuitus inter eundum alicui obui
 am uenero, non secus deuitabo extra viam deele-
 nando, quam rabiosos canes fu-
 gere soleo.

O P V S C V L A

LVCIANI DE

ORVM CONCILIVM,

VINCENTIO OB

sopao interprete.

IVPITER.

Ivp. Ne postbac clanculum consufurretis, o superi,
neq; ad angulos conuersi in eurem alter cum altero
colloquatur, indignantes multos parum dignos nostri
symposij esse particeps. Verum posteaquam coactu est
concilium, quisq; propalam in medium suam adfert sen-
tentiam, ex qua accusatione digna sunt accuset. Ceteru
Mercurij praconiu illud ex lege clara uoce promulga-
to. Mer. Arrige aures, uocem comprime. Quis ex
Dii senioribus ex perfectis, quibus permussum est, in co-
tione uerba facere uoluerit? Ipsa deliberatio de inquin-
limis ex hospitibus futura est. Momus. Ego Mo-
mus, o Iupiter, si fandi copiam mibi feceris. Iup. Iam
ipso preconio loquendi libertas tibi facta est, itaq; mea
permisso nihil opus est. Mo. Ato itaq; nonnullos no-
strum uitiose ex improbe facere, quibus non satis est
scmet Deos ex hominibus factos esse, nisi suos quoq; pa-
dissimilios ex famulosis nobis honore pares esse ostende-
rint, qua in re nil magnum aut iuuenile se fecisse existim-
ant. Volo uero o Iupiter, ut interrata loquende libera

san mba

ter mihi concessa sit. Neq; enim aliter quæ sentio effar-
toſim. Sed me omnes ex æquo nouerunt quām libera
lingue Deus sim, et quām nūbil corum, que parvus
bonestus et decore fūni reticere soleam. Etentim omnia
in reprehensionem rapiō, ac propalām, que mihi opti-
me aut secus facta uidentur proloquor, neq; reformē
dans cuiusquam auctoritatem, neq; præ uerecundia sen-
tentiam meam concēlans. Quapropter et onero-
sus multis esse uideor, et natura sycophanicus, dum
popularis quispiam et communis omnium accusator ab
aliis uocor. Sed enim postea quām licitum est, atq; ita
iam proclamatum, et tu lupiter cum libertate, loquen-
ti facultatem mihi concesseris, nūbil dissimulanter ta-
citum aut præteritum dicturus sum. Multi sunt, in-
quam, non contenti, quod ipsi in Deorum concilium
admissi nostri contubernij sint participes, quodq; pa-
ri sorte nobiscum coniuantur, præsentim cum ex dimi-
dio homines eos esse constet. Adhuc etiam ministros
suos et chorifertos in coelum subduxerunt, eosq; Deo-
res fecerunt ascripitos. Et nunc aequalē cum alijs di-
stributionem auferunt, et sacrificiorum consortes sunt,
neq; pensionem in iniquimos constitutam nobis per-
soluentes. Iup. Ne quid obscuris ambagibus innot-
ias o Mome, uerum perspicue et dilucide que sentis
eloquere, additis quoq; nominibus. Iam enim in media
sum ita oratio tibi projecta, ut multos pariter in suspitione

O P V S C V L A

stern rapiamus, ac alium alio modo tuis dictis obnoxium
infimulemus. Oportet uero liberū concionatorem nubilum
obmetum reticere. Mo. Euge ô lupiter, quandoquidem
deum me ad lingue libertatem cohortaris, fit uero hoc ab
te animo prorsus regio et magnifico. Proinde nomina
tim quoque tuo iussu eosdem perstringam. Ille enim gene
rosissimus Diotrysus, semihomo existens, neque a matre
na stirpe grecus, sed syrophoenicus cuiuspiam mercato
ris nempe Cadmei nepos, posteaquam immortalitate do
natus est, cuiusmodi quidem ille sit non dico, neque min
tram, neque ebrietatem, neque errantem eius incessum uitum
perabo. Omnes enim, ut opinor, uidetis, quam mollis
sit et effeminatus delitius, dimidio insaniens, statim a
summa manu merum spirans. Ille uero totam fratriam
nobis induxit, et toto choro aduerso presto est, Deosque
declaravit et Pan, et Silenum, et Satyros, agrestes
quospiam et caprarios permultos, homines saltatione
deditos, et forma monstrosa spectabiles. Quorum hic
quidem gerens cornua, dimidia parte corporis capram
referens, barbamque profundam nutiens, parum ab
hircu discrepat. Alter uero senex calvitio et sumis na
ribus deformatus, plurimum super asinum inequitans
genere Lydus est. Ceterum Satyri acutis auribus, et
aperte calvi et cornigeri, qualia ferre haedis super natu
re ex crescunt cornua, Phryges quidam existentes. Sunt
uero caudati omnes.

Vide

Videte cuiusmodi Deos nobis facit generosus ille? Mitto
enim dicere quod ex duas mulieres adduxerit, alteram
amicam suam existentem, nempe Ariadnēn, cuius etiam
coronam stellarum choro annumeratam addidit. Altera-
ram uero lcoli agriculte filiam. Et quod omnium est ri-
diculosissimum osteneri, Erigones quoque canem illum ad-
duxit, ne tristitia afficeretur puella, si familiarem suum
in coelo non haberet, ex eam quam in deliciis habuit ca-
niculam. Hec uero non uidentur nobis esse contumelio-
sa, queque nec insania nec risu careant. Audit etiam ale-
os. Iup. Caue Mome quicquam dixeris, aut de Arscu
lapio aut de Hercule. Video enim quo orationis tue im-
petu rapiaris. Etenim horum alter agit medicum, ex
egrotos morbis leuat, estque plane multis alijs antefre-
dus. At Hercules filius meus existens, non paucis labo-
ribus immortalitatem adeptus est. Itaque caue, ne bosce
accuses temere. Mo. In tui quidem gratiam tacebo
ostendere Iupiter, et si multa dicenda habeam, atque si nihil aliud
adhuc tam men signa igne iniusta in corpore retinent. Por-
ro, si licet ex aduersum te dicendi libertate uti, multa
haberem quae possum oratione reprehendere. Iup.
Atqui in me maxime tibi licet dicere. Nunquid igitur et
me ut Deum inquilinum in ius vocas? Mo. Evidem
in Creta non tantum hoc audire licet, uerum aliud quoque
de te dicitant, atque etiam sepulchrum tuum commemo-
rabant hospitibus. Ego uero nego illis fidem habeo; nego

O P V S C V L A

ex Achiuorum numero Aeginensibus subditum te esse
affirmantibus. Ceterum que cū primis reprobatione di-
gna sunt, ea in medium adducam. Enim uero horū deli-
ctorum principij, & conciliij nostri Nothorum multum
dinc adulterandi caussam tu lupiter adeo primus induxi
stī cum pueris ac mulieribus mortalis cōditionis rem be-
bere sustinens, ac alio subinde habitu ad eas deserto cas-
to descendens. Itaq; persepe in metu sumus, ne quis te
comprehensum sacrificet, quoties thaurus factus es. Aut
quispiam ex auri figuris te cōflatum perimat, quoties
auri speciem inducitur, ac nobis pro loue aut segmentum
aut armilla aut in auris factus fuit. Sed enim bisce fēni-
tēis cōcluim tam compleuisti, neque enim alter possum
dicere. Est quae res planè absurdissima, si quis ex impro-
viso audierit Herculem in Deorum numerum esse assu-
ptum, Eurystheam autem que illi imperauit, fatis functum
esse. Et Herculis templum cerni in proximo ministri exi-
stentis, Eurysthei uero illius domini sepulchrum. Et rur-
sus ex Thebanis Dionysus Deus factus est, cuius autem cō-
sobrini nimurum Pentheus & Acteon & Learthus ho-
mines fuerunt omnium infelicissimi. Ex quo uero tu Lupi-
ter semel illis hanc licentia ianuam aperisti, & cum
mortalibus commortium habere coepisti, omnes tuos
institulum imitator. Neq; tantum Diū tui sunt imitato-
res, sed etiam Deū bac in parte tuam emulantur ingen-
ium. Quis enim ignorat Anchisen, & Tibonum &
Eny -

Endymiona, et lasonem, et coplures alios? Itaq; hac mihi missa facienda uidentur, multi enim laboris esset hec cuncta singulatim reprehendere. Iup. At uide Monime ne quid de Ganymede dixeris. Male enim me habebit, si adolescentem uerbis conturbaueris, affecto contumelia genere. Mo. Proinde, neq; de aquila quicq; dicturus sum, quod et illa in celo uersatur, regio sceptro insidens, ac tantu non super capite tuo nudificans, et Deus esse gestiens? Aut illa quoq; in Ganymedis gratia praeteribunus? Atqui, o Iupiter Attis ille et Corybas et Sebazius unde nobis tandem accersiti ueniunt? Aut etiam Mitibres ille Medus, qui indumento persico amictus, et tyara redimitus est, neq; græca uocè sonans. Adeo, ut si quis illi nectar propinet, prehibentē non intelligat. Itaq; et Scylha et Ge te hec uidentes nobis longū ualere iussis, ipsi immortalitate donant hoies, suisq; suffragijs Deos quoescunq; libu erit constituit, non alia ratione quā Zamolxis scrulis conditionis homo existens, diuinitatē adeptus est, et Deorum numero ascriptus, haud scio quo modo nobis iposuerit. At sancte haec oia, o Diū adhuc mediocria et aliquo modo ferenda sunt. Ceterū tu o canino rictu blans Aegyptia, qui sindone amictus es, quis nā esse gloriaris, o optime, aut quomodo Deus esse contendis latrando? Quid aut sibi nulli et Memphis taurus ille uersicolor, qui et precebus deceneratur, et respondit oraculis, neque non prophetas habet? Pudet uero me ciconias percensere, et

OPVS CVL A

Similis, & hircos, atque his longe absurdiora, que
nescio quomodo ex Aegypto in coelum usque conser-
derunt. Illa itaque, o Dij, quomodo sustinetis aequali
uobiscum honore aut etiam amplius adorari? Aut tu Iu-
piter, quo ferre potes animo, posteaquam arietis cor-
nua tibi produxerint? Iup. Turpia profecto sunt que
dicis de Aegyptijs. Attamen pleraq; illorum in se mysti-
ca complectuntur enigmata, que non prorsus a profan-
nis deridenda sunt. Mo. plane nobis Iupiter opus est
mysterijs ut Deos, Deos esse cognoscamus, & caninis
capitibus praeditos, canes esse intelligamus. Iup. Mit-
te de Aegyptijs in praesens dicere, nos uero de his aliis
per otium deliberabimus. Itaq; alios, si qui notadi super-
funt, adducito. Mo. Trophonum o Iupiter, et quod
me praefocat Antilochum. Ille inquam scelesti & matri-
tide hominis filius uaticinatur in Cilicia, multa impun-
denter ementiens, & duorum obulorum gratia presty-
gijs incantans homines. Quocirca non amplius tu Apol-
lo ob uaticinij predictionem haberis in pretio, sed iam
omnis lapis & quaeris ara responsa dat oraculum peten-
tibus, dummodo oleo perfusa fuerit, & coronas habue-
rit, & homine prestygjatore abundauerit, cuiusmodi
lam permulti sunt. Nam etiam Polydamantis athletæ sta-
tua medetur febre laborantibus in Olympia, & Theage-
nis in Thaso. Quim Hectori quoq; sacra faciunt in illo,
& c' regione Prothesilao, nempe in Cherronefo. Ex quo
igitur

L V C I A N I

igitur in tantum numerum subinde aucti excrevuntur,
magis in usu fuit perjurium & sacrilegium. Et omnino
nos despectui habere ceperunt recte facientes. Et hec
quidem de Nothis & supposuuijs dicta esse uolui. Cetero
rum ego & peregrina nomina permulta audiens, corū
qui neq; degunt apud nos, neq; ullo modo possunt esse;
admodum ō Iupiter propter hec rideo. Vbi enim genti
um est multis modis iactata illa uirtus & natura & fa
tum & fortuna? Intoleranda & uana rerum uocabula
ab inertibus hominibus philosophie titulo semet uendem
tantibus excogitata. Que quanquam ipsorum commen
ta sunt, sic tamen simplicium animos persuaserunt, ut
nemo amplius nobis sacrificare dignetur, certo persua
sum habent, quod, etiam si infinitas hecatombas nobis
obtulerit, fortunam tamen nihil secus ea facturam que
a fatis decreta sunt, ex que sub initium cuiq; nascentii
Parce fatalibus fusis aduenierint. Perlibenter itaq; te Iu
piter interrogarem, ubi nam gentium tibi uisa esset aut
uirtus, aut natura, aut fatum? Quod enim & tu
talia subinde in philosophorum disputationibus au
dias, mihi dubium non est, nisi fortasse quispiam surdis
sit auribus, ut eosdem uociferantes inaudire nequeat.
Multa equidem adhuc dicenda supersunt, sed finem uer
borum faciam. Video enim quosdam ob dicta mea dolen
ter perturbari, & iam sibilare, maxime uero eos qui ora
sionis libertate tacti sunt. Uaq; pro concludenda oratio

O P V S C V L A

ne, si ita sedet animo tuo Iupiter, decretum quoddam de illis iam conscriptum legam. Iup. Recita. Neque enim omnia absurde aut de nihilo reprehendisti. Et sane mul ta ex illis inhibenda ex coercenda sunt, ne in immensitate excrescant.

DECRETVM BONA FORTVN A.

Concilio legitime coacto, septima die mensis instat. Atque Iupiter consulatu agebat, Neptunus praesidem, Apollo prefectum. Momus scriba officio fungebatur noctu, & Somnus dixit sententiam. Quenam multi ex pergrinis, non Graeci tantu, uerum etiam Barbari, nequaquam digni existentes celestis Reip. communi nobiscum participatione nostri ex subditutij, haud scio quo nam modo etiam Diis esse contendentes, cœlū angulatum compleuerunt, ita ut symposiu tumultuosis turbis plenus sit, obstrepente passim diversilingui ex undiq; accersita multitudine. Dese cit aut ambrosia & nectaris copia, adeo ut mina iam coemendus sit sextarius, propter bibentium multitudinem. Sed enim illi, qua sunt procacitate ex immodestia, Diis ueris & antiquis loco motis, semetipsi primis dignantur ac cubitibus preter omnem morem patrium. Adhuc in terris quoque ante alios honorari contendunt, uisum est curie et populo ut ad hiberna solstitia cogatur in Olymbo concilium, septem autem ad cognoscendum appositi elegantur Diis perfecti, tres quidem ex curia veteri, quae Saturno regnante constituta est, quatuor autem ex duodecim, quorum in numero unus

mero unus erit Iupiter. Ceterū qui electi erunt arbitri,
spī ad cognoscendū causas sc̄issim eant, dicto prius in
rāmento legitimo nōtrū Styge. At Mercurius proclama
to praeconio uniuersos in contionē congreget, quicunq;
in Deorū concilium legitime admitti postulant. Veniant
autem illi adductis iuratis testibus, & ceris generis in
dutis. Deinde illi in unū locum cōveniant, uerum arbitri
accurate expēndentes, aut Deos illos declarabunt, aut
ad sua sepulchra & maiorū tumulos alegabunt. Si uen
tro quispiam ex obscuris & reprobatis cōprehensus fue
rit, & sc̄mē ab arbitris condemnatus in ccelū ascende
rit, ille perpreceps in tartarū corrūat. Præterea quisq;
exerceat sua commertia, neque Minerua rei medicæ in
tentas sit, neq; Aesculapius dandis oraculis ualeat aut serm
at, neq; Apollo tanta soli sibi obeunda uendicet, sed una
re quapiam electa, aut uatē aut citharoedū aut medicum
agat. Porro autem philosophis prædicetur, ne noua sub
inde fingendo comminiscantur nomina, neque de ijs
quoram imperii sunt, nugentior. In quorumcunque
autem honorem aut cultum templa aut sacra constituta
sunt, illorum imagines subuertantur, carūmque loco
aut Iouis, aut Junonis, aut Apollinis, aut alterius citra
piam erigatur. Illis autem urbs congesta terra sepul
chrum accumulet, & aræ loco statuam reponat. Quod
si quis præconio dicto audiens esse uoluerit, arbitri
rumq; exāmen & censuram subire recusaret, ille in

OPUSCULA

dicta causa condemnatur. IVP. Injustissimum equidem decretum est istud à Mome, & qui suffragatio, huic manum protendat. Atqui potius ita fiat. Complures enim novi futuros, quisua non sunt adiecturi suffragia, utrum in presens abite. Ceterum in coniunctionem accessit à Mercurio, uenite adferentes uniusquisq; cognitiones claras et manifestas comprobationes, matris & patris nomen, & unde oriundus sit, tam quo modo diuinitatem adeptus sit, adhuc tribam quoq; & curiales. Verum enim uero qui presto non fuerit, parvus erit arbitris, tame si ille in terris ingens delubrauit habuerit, ac homines eundem Deum esse existimauerint.

VINCENTI=

VS OBSOPOEV^S, OPTIMAE
Speci adolescenti, Tilomanus Gun
derod. Salutem.

Cum nuper iuueniaria quadā lectione perciorrerē
et πομνημενά ταύ libros, quos suauissimas de
cendi magister Xenophon de dictis Socratis mor
proditos transmisit ad posteros, præter alia que di
incredibili quadam cum uoluptate legi, etiam ut eum lo
cum delatus sum, qui est de Hercule Prodi, quem etiam
Cicerio citans in officijs, paucis perstringit. Ille cum esset
m̄t̄ r̄c̄

ne reliqua omnia et summe elegans, nec parum mihi
siderotur prodesse posse generosioris indolis iuueni-
bus, libuit illum excerptū hīcē meis dialogis uelut au-
ctarij uice adiūcere. Hūc tibi suauissime Tidomanne, sub
inde legendum atq; relegendum commendo, ut habeas
quod te sedulo moneat officij. Vides enim, et te iam ex
ephœbis excessisse, ac in biuo illo consistere delibera-
tem, cui potissimum generi uitæ temet accommodes. Iam
adolescentia consilijs admodum imbecilla est, et quam
quā indoles interdum in iuuenibus non mala existat,
etiam tamen flexibilis, et ad quēmuis animi impetu mon-
bilis, et multæ ad depravandum occasiones supersunt.
Hinc enim blanditur otium, horum inuitant voluptatiē
illecebre, alio prauorum sodalium uocant commercia.
Ut ergo hosce uitiorum scopulos salua nauis eutes inco-
lumis, ac per multa ardua nauiter, ut cœpisti, ad uirtutē
contendas, parentūq; tuorū expectationi, quā de te con-
citasti amplissimā, respondas, et duce et monitore tibi
opus est. Qui uero aut meliore, aut tibi gratiore morū
formandorū magistrū possim addere, q̄ Xenophontē,
τὴν μελισσὴν ἔκείνην τὴν ἀττικὴν, cuius oīa scri-
pt̄. -uctiore aliquando facto ingenio, et magis firmato
acris iudicio, tibi diligentissime legenda suadeo, nūc
uero iuueni hūc precipue locū in tua gratiā à me excera-
peum et expositiū ediscendū, et crebra recordatione re-
petendū dedico, ne quando per ignauiam et animi socor-

O P V S C V L A

diam miniorū viam ingrediens, per oīa flagitiorū genera
uolutatus, tandem in preceps ruas. Ceterū loachumus
Camerarius, homo in utraq; lingua multi iuditij, cuius
opera et in his Luciani dialogis frequenter usi sumus,
in hisce uerbis, ἐκν δέ ποτε γένηται τίς νόστια,
απανίσσε αὐτὸν οὐταῦ τε οὐ φόβος οὐτε
dam subesse putat, existimans pro οὐ reponendū esse
δο, cuius sententie et ego haud difficulter subscribo.
Nihil tamen arroganter praeiudicare uolumus, neq; quid
quod ad arbitriū nostrū reuocare. Bene uale, et in prece-
ptore tuo amādo, fac cōstās appareas. Ex Norimberga.

Πρόλικος ὁ σόφος, ἐν Τριτογράμμιατη
τοῦ θεοῦ τῆς ἱρακλέους. ὁ περὶ λίθων ταῖσιν
τοῖς ἐπιστίκυνται ωταύτως πολὺ θεῖος οὐτιστής
απαντάνεται ὁ μὲν πασ λέγων. οὐδεὶς γρμέμην
μου. φησὶ γένης ἱρακλέα. ἐπειδὴ ἐκ ταύτων ἐις τοῦ
βίου ὡρμᾶτο, ἐν τοῖς νέοις καὶ ἀντακράρρες γνηγόν
μέροις μηλοῦσιν, εἰτε τὴν λίαρρετην στάλαντον
ταῖς ἀνθετούσιν, εἰτε τὴν γένης κακίας, οὐδὲ λαθόν
ταῖς ἀντακράτοτε, οὐδὲ φανῆναι ἀνθετούσιν μόνο γνωστοῖς
κασ προιένουσι μετέλαστο. τὴν μὲν ἐτέρουν ἐν πρε-
στήτεισιν ηὔλιαν θείειον φύσει κεκορμημένην,
τη μὲν σῶμα καθαρότητι πατάσιον, τὰ δὲ ὄμματα αἷδει.
τὸν λέχημα σωφροσύνη, οὐδὲ περὶ λέγει λαγκῆ. τὸν
λέγεται περὶ λέγει λαγκῆ. τὸν

Α' ἐτέραν πεθραιμεῖσι μὴν ἔις πλυνθεὶσκίαν
τε Σ' ἀπλότητα. κεκαλλοπομεῖσι λὲ, τῷ
μὴν χρῶμα, ὃστε λαγκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέ-
ραν, τῷ ὅντεσ δοκεῖν φάνεσθαι· τὸ λὲ χῆμα,
ὅστε δοκεῖν ὄρθοτέραν τὸ φύσεως ἔχειν· τὰ λὲ ὅμι-
ματα τέχειν αὐταπέζαμενα. ἐδῆτε λὲ δέξασθαι
μάλισταρα φύλακαν πριν κατακοπίαθει λ' ἄμφια
ἔσωταιν, ἐπασκοπεῖν λὲ, καὶ εἰ τις ἀπλος ἀυτήν
θέταται· ταπλάκις λὲ κ' ἐιστὸν ἔσωταις σκίαμ
ἀποβλέπειν, ως λ' ἐγένετο ταπλοτέραν τὸ ἡρες
κλέοις, τὸν μὴν πρόσθιν γένθεισθεν οἴνου δὲν ἀνθρ
ρόπην. τὸν λ' ἐτέραν φθάσσαι βαλομεῖσι, προσ
δραμεῖν θερήσακλεῖ καὶ εἰπεῖν, ὄρεσ σὲ ω ἡρά
κλεις ἀποροῦντας ποίαν ὁλὸν τὸν δίον βάσιν.
ἴστην δὲν ἔμε φίλιων παικούμδιοσ. ἀδητὸν διστάσιο
τε καὶ ῥάστην ὁλὸν ἄξω σε· καὶ τῶν μὴν τερπιδῶν,
εὐδενδρος ἀγκυστοσ ἔση. τῶν λὲ χελεωσῶν ἀπειρος
διθείσων. πρῶταν μὴν γοῦ, οὐ ταπλέμεων οὐ λὲ
πραγμάτων φοντεῖσ, ἀπλασκοπούμδιοθει λὲ
ση, τί ἀν κεχειροχειρόν, οὐτοις δὲν ποτὲν εὔροισ,
ἢ τί ἀν ιδίαν τερψθείης, οὐ τίναν ὁσφραινόμδιοσ,
ἢ ἀπόμδιοθείης. τίσι λὲ ταπλικοῖσ διμιλῶν
μάλισταν διφαιδείης τοις διμελακώτας
τακαδεύθοισ, καὶ ταῦτας τὴν ἀπλοκώτας τούτων

O P V S C V L A

πάντων τογχάνοις. ἐὰν δὲ πρεπένυται τὸς θεού
τίς απανίσως ἀφ' ὧν ἔσαι ταῦτα ὑφόβεος.
μηδέτε ἀγάγωντεν πανοῦντα καὶ ταλαιπωρῶν ταῖς
τῷρις σώματι τῇ τυχῇ ταῦτα παρέγειθαι. ἀλλ'
λ' οἵστιν οἱ ἄπλοι ἐγγάγονται, ταύτης συχεύ-
ση, οὐδενὸς ἀπροχόμητος, ὅτεν ἀν δικαιότεν της
κορδανᾶν. πάντα χόθεν γέννωφελεῖδι γῆς ἔμοις
ἔνωνται γέννησίαν ἔγραψε παρέχω. οὐδὲ ἡρακλεῖς
ἀκούσας ταῦτα, ὡργήναι εἴφη. οὐ μηδὲ σοι τέ-
λειν. οὐδὲ, οἱ μὴν ἔμοι φίλοι ἐφη, καλεῦσαι
οὐδαιμονίαν. οἱ δὲ μισοῦντες με τοκετόν-
μηνοι, ὀνομάζονται με κακίαν. Καὶ ἐν ταύτῳ
ἐπέρει γωνὶ προσελθοῦσι εἰπεν. οἱ γέννωφελεῖδι
τοῦτο ἡρακλεῖς εἰδικαστέου γέμισσαντάσ σε αὐτὸν
φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσι, γέ-
ννην ἐλατίζω, εἰ τὸν πρέσερ ἔμειδολὸν δάσιο, σφρά-
γδον ἀν σε τῶν καλῶν καὶ σεμιγενῶν ἐργάτης ἀπεσθ-
ρενέσθαι. οἱ ἔμειδοι εἴπερ πατέρες τούτους
ἀγαδοῖς οὐ πρεπεῖσερειν Φανῆναι. οὐκ γέννα πε-
τύσασθε δέ σε προοιμίοις ἀδυνάτος. ἀλλ' ἡ πρόσθις θεοῖς
πρέσεσκεν, τὰ διηγήσασμα μετ' ἀληθείας.
τῶν γέννου τῶν ἀγαθῶν, καὶ καλῶν, οὐδεὶς ἄγδος
πόνου καὶ επιμελείας θεοὶ μηδέστη αὐθερώποις.
· · · ἀλλ' εἴ τε τὸ θεοὶ οἱ λέσχας εἶναι σοι βούλοι, θεοὶ
πευτεοὶ

πατέον τὸν θεόντος. Εἴτε ωόφιλον ἐθέλεις ἀγαθόντα
 πάθη, τὸν φίλοις ἐνδρυγετήσον. Εἴτε ωόπος
 πόλεως ἐπιθυμεῖς πυράθη, τὸν πόλιν ὁφελεῖς
 λητέον. Εἴτε ωότε τὸν ἄλλαδες πάσοντος ἀξιοῖς ἔπειτα
 ἀρετὴν θευμάζεις, τὸν ἄλλαδες πειρατέον θύεις
 ποιεῖν. Εἴτε τὸν γῆν φέρειν σοι καὶ γῆς ἀφθόνους
 τὸν γῆν θεραπευτέον. Εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων οὐδὲν
 οὐδὲν πλαττίζεις, τῶν βοσκημάτων ἐπικελητόν
 τέον. Εἴτε δέ τε λέμουν δύμαστον ἀνδειθεὶς καὶ βούλεις
 λειτουργοῦντα πειστε φίλοις ἐλαυνθροῦν, Καὶ τότε
 ἐχθροὶς χειροῦνται, τὰς πολεμικὰς τέχνας ἀν
 τάς τε πρὸς τῶν ἐπιστραμμένων μαθητέον, καὶ ὅτε
 πας ἀνταστῇ χρῆσθαι ἀσκητέον, Εἰ λέπε καὶ τρέπε
 σώματος βούλει μωαδός ἐν, τῷ γυώμῃ τοιρε
 τεῖν θεισέον, τὸ σώμα καὶ γυμνασέειν σὸν πενοις
 καὶ ἀμφόπ. καὶ κακία τσολαβεῖση εἰπειν, ως
 φιοὶ πρόδικος, ἐννοεῖσθαί ἡρακλεῖσ, ως χαλε/
 πὸν ιγμακρὸν ὄλὸν ἀδί τάσ βοσσύνασ ἡ χαλ
 σοι ἀντὶ ληπεῖται; ἐγὼ δέ ράδίσαντα βρεχεῖσαι
 ὄλὸν ἀδί τὸν βολαμονίαν ἀξεστ. Καὶ ἡ ἀρετὴ εἰ
 πεν. ως τλῆμον, τί δέ συ ἀπεθόντες, καὶ τι ἡ λύση
 θα. μηλὶ τούτων ἑνεκα πράττειν ἐθέλουσσα
 ἡ ποσούλε τὸν τῶν ἡδειών ἐπιθυμίαν αὐτεργένθο
 σ. ἀπλά πρὸις ἐπιθυμήσαι πάντων ἐμπίπλε.

O P V S C V L A

αὐτού. πρὸν μὲν πεντῆν ἐσθιοῦται, πρὸν λέπτην πέντε γενούται. ἵνα μὲν ἡδέως Φάγεται, ὅποιοις μηχεὶς θεομερήν. ἵνα λέπτην πεντῆν τε πελυτεῖται εἰς πέτασκονάζῃ, Εἰ τοι δέραις χίονας πεντέλειαν εἰκτεῖσ, ἵνα λέπτην πεντῆν τε πελυτεῖσ οὐ μόνον τὰς σφραγίδας μαλακάς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας τασθαντὰς τὰς παρόβαθρα τῶν κλίνων πέτασκονάζεις. οὐ γένεται δέ πονεῖν, ἀλλὰ δέ μηλάζειχον νόον, τὴν πατεῖσ, μητινὸν ἐπιθυμεῖσ. τὰ λέπτα δίστα, πρὸ τοῦ διεσθίει αὐταγκάζεις πάντα μηχεὶς θεομερήν καὶ γένουσκει καὶ αὐθάραστον χρεομερήν. ὅσον τῷ γένει παραδένεισ τὸν ἑαυτὸν φίλον. Φί μὲν γυναικεῖς γένεις πεντέλειαν, Φί λέπτην μέραστας δέ χρησιμώτατον κατακοιμίζεσσε. ἀδικανατός λέπτην οὐτού ἐκ θεωροῦ μηχεὶς αὐτέρριτοι. Ταῦτα λέπτην αὐθρώπουν ἀγαθῶν ἀπομάζει. ταῦτα λέπτην πάνταν ἀδίκουνοματος, ἐπάλληλον ἑαυτῆς αὐτοῖς εἴ. καὶ τὸ πάνταν ἀδίκουνοματος ἀθάρρος. οὐδὲν τῷ γένει πάντα τε πεντέλειαν, ἔργον καλὸν τεθέασαι. τίς λέπτην σοι λεγεύσῃ τὸ πατεῖσον, τίς λέπτην σομεροῦ πηνὸς ἐπερκέσθετεν, τίς λέπτην εὐφορῶν τὸν θιάσου τελμάσθετεν. οἱ γένοι μὲν ὄντες, θεῖς σέρμαστι, ἀδώνται ἐστοι. πρεσβύτεροι γένομνοι, τῶν τε ψυχῶν αὐτοῖς τοι. πεπόνως μὲν λιπαροὶ σφραγίδεστασ ξεφόμηνοι, ἀπαράγοντες

ξαῖτόνθος λέ ἀχμηροὶ οὐ φύγεσσι τοῖς απράγματοις αὐχωμάδιοι, τοῖς δὲ πραγματεῦσις βαρυμάδιοι. τὰ μὲν οὖσα ἐν τῇ γεότῃ φύσει φραμόκτες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποδίδυοι. ἔγωλέ εἰς σύνεμι μὲν θεοῖς σύνεμοι, λέ αὐθερώποις τοῖς ἀπεθοῖσ. ἔργων λέ καλὸν θύτεθείον οὔτε αὐθερώποιον χωρὶς ἐμοῦ πίγνεται. πρωδμαὶ λέ μάλιστα πάνταν, καὶ πᾶσα θεοῖς καὶ παρὰ αὐθερώποις. οἵς προσάκει. ἀπεπτή μὲν τῷ σωδργὸς τεχνίταισ. πτῖ λέ Φύλαξ ὄικων θεωτόταισ. θύμενὸς λέ πρασάτοις οἰκέταισ. ἀγαθὴ λέ συγχαρίσια τῶν ἐν ἑιρήνῃ θόντων. βε=σαία λέ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρέτης τοῦ φιλίασ κοινωνός. δέλε τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις. οὐδὲτα μὲν τοις ἀπράγματοις τονιζοῦ ποτῶν ἀπόλαυσις αὐτέχονται γένεσις ἀνέπαθμοστοιν ἀντῶν. ὑπνοῖς λέ ἀυριστοῖς ιδίοις, οὐ τοῖς ἀμόχθοισ, τοις οὔτε ἀπλίποντος ἀνδρὸν ἀχθονται, οὔτε δύστην μεθυάσι τὰ δέουται πράττειν. καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοισι χαύροισ. οἱ λέ γεράπεροι, τοὺς τῶν νέων τημοῦς ἀγάλλονται, οὐδέτας μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνυνται. εὐ λέ τας παρούσας ἔμεν ταὶ πράττοντες. λί έμε φίλοι μὲν θεοῖς οὔτε

ΟΡΨΙΑ

ἀπεπτοί λέ φίλοισ, πημίοι λέ πατρέσσην, ο-
τερ λ' ἔλθῃ τὸ τεπρομένον τέλος, οὐ με-
τὰ λίθους ἀπικοι κεῖται, ἀλλὰ μετὰ μη-
μνος δύναται χρόνον ὑμνούμενοι θάλαττοι. Τοιαῦ
τά σοι ὡς τῶν τοκέων ἀγαθῶν ὑράκλεισ ἔξει
θεοπονησαμένῳ. Τὴν μακαρειστάτην θύλαι-
μονίαν κεκτήθησε. Οὐτα τῶς διώκει πρόδικος.
Τὴν τοῦ ἀρετῆς ὑράκλεοις ταύτην, ἐκόσμη-
σε μετὰ τὰς γράμμας ἐπι, μεγαλειστέροις ρῦ-
μασι, ἢ ἐγένεντον. Ήσσος μὲν δὴ νέοις ἀξίον Εἰντο-
μίζω τούτων ἐνδυμασμένοις περάθειται τὰ
ἴστην μέλλοντα χρόνου τοῦ βίου φευγτίζειν.

ΤΕΛΟΣ.

HERCVLES

PRODICI, EX XENOPHONTE,
Vincentio Obsopaeo interprete.

PRODICVS ille sapiens in eo libello, quem de
Hercule conscriptum reliquit, qui & nunc multis
ostenditur, non disparitate de uirtute differat,
ad hunc modum dicens, quantum ego memoria tenso-
Aut enim Herculem, posteaquam e pueris excedens, pri-
mus pubertatis metus ingressus esset (quo tempore ado-
lescentes

lescentes sui compotes facti, iuditū de se prebent, num
per uirtutis uiam ad uitam penetraturi sint, an ad nullo.
rum tranitem declinaturi) exisse in solitudinem, atq;
ibi sedentem, diu secum multamq; dubitasse, utram ue
am ingredetur, duasq; illi proceræ statuæ mulieres,
precedentes apparuisse, alteram quidem aspectu hone
stam atq; decentem, ac natura liberaliter exornatam,
corpore mundo, oculis uerecundis, habitu modesto, ca
terum uestitu candido. Alteram uero crassam corpulen
tia & succi plenam, studiose cultam, nec citra fucum,
ita ut colore candidiore & rubicundiore, quam reuera
effet, esse appareret, habitu uero natura uidebatur esse
erectior. Ceterum oculos habuisse ludibundos & patu
los, uestitum autem maxime delicatum & splendidum,
pariter autem & scipiam contemplatam esse oculis,
consyderasseq; num & aliis quispiam illam spectaret,
atq; identidem ad suam umbram spectasse. Ut autem
propinquior Herculi facta est, ea quam primum dixi,
accessit, ad hunc modum dictura. Porro cum altera an
teuertere priorem cuperet, accurrut, ac sic cum Hercu
le colloquuta est. Video te o Hercules, pendentem ani
mi rationem tecum inire, quam in uiam uite temet con
feras. Itaq; si mecum inuita amicitia, me tibi sociam iunxe
ris, ad iucundissimam simul & facilissimam uitæ uiam te
perducam. Ac nihil erit uspiam rerum molium aut sua
uium, quod non sis degustaturus, rursus nihil difficili.

O P V S C V L A

quarum non expers etatem acturus sis. Principio quia
dem neq; bellum neq; negotia illa tibi cure erunt, uerū
hoc unū sedulo agitabis animo, quid nam delicati cum
ad uescendum, tum ad bibendum reperire queas. Aut
quid nam te uidentem oblectet potissimū, aut quibus nā
odorandis et tangendis precipuam uoluptatem capias.
Preterea quarum rerum charismarum usu iucundissi-
mo maxime lateris, tum quemadmodum suauissime &
mollissime dormias. Postremo, qui nam his omnibus ei-
tra labore paratis uoluptuosissime fruaris. Quod si
quando metus inciderit penuria, unde haec acquiri pos-
sint, que res perturbationem quandam complectitur,
non equidem ad eos te adduxero, qui ipsi corpore anti-
moq; laborant, & huius questus satagunt. Verum que
alijs labore parauerint, his tu uteris, à nulla re abstinen-
do, unde lucri aliquid facere possis. Unde cūq; enim me-
in familiaribus potiendarū rerum facultatum exhibeo.
At Hercules his auditus, & quod tibi nomen est, inquit,
ō mulier! Illa autem, qui mihi amici sunt, Felicitatē na-
vocant, ceterū quibus sum odio, per contemptum Vi-
tium me nominant. Interea accepit & altera mulier,
atq; ita loqui instituit. Atqui ego ad te uemo Hercules,
ex quo enim parētes tuos magna uirtute præditos esse
perfpxi, tuamq; naturam & indolem ex institutione
perdidici, bona spes me habet, ut, si me am uiam ingressu-
fueris, rebus pulcherrinis & fortissime gestis cele-
bris

teris. Nec mihi dubium est, quim & ego tibi longe dis-
gnior, & ad bona consequenda multo accommodior
esse videbor. Non autem imponam tibi fraudulentē uo-
luptatis procēsijs, sed quemadmodum omnia Deorum
consilio non dubitanter cōstituta sunt, tibi ueraciter ex-
pediam. Earum quidem rerum, que utiles & præclaras
habentur, nihil citra laborem & diligentiam prestare
solent Diū immortales hominibus. Sed si uolueris Deos
tibi esse propitios, Deos pietate colas, necessitas est.
Quod si ab amicis amari concupiscis, amici offitijs &
benefactis tibi demerendi sunt. Quod si ab aliqua ciuita-
tate coli desyderas, magno aliquo emolumento Respub-
tibi iuuanda est. Porro autem si in uniuersitate Grecia
admiratione propter uirtutem esse induxi in animum,
tentandum tibi est, ut de tota Grecia sis bene meritus.
At si uolueris terram uberes fructus tibi producere,
cerne eas tibi non segniter colenda est. Quod si à pecori-
bus diuitias parandas esse existimas, pecorum cura tibi
habenda est. Ceterum conante te re militari inclaresce-
re, uolenteq; amicorum libertatem tueri, inimicos ar-
tem subjugare, artes bellicæ ab ijs, qui eas exacte callēt,
tibi probe perdiscende sunt, tum etiam qua ratione illis
uti oporteat, nauiter exercendum. Postremo, si corporis
uiribus præcellere fert animus, ut rationi subseruat
tibi assueendum erit, præterea corpus uarijs labori-
bus, multoq; sudore subigendum est. Ad hanc respon-

O P V S C V L A

dens vitium, ut ait Prodigus. Intelligis o Hercules, quid
 arduam et prolixam viam ad voluptates haec mulier
 tibi commemorat? Ego uero te et breui et faciliter ad
 felicitatem deducam. Cui Virtus. Et quid nam boni, in-
 quirat, o misera posides? aut quam voluptatem nouisisti.
 que barum consequendarum gratia nihil laboris sufficeret
 deliberatum habeas. Quaeque; neque; voluptatum desideria-
 rum expectas, sed antequam ullo caperis desiderio;
 omnibus impletas. Etenim et famem edendo anteu-
 tis, et simili bibendo preoccupas. Viq; nolupruose et
 appareat edas, obsoniorum artifices tibi conquiris. Ut
 autem non citra voluptatis titillationem bibas, et uina
 sumptuosatibi aduehenda curas, et aestate circumcursi-
 tendo niuem queris. Porro ut incunde et mollescer dor-
 mias, non stragula saltem molles, sed lectos quoque et sca-
 bella eisdem adiuncta adparas. Neque; quod laboribus de-
 fessa sis, sed quia nullum opus quod faceres tibi suppetet,
 somnum appetis. Ceterum rebus Venereis prius quam
 naturae necessitas exigat, violenter indulges, nihil non
 moliens, uris et mulieribus uenens promiscue. Ad hanc
 enim modum tuos amicos instituis, noctu contumelij
 eos afficiens, interdiu uero maximam utilitatem sopita-
 tis subtrahens. Cumque; immortalitate donata esse, De-
 orum contubernio turpiter ejecta es, ab omnibus au-
 tem bonis et cordatis contemptui habita. At uero re
 omnium auditu iucundissima, nempe laudis testimonio
 privata

· priuata es, neq; non spectaculo longe iucundissimo ero
bata. Neq; enim unquem preclarum aliquod opus à te
editum uidisti. Quis autem tibi quippiam dicent: fidens
babebit? Que unquam mulier alicuius rei laborans in
opia, per te suffecerit, aut quis nam ex bene sanis tuae
chorae semet admiscere ausus est? Nam iuuenes exis-
tentes, corporibus sunt inualidi, senes autem facti, nul-
la prudentia exculti, mente desipiunt. Cum enim per in-
uentutem nullis laboribus assurfacti, delicate enutritur,
in senectutem uero laboriosè squalidi peruenient,
uerum ante actarū pudore afficiuntur, operibus autem
faciendis grauantur. Quippe, qui uoluptatibus in in-
uentute indulserunt, quibusq; difficultatibus in senectu-
tem reseruatis. Ego uero et cum Diis immortalibus, et
cum hominibus non malis conuersationem habeo. Neq;
ullum opus preclarum, seu diuinum, seu humanum cù-
tra meam operam perfectum redditur. Maxime uero
omnium honores mibi habentur, et à Diis, et ab homi-
nibus, quibus consentaneum est. Sum enim dilecta
cooperatrix artificibus, fida custos rerum familiarium
heris, beneuola patrona famulis, sat commoda adiutrix
laborum rebus tranquillus, constans autem in bello auxi-
liatrix, præterea amicitarum semel imitarum cultrix
opuma. Est autem amicitia meis iucunda, nec operosa ci-
borum et potuum fructio. Neq; enim priuicium can-
punt, quâns edendi desyderio semet teneri senserint.

OPVS CVL A LVCIANI.

Somnos autem dulciores capiunt, quām ij qui nullis le-
boribus sunt defēsi, neq; eo relatio discritiātur animo,
neq; illus colendi gratia debita intermittunt officia.
Quin etiam iuvenes seniorū laudibus gaudere solent,
contra, seniores iuuenium honoribus non inuident, sed
gratulantur, ac magna cum uoluptate priscarum rerū
et actionū recordantur. Rebus uero presentibus belle
fungentes, delectantur. Mea opera homines acceptis
sunt superis, amicis autem dilecti, à patribus in prelio
babuti. Postea uero quām iam uenerit finis fatalis morti
destinatus, nequaquā in hominum obliuione sepulti ian-
cent incelebres, sed in recenti uiuentium memoria nun-
quām non florentes, indefinenter in cœlum laudibus ex-
tolluntur. Huc tibi, o fili preclaris parentibus educ
Hercules, exantlati strenue laboribus beatissima fœlia
citas paranda est. Ad hunc ferē modum Prodigus Her-
culis à uirtute institutionem executus est, nisi quod sen-
tentias longe maiore uerborum et nitor et gratia ex-
ornauerit, quām ego in presentia. Itaq; opere pretium
esse exultimo, ut iuuenies hec memoria repeten-
tes, egregio alicui conatu ac studio in-
cumbant, ac rerum futuræ uite
conducibilium curam
agant.

P I N I S

Apud Haganam per Iohan. Scer. excudeba
tur Anno Domini M. D. XXIX.
Mense Martio.

